This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

t

THEOLOGIA
DOGMATICO-MORALIS

Secundum Ordinem Catechiſmi
CONCILII TRIDENTINI.

EDITIO OMNIUM ACCURATISSIMA,

Plurimis Accessionibus, & Notis, variis Epistolis, & Monumentis aucta, illuſtrata, & locupletata.

TOMUS QUARTUS,

UBI AGITUR

De Sacramento Pœnitentiæ, & Cenſuris.

AUCTORE

R. P. F. NATALI ALEXANDRO
Ordinis FF. Prædicatorum, in ſacra Facultate Pariſienſi Doctore, & emerito Theologiæ Profeſſore.

Typis Principalis Monaſterii B. V. M. Finſidlenſis,
Per Franciſcum Xaverium Kälin. Anno MDCCLXIX.

THEOLOGIÆ
DOGMATICÆ, ET MORALIS
SECUNDUM ORDINEM CATECHISMI
Concilii Tridentini
LIBER SECUNDUS.
TRACTATUS
DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

PEr Lavacrum regenerationis novam quamdam vitam ingredimur; cum in eo vetus homo noſter crucifigatur, neque vivat jam in nobis niſi novus homo Jeſus Chriſtus Dominus noſter, quem baptizati induimus. Ingredimur porro in hanc vitam, non ut otio, ac deliciis indulgeamus; ſed ut cõntra mundum, carnem & diabolum continuo militemus. Nemo autem miles ad bellum cum deliciis venit. Vocatis igitur in militiam Dei vivi jam tunc, cum in Sacramenti verba reſpondimus, datur nobis ad hoſtes ſuperandos adjutor Spiritus ſanctus in Confirmationis Sacramento. Datur etiam ad noſtrarum ſuſtentationem animarum in Euchariſtia, non quivis cibus, ſed pretioſi Corporis, & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti divinum alimentum. Contingit nihilominus, quod in præliis uſuvenire ſolet, ut ſæpe graviter ab hoſtibus noſtris vulnerati corruamus; & quam per Lavacrum regenerationis adepti fueramus, vitam ſpiritualem amittamus. Sed nec ſic

quidem oblitus eſt miſericordiæ ſuæ Pater ille miſericordiarum, & Deus totius conſolationis Is enim allevat omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos; cujus tanta eſt benignitas, & clementia, ut omnem humanam affectionem infinite ſuperet. Quod hæc ipſius verba teſtantur. Iſaiæ cap. 49. verſ. decimo quinto. *Nunquid oblivíſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fue-*
. 2. *rit, ego autem non oblivíſcar tui.* Non vult ille *Benignus, & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia*, quemquam in peccata lapſum de venia deſperare, ſed lapſis poſt Baptiſmum de remedio providit, pœnitentiæ ſcilicet Sacramen-
ih. 9. to, per quod erigamur, ac reſurgamus. Nam qui *Non venit vocare Juſtos, ſed peccatores* ad pœnitentiam, non vult mortem impii, ſed magis, ut con-
ih. 18. vertatur, & vivat. Sic enim per Prophetam loquitur: *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impii, dicit Dominus Deus, & non ut convertatur a viis ſuis, & vi-*

gitationis, bonumne, an malum fuerit. Quemadmodum ſunt, quos pœnitet opes ſuas diviſiſſe pauperibus, aut Eccleſiæ contuliſſe, e quorum numero *Ananias*, & *Sapbira* fuerunt, & quos pœnitet votorum Deo nuncupatorum in ſolemni Religionis profeſſione. Sic acceptum pœnitendi nomen iis omnibus convenit, qui ſecundum ſæculum triſtitia ſunt affecti, non ſecundum Deum. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; ſæculi autem triſtitia mortem operatur* (inquit Apoſtolus 2. ad Cor. cap. 7. 10.)

II. Secundo ſumitur ſtrictius pœnitentiæ nomen pro dolore, qui ob crimen perpetratum, vel erratum commiſſum concipitur, non Dei quidem, ſed ſui ipſius cauſa. Sic doluit Eſau de venditione primitivorum ſuorum propter unam eſcam. Unde *Poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt; non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Sic doluit *Antiochus*, a Deo percuſſus, & ex gravi ſuperbia deductus ad agnitionem ſui, divina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cum nec ipſe jam fœtorem ſuum ferre poſſet, ait: *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabit autem hic ſceleſtus Dominum, a quo non eſſet miſericordiam conſecuturus* (ut habetur 2. *Mach.* 9.) Sic doluit *Judas* de Chriſti Domini proditione, cum *Pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccavi, tradens Sanguinem juſtum.* Sic dolebunt impii in ſupremo judicio videntes gloriam Juſtorum: *Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ angustia ſpiritus gementes: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore; ecce, quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavi-*

Heb. 12. 17.

Matth. 27.

Sap. 15.

mus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam umbra. Modo dicamus fructuoſe: *Tranſeunt*; ne tunc dicamus infructuoſe: *Tranſierunt*; (inquit *S. Auguſt.* in Pſal. 32.)

III. Tertio, ſumitur ſtrictiſſime pœnitentiæ nomen pro intimo animi dolore, ob ſcelus admiſſum, vel ejus doloris externo etiam ſigno; qui dolor unius Dei cauſa concipitur. De qua Dominus ipſe per *Joelem* Prophetam ait: *Convertimini ad me in toto corde veſtro.* De qua *S. Auguſt.* ſeu alius auctor Sermonis olim 7. *de Tempore* inter Auguſtinianos, nunc 117. in Appendice: „„ Videte (*inquit*) qualis debet eſſe pœnitentia; quia multi aſſidue ſe dicunt eſſe peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare. Profeſſio eſt, non emendatio; accuſatur anima, non ſanatur, pronunciatur offenſa, non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, niſi odium peccati, &

tia ; a reptili uſque ad volucres cœli. Pœnitet enim me feciſſe eos. Eo ſcilicet loco declarat Deus juſto Noe, quo pacto hominem, quem ad incolendam terram condiderat, mox de terra propter ejus malitiam deleturus, aç perditurus eſſet. Sic 1. *Regum* 15. Dominus ait: *Pœnitet me, quod conſtituerim Saul Regem;* ſignificans velle ſe Regnum, quod prius Sauli detulerat, ob ejus peccata in alium meliorem transferre. E contrario non pœnitere dicitur, cum ſemel ſtatuta nullo modo mutare decrevit. Sic Pſ. 109. dicitur: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Qua locutione declaratur Sacerdotium Chriſti perpetuum, & immutabile fore Hinc *Tertullianus* lib. 2. *adverſus Marcionem*, cap. 24. „„ Non enim ſi hominem ex recordatione plurimum dilecti, interdum & ex alicujus boni operis in gratia pœnitet, ideo & Deum proinde. In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat, in tantum nec pœnitentiæ boni, & mali apud eum locus eſt. Nam & hoc tibi eadem ſcriptura determinat, dicente Samuele Sauli: *Scidit Dominus Regnum Iſrael de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, optimo ſuper te, & ſcindetur Iſrael in duas partes, & non convertetur, neque pœnitentiam aget, quia non ſicut homo eſt ad pœnitendum.* 1. Reg. 15. Hæc itaque definitio in omnibus aliam formam divinæ pœnitentiæ ſtatuit, quæ neque ex improvidentia, neque ex ulla boni, aut mali operis damnatione reputetur, ſicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ divinæ? Jam relucet, ſi non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelliget*ur*, quam ſimplex converſio ſententiæ prioris, quæ etiam ſine reprehenſione ejus poſſit admitti, etiam in homine, nedum in Deo, cujus omnis ſententia caret culpa. Nam, & in Græco ſono metanoia, pœnitentiæ nomen, non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt, quam apud Deum pro rerum variantium ſeſe occurſu regi oſtendimus „„. Ita intelligendus alius

Tertulliani locus lib. *de Pœnitentia*, cap. 2. „„ Deus poſt tot, & tanta delicta humanæ temeritatis a principe generis Adam auſpicata, poſt condemnatum hominem cum ſæculi dote, poſt ejectum paradiſo, mortique ſubjectum, cum rurſus ad ſuam miſericordiam maturaviſſet; jam inde in ſemetipſo pœnitentiam dedicavit, reſciſſa ſententia irarum priſtinarum, ignoſcere pactus operi, & imagini ſuæ „„.

V. Inter has pœnitentiæ ſignificationes magnum diſcrimen obſervandum monet Concilii Trid. Catechiſmus. Prima enim in vitio ponenda eſt; altera eſt quædam commoti, & perturbati animi affectio; tertia tum ad virtutem pertinet, tum Sacramentum eſt; quæ ſignificatio eſt hujus loci propria. Primo, & ſecundo modo accepta pœnitentia infidelibus, & impiis convenit; tertio modo accepta ſolis Fidelibus; quod *Tertullianus* in ipſo limine libri *de Pœnitentia*, graviter, & eleganter explicat. „„ Pœnitentiam (*inquit*) hoc genus hominum, quod, & ipſi

[redacted]

ubi metus nullus, emendatio proinde nulla; ubi emendatio nulla, pœnitentia neceſſario vana; quia caret fructu ſuo, cui eam Deus ſevit, id eſt hominum ſaluti „ „.

ARTICULUS II.

De pœnitentiæ Diviſione, & Definitione.

I. Pœnitentia in interiorem, & exteriorem dividitur. Interior proprie virtus eſt; exterior a Chriſto provecta habet Sacramenti dignitatem. Exterior alia publica eſt, alia privata. Privata eſt, quæ privatim; publica, quæ ob grave aliquod crimen in Eccleſiæ facie peragitur. Pœnitentiæ diviſio.

II. Publice pœnitentium quatuor fuerunt ordines ex veteris Eccleſiæ diſciplina, ſcilicet *Flentium*, *Audientium*, *Subſtratorum*, & *Conſiſtentium*. Pœnitentiæ publicæ gradus ſive ſtationes.

Flentes ſtabant extra portam Eccleſiæ, veſte lugubri induti, cilicio, & cinere ſordidati, lacrymiſque perfuſi, ſe gravis criminis reos palam fatebantur, Deique, & Eccleſiæ miſericordiam ſupplices rogabant, adhibita cleri, & chriſtianæ plebis interceſſione, ut ad pœnitentiam agendam in Eccleſiam reciperentur. Sic pœnitentiam egit *Fabiola* Matrona Romana nobiliſſima, quæ adulterum maritum dimiſerat, eoque vivente alteri nupſerat, cum edocta eſſet in Lege divina, & Eccleſiaſtica prohibitum eſſe, quod licitum exiſtimaverat, quia Imperatorum etiam chriſtianorum legibus permiſſum erat. „ „. Quis hoc crederet (*inquit S. Hieron. Epiſt.* 30. ad Oceanum) ut poſt mortem ſecundi viri in ſemetipſam reverſa, quo tempore ſolent viduæ negligentes jugo ſervitutis excuſſo agere ſe liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretricis, ſaccum indueret, ut errorem publice fateretur; & tota urbe ſpectante Romana, ante diem Paſchæ, in Baſilica quondam Laterani, ſtaret in ordine pœnitentium, Epiſcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus; ſparſum crinem, ora lurida, ſqualidas manus,

ſordida colla ſubmitteret? Quæ peccata fletus iſte non purget? ... Non eſt confuſa Dominum in terris, & ille eam non confundet in cœlo. Aperuit cunctis vulnus ſuum, & decolorem in corpore cicatricem flens Roma conſpexit. Diſſuta habuit latera, nudum caput, clauſum os. Non eſt ingreſſa Eccleſiam Domini, ſed extra caſtra cum Maria ſorore Moyſi ſeparata conſedit, ut quam Sacerdos ejecerat, ipſe revocaret... Faciem, per quam ſecundo viro placuerat, verberabat, oderat gemmas, linteamina videre non poterat, ornamenta fugiebat, ſic dolebat quaſi adulterium commiſiſſet; & multis impendiis medicaminum unum vulnus ſanare cupiebat „„.

Audientes ſtabant in extrema parte Eccleſiæ prope januas, quæ Narthex vocabatur; ibique Scripturarum lectionem, & Sermones eccleſiaſticos cum Catechumenis audiebant; & cum ipſis ante Miſſam Fidelium dimittebantur, ut ſe a ſalutari Baptiſmatis gra-

ſinjungens miſericordiæ illicem, de ipſo quoque habitu, atque victu, mandat, ſacco, & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, triſti tractatione mutare; cæterum paſtum, & potum pura non eſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa; plerumque vero jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies, nocteſque ad Dominum Deum ſuum, Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere. Hæc omnia Exomologeſis, ut pœnitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipſa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat „ „.

Conſiſtentes ab Ambone verſus Sanctuarium cum Fidelibus ad finem uſque Synaxeos ſubſiſtebant, & Miſſam audiebant; ab Euchariſtiæ tamen participatione manebant ſegregati, donec Epiſcopi probaſſent, an vitam gererent Fidelibus dignam.

In unoquoque iſtorum graduum per annos plurimos verſabantur pœnitentes pro criminum gravitate, ut ex antiquis Canonibus patet; ſed in poteſtate Epiſcopi erat, ſpectatis pœnitentium contritione, & fervore, humanitatem in ipſos exercere, ac pœnitentiæ tempus contrahere, labores, ac pœnas temperare, ac moderari, ut ex Concilii Nicæni Can. 12. aliiſque colligitur.

Publica pœnitentia quando, & a quo impoſita.

Graviorum peccatorum reis, maximeque publicorum, pœnitentia imponebatur ab Epiſcopo in capite Quadrageſimæ, reconciliabantur autem ab eodem, qui pœnitentiæ tempus expleverant, Feria 5. in Cœna Domini, ſolemni ritu, quem antiqua Sacramentaria, & libelli pœnitentiales deſcribunt. Pœnitentiam poſtulantibus cilicium, & cinis imponebantur; indeque manavit mos Eccleſiæ, quæ Fidelium capitibus in capite Quadrageſimæ, publicam velut pœnitentiam ad Deum placandum, & expianda crimina, ut Paſchali Communione digni fiant, profitentium, cine-

res imponit. „„ In cilicio quippe (*inquit S. Hier. in cap. 3. Lamentationum Jeremiæ*) aſperitas, & compunctio peccatorum ; in cinere autem pulvis oſtenditur mortuorum ; & idcirco utrumque hoc adhiberi ad pœnitentiam ſolet , ut in compunctione cilicii cognoſcamus, quid per culpam fecimus, & in favilla cineris perpendamus, quid per vitium facti ſumus. Conſiderentur ergo in cilicio pungentia vitia ; conſideretur in cinere per mortis ſententiam ſubſequens juſta pœna vitiorum. Quia enim poſt peccatum carnis contumeliæ ſurrexerunt , videat homo in aſperitate cilicii ſuperbiendo, quid fecit ; videat in cinere uſquequo peccando pervenit... Poteſt quoque cilicio ipſa in reprehenſione , atque pœnitentia dolorum compunctio deſignari. Nam hoc quod agit
Job. 42. 6. beatus Job : *Ipſe me reprehendo* ; quaſi quodam cilicio pungitur, dum in mente ſua aſperis redargutionum ſtimulis confricatur. In cinere autem agit pœnitentiam , quia ex primo peccato quid per juſtum ju-

nientia, dum ipſe homo punit pœnitendo, quod male admiſit; (inquit *S. Iſidorus*, lib. 6. *Originum*, & in Exhortatione ad pœnitentiam;) Nam (inquit *S. Auguſt.* Epiſt. 153. alias 54. ad Macedonium) „„ Nihil aliud agit, quem veraciter pœnitet, niſi ut id, quod mali fecerit, impunitum eſſe non ſinat. Eo quippe modo ſibi non parcenti ille parcit, cujus altum, juſtumque judicium nullus contemptor evadit „„. Hinc mox laudatus *S. Iſidorus*, lib. 2. de Officiis Eccleſiæ: „ Pœnitentia (*inquit*) nomen ſumpſit a pœna, qua anima cruciatur, & caro mortificatur „.

Perperam itaque hæretici pœnitentiam definiunt *Novam vitam*, ſeu *Reſipiſcentiam*, & *Vitæ mutationem in melius.* Vitæ enim veteris odium, ac deteſtationem, ſincerumque de peccatis commiſſis dolorem, una cum ſtudio ſatisfaciendi Deo præterea continet, ut S. Scripturæ teſtimonia probant. Pſ. 37. *Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.* Sive, ut *S. Auguſt.* legit: *Curam geram pro peccato meo.* Quid eſt autem curam gerere pro peccato tuo? „„ Si diceres: Curam geram pro vulnere meo, quid intelligeretur, niſi, dabo operam ut ſanetur? Hoc eſt enim curam gerere pro delicto, ſemper intendere, ſemper ſtudioſe, & ſedulo agere, ut ſanes peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, ſed forte lacrymæ currunt, & manus ceſſant. Fiant eleemoſynæ, redimantur peccata, gaudeat indigens de dato tuo, ut & tu gaudeas de dato Dei. Eget ille, eges & tu; eget ille ad te, eges & tu ad Deum. Tu contemnis egentem tui Deus non te contemnet egentem ſui? Ergo impleto tu egentis inopiam, ut impleat Deus interiora tua. Hoc eſt: *Curam geram pro peccato meo*, faciam omnia quæcunque facienda ſunt ad abolendum, & ſanandum peccatum meum „„. Ezech. 6. 9. *Diſplicebunt ſibimet ſuper malis, quæ fecerunt in univerſis abominationibus ſuis.* Joelis 2. 12. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu & in planctu, & ſcindite corda veſtra.* Lucæ 3. 8. *Facite ergo fructus di-*

Pœnitentia non eſt ſimplex reſipiſcentia, ſeu vitæ mutatio.

dignos pœnitentiæ 2. ad Cor. 7. 11. *Ecce enim hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem; ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam.* Hoc ſpiritu animatus Rex *Ezechias* ajebat (Iſa. 38.) *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Sic animati Ninivitæ, de quibus *Jonæ* 3. 5. dicitur: *Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum; & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis a majore uſque ad minorem. Et pervenit verbum ad Regem Ninive; & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum a ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamavit, & dixit. Operiantur ſaccis homines & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus; & revertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus?* Et Matth. 12. 41. *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædica-*

quantum humana poteſt infirmitas, continet. Nec aliud voluit *Lactantius*, lib. 6. *Inſtitutionum*, cap. 24. ubi *Metanoeam*, quæ græca vox eſt pœnitentiæ reſpondens, *Reſipiſcentiam* interpretatur. Subdit enim: „ Reſipiſcit, ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit, quem errati piget, caſtigatque ſe ipſum dementiæ „.

IV. Tres ſunt veræ pœnitentiæ Actiones in Eccleſia uſitatæ. Prima, peccatorum omnium ante Baptiſma commiſſorum; altera mortalium peccatorum, quæ poſt Baptiſmum commiſſa ſunt; tertia venialium. Prima eſt: „„ Quæ novum hominem parturit, donec per Baptiſmum ſalutarem omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum... Omnis enim, qui jam arbiter voluntatis ſuæ conſtitutus eſt, cum accedit ad Sacramenta Fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, novam non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, ſoli parvuli ſunt immunes; nondum enim uti poſſunt libero arbitrio... Cæterorum hominum nullus tranſit ad Chriſtum, ut incipiat eſſe, quod non erat, niſi eum pœniteat fuiſſe, quod erat. Hæc prima pœnitentia præcipitur Judæis, dicente Apoſtolo Petro: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Talis ab ipſo Domino imperabatur, cum diceret: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cœlorum.* De hac etiam Jo. Baptiſta dicit: *Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ* „„.

Tres veræ pœnitentiæ Actiones.

Act. 2. 38.

Matth. 4. 17.

Matth. 3. 7. & 8.

„„ Altera pœnitentia eſt, cujus actio per totam iſtam vitam, quam in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt, *ob peccata quotidiana, a quibus nemo quantumvis Juſtus, immunis eſt.* Unde orantes dicimus, quod in tota iſta vita oportet, ut dicamus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Non enim ea dimitti precamur, quæ jam in Baptiſmo niſi dimiſſa credimus, de ipſa fide dubitamus, ſed utique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam

Matth. 6. 12.

iam ſacrificia eleemoſynarum, jejuniorum, & ipſarum orationum, ac ſupplicationum quiſque pro ſuis viribus offerre non ceſſat „ „.

„ „ Tertia actio eſt pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis ſubeunda eſt, quæ Legis Decalogus continet; &
al. 5. de quibus Apoſtolus ait: *Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* In hac ergo pœnitentia, majorem quiſque in ſe ſeveritatem debet exercere, ut a ſeipſo judicatus, non judicetur a Domino, ſi-
. Cor. 11. cut idem Apoſtolus ait: *Si enim nos judicaremus, a*
1. *Domino non judicaremur.* Aſcendat itaque homo adverſum ſe tribunal mentis ſuæ; ſi timet illud quod
. Cor. 5. *Oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti, ut illic re-*
0. *cipiat unuſquiſque, quod per corpus geſſit, ſive bonum, ſive malum.* Conſtituat ſe ante faciem ſuam, ne hoc ei poſtea fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, di-
ſal. 49.21. cens: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Atque ita conſtituto in corde judicio; adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Inde

„ hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium poſt Ba-
„ ptiſmum. Tertia autem immutatio eſt in perfectio-
„ rem operationem vitæ; & hæc pertinet ad pœni-
„ tentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem
„ ferventem actum charitatis „.

Definitio pœnitentiæ Sacramenti.

V. *Pœnitentia* ſecundum rationem Sacramenti ſpectata, „ „ eſt Sacramentum, in quo relapſis vere pœnitentibus, & confeſſis, ſaltem cum propoſito ſatisfaciendi, ſacerdotalis Abſolutio impenditur. *Sive*, Signum ſenſibile ad reconciliationem eorum, qui poſt Baptiſmum lapſi ſunt, a Deo inſtitutum „ „.

Varia pœnitentiæ nomina.

Varia ſunt hujus Sacramenti nomina. *Pœnitentia* enim vocatur, quia neceſſe eſt ad juſtificationis gratiam poſt lapſum conſequendam, ut peccatum homini diſpliceat; atque per veram Contritionem, & alia media a Deo præſcripta, & in nova Lege a Chriſto inſtituta, ſuum homo peccatum deſtruat. *Sacramentum Reconciliationis* ab effectu vocatur; *Sacramentum Confeſſionis*, a parte conſpicua, & ante remiſſionem peccati neceſſaria; *Sacramentum Abſolutionis*, ab actu Sacerdotis formam Sacramenti proferentis, cum ait: *Ego te abſolvo*; ſicut Baptiſmus dicitur ab actu baptizantis, & dicentis: *Ego te baptizo*. Ita vocatur a Conc. Trid. ſeſſ. 14. can. 10. & paſſim a *S. Leone*. Dicitur interdum *Manuum impoſitio*, a cœremonia externa, quæ tamen, ut non neceſſaria Sacramenti neceſſitate, ita nec huic Sacramento propria; ſiquidem Confirmatio, & Ordinatio eodem nomine deſignantur. Sic vocatur a *S. Cypriano*, lib. de Lapſis: „ „ Ante expiata delicta, (*inquit*) ante exomologeſim factam criminis, ante purgatam conſcientiam Sacrificio, & manu Sacerdotis, pacem putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant „ „. *Sic Optatus Milevitanus, lib. 2.* „ Dum manus imponitis, & delicta donatis „. *Sic S. Auguſt.* lib. 3. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, cap. 16. „ Manus impoſitio non ſicut Baptiſmus repeti „ non poteſt; quid eſt enim aliud niſi oratio ſuper „ hominem „? Quaſi dicat. Baptiſmum quidem ite-

rari non poſſe; pœnitentiam vero poſſe iterari. Sic *S. Leo*, Epiſt. 2. olim 92. ad *Ruſticum Narbonenſem*, eos, qui convivio ſolo Gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt, *Manus impoſitione purgari* ait. Sic Conc. Carthag. 4. can. 76. „ Si continuo creditur morituſ „ rus, reconcilietur per manus impoſitionem „. Sic *Arauſicanum* 1. can. 3. „ Stent in ordine pœniten„ tium, ut, oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, „ legitimam communionem cum reconciliatoria ma„ nus impoſitione recipiant „. Ab antiquis, *Tertulliano* maxime, & *S. Cypriano*, vocatur *Exomologeſis*, græco nomine, id eſt, *Confeſſio*; item *Communicatio*, ſeu *Communio*, & *Pax*, eo quod Lapſi per pœnitentiæ actionem, & Abſolutionem Sacerdotis reſtituerentur Communioni, & Euchariſtiæ percipiendæ jus haberent, ad eamque digne ſumendam præpararentur. *Secunda poſt naufragium tabula* ſæpe vocatur a Patribus. Sic *Tertullianus*, lib. *de Pœnitentia* cap. 4. „ „ Pœnitentia vita eſt, cum præponitur morti. Eam tu peccator, mei ſimilis, immo me minor,

[redacted]

tam lapſum, & ducem latronum factum, ac *S. Joan. Apoſtoli* exhortatione converſum, ſcribit *Lacrymis ſecundo baptizatum.* Ita *S. Gregor. Nazianzenus* Orat. 40. in ſancta Lumina: „ „ Quintum locum lacrymarum Baptiſmus tenet; verum aſperior eſt, & laborioſior, quo quidem ille tingitur, qui per ſingulas noctes lectum ſuum, ac ſtratum lacrymis lavat, cui ipſæ quoque vitii cicatrices fœtent, qui lugens, & contriſtatus ingreditur „ „. Ita *S. Joan. Chryſoſt.* Hom. 4. de Pœnitentia: „ „ Petrus tunc ſentiens cœpit flere, & non flevit modo, ſed amare, ſecundum Baptiſma per lacrymas ex oculis oſtendens. Cumque fleviſſet amare, delevit peccatum „ „. Ita *S. Iſidorus Peluſiota*, lib. 1. Epiſt. 408. „ „ Deus, qui nos vitam per reſipiſcentiam obtinere cupit, de pectore tuo aquam ducet, quæ tibi pro altero quodam Lavacro ſit, ac voluntaria piſcina conſcientiam tuam ab inquinamentis repurgans, ut Angelis, quos in mœrorem conjeciſti, lætitiæ cauſam præbeas „ „. Ita *S. Joan. Damaſcenus* lib. 3. *de Fide Orthodoxa*, cap. 10. „ „ Sextum Baptiſma in pœnitentia, & lacrymis verſatur, eſtque ſane grave, & durum „ „. Ita *S. Iſidorus Hiſpalenſis*, lib. 2. *de Officiis*, cap. 34. „ „ Sanguis, & aqua Baptiſmatis gemina figura eſt. Baptiſma unum, quo regeneramur ex aquæ Lavacro; aliud, quo conſecramur in ſanguine. Eſt & tertium Baptiſma lacrymarum, quod laborioſius tranſigitur „ „. Ita denique Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. „ Ut merito „ pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus a Patribus „ dictus fuerit „.

ARTICULUS III.

De Pœnitentia Virtute.

PROPOSITIO PRIMA.

Intima animi Pœnitentia eſt vera virtus.

ID probant rationes ex *S. Thoma* 3. part. quæſt. 85. & ex Concilii Trid. Catechiſmo part. 2. cap. 5. §. 7. & 8. deſumptæ.

Ratio prima hæc eſt. Lex de iis tantum actionibus præcipit, quæ pertinent ad virtutem. Cum igitur multa præcepta de pœnitentia in S. Litteris a Deo tradita ſint, præſertim Matth. 4. 17. ubi legimus: *Exinde cœpit Jeſus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim Regnum cœlorum.* Pœnitentia eſt vera virtus.

Secunda ratio hæc eſt. Dolere, quando dolendum eſt, & eo modo, & fine, quo dolendum eſt, nemo negaverit actum eſſe virtutis. Hoc autem præſtat pœnitentia. Interdum enim evenit, ut ex admiſſis ſceleribus minorem, quam par eſt, dolorem homines capiant; quin etiam, ut a Salomone ſcriptum
Prov. 2.14. eſt, ſunt, *Qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Alii ita ſe mœrori, & animi ægritudini dedunt, ut de ſalute etiam prorſus deſperent, qualis
Gen. 4. 13. fortaſſe Cain videri poteſt, qui ait: *Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear*; & qualis certe Judas fuit, qui pœnitentia ductus, ſuſpendio vitam, & animam amiſit. Cum itaque pœnitentia moderatum

Dominum, ſecundum illud Pſalm. 122. *Sicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri*; & ſicut filius ad patrem, ſecundum illud prodigi adoleſcentis: *Pater peccavi in cœlum, & coram te*; & ſicut uxor ad virum, ſecundum illud Jer. 3. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus.* Quamobrem compenſatio, & ſatisfactio, quam Deo exhibet homo pœnitens, non eſt ſufficiens ſimpliciter, ſed ſecundum acceptationem, benignitatem, & indulgentiam Dei miſericordiarum Patris. Luc. 15.

At (inquies) quomodo vera virtus poteſt cenſeri, quæ dolorem excitat, cum virtus delectationem pariat? Quomodo vera virtus, quæ non eſt per ſe expetenda, ſed tantum ex hypotheſi peccati commiſſi? Quomodo vera virtus, quæ ſui compotes laude dignos non facit, ſed pudore, ac verecundia ſuffundit? Verecundia certe non eſt virtus, cum ſit de turpi facto; igitur neque pœnitentia. Quomodo tandem virtus cenſeri poteſt, quæ eſt in homine nondum cum Deo reconciliato, & charitate deſtituto; quam charitatem qui non habet, nihil eſt, ut ait Apoſtolus?

Reſpondetur diſtincte ad ſingula capita. Ad primum; pœnitentiam excitare dolorem ratione objecti; delectationem parere ratione actus. At delectatio de objecto actus non eſt propria virtutis, ſed delectatio de ipſo actu. Pœnitens igitur dolet de peccato, quatenus Dei optimi maximi injuria eſt; ſed de ipſo dolore gaudet, atque ad peccati deſtructionem, & vindictam in ſemetipſo prompte & alacriter operatur. Pœnitentium labores, & lacrymæ ſunt illius inſtar cibi ſuaviſſimi, ſecundum illud Pſalm. 127 *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Et Pſalm. 126. *Surgite, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.* Quæ verba *S. Auguſt.* explicans, ait: „„ Niſi haberet aliquam ſuavitatem panis iſte, nemo illum manducaret. Cum quanta ſuavitate plorat in gemitu, qui orat? Dul-

ciores ſunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum .. Dulces ſunt & ipſæ lacrymæ, & pro cibo tibi erunt, quia factæ ſunt & ipſæ panis die, ac nocte, dum dicitur tibi quotidie: Ubi eſt Deus tuus? *Et lib. 5. Confeſſionum, cap. 2.* Ecce ibi es in corde confitentium tibi, & plorantium in ſinu tuo poſt vias ſuas difficiles; & tu facilis terges lacrymas eorum, ut magis plorent, & gaudeant in fletibus „ „.

Ad ſecundum reſpondetur, pœnitentiam, ſecundum actus ſuos ſpectatam, eſſe per ſe expetendam iis, qui poſt Baptiſmum lapſi ſunt; ſecundum habitum vero conſideratam, per ſe expetendam eſſe omnibus, qui in peccatum labi poſſunt, & ab eodem reſurgere. Unde primus homo in ſtatu innocentiæ conſtitutus, pœnitentiæ virtute ornatus erat, quantum ad habitum, quia ita erat affectus, ut ſi peccatum committeret, de illo doleret. Contra vero Chriſtus Dominus ob divinam impeccantiam, pœnitentiæ virtutem nullatenus habuit, quamvis pro noſtrorum omnium peccatis Deo Patri ſatisfecerit.

ab occultis meis munda me; & manus peccatorum non moveant me, hoc eſt, Ab alienis parce ſervo tuo „„. Pœnitentiam vero non habuerunt Angeli, quia etſi peccare poſſent, tamen e peccato non poterant emergere, quod ſemel commiſiſſent, tum ob immobilitatem voluntatis in objecto, cui ſemel adhæſerunt, tum quia unicum illis inſtans a Deo datum eſt, ex quo ſors illorum æterna penderet. Unde *S. Gregorius magnus*, lib. 34. *Moralium*, cap 14. de Diabolo ait; „ Appetitum celſitudinis vertit in „ rigorem mentis, ut damnatus jam per duritiam „ ſe male egiſſe non ſentiat „. Et *S. Iſidorus* lib. *de ſummo Bono*, cap. 10. „ Diabolus ideo non petit ve„ niam, quia non compungitur ad pœnitentiam „. Homo vero pœnitentiæ capax eſt ob mutabilitatem arbitrii verſatilis, ob infirmitatem corporis, & ex Dei benignitate, qui non unicum temporis momentum, ſed totum vitæ tempus ipſi indulſit ad cooperandum divinæ gratiæ; & ad abolenda peccata, ſatisfactionemque pro admiſſis divinæ juſtitiæ exhibendam; *Tempus* certe *acceptabile*, & *dies ſalutis*, quos redimere, & pœnitentiæ conſecrare eſt operæ pretium. Hinc *S. Joan. Damaſcenus*, lib. 2. *Fidei Orthodoxæ*, cap. 3. de Angelo ait: „„ Pœnitentiæ porro ea ratione minime capax eſt, quia corpore vacat. Nam quod homo e vitiorum cœno emergere, atque ad meliorem frugem ſe convertere queat, id ob corporis imbecillitatem eſt conſecutus „„. Et ante S. Joan. Damaſcenum *S. Greg.* lib. 4. *Moralium*, cap. 9. & 10. „„ Duas ad intelligendum ſe creaturas Deus fecerat, Angelicam, & humanam; utramque vero ſuperbia perculit, atque ab ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit; ſed una tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne geſtavit. Miſertus ergo Creator, ut redimeret, illam ad ſe debuit reducere, quam in perpetratione culpæ aliquid ex infirmitate conſtat habuiſſe, & eo amplius debuit apoſtatam Angelum repellere, quo, cum a perſiſtendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne geſta-

2. Cor. 6.

vit. Unde recte Pſalmiſta, cum miſertum Redemptorem hominibus diceret, ipſam quoque cauſam miſericordiæ expreſſit dicens: *Et memoratus eſt, quia caro ſunt.* Ac ſi diceret: Quo eorum infirma vidit, eo diſtricte culpas punire noluit. Eſt adhuc aliud, quo perditus homo reparari debuit, & ſuperbiens ſpiritus reparari non poſſit; quia nimirum angelus ſua malitia cecidit, hominem vero aliena proſtravit „„.

Pſal. 77. 39.

Ad tertium reſpondetur, id intercedere diſcriminis inter verecundiam, & pœnitentiam, quod verecundia reſpiciat turpe factum, ut præſens, ex quo prodeuntem metuit infamiam; pœnitentia vero, ut præteritum. Repugnat vero perfectioni virtutis turpe facinus, quod iracundiam, & infamiam parit; ſed non repugnat perfectioni virtutis dolor de turpi facinore, ſtudiumque ipſum abolendi, ſive removendi offenſam Dei, & reatum pœnæ, quæ ex ipſo conſecuta ſunt. Pudor enim pœnitentiæ adjunctus gloriam, & ſalutem parit; pudor adjunctus peccato, parit infamiam, & mortem, ſecundum illud Eccl. 4. 25. *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam.* Nam ut ait *S. Gregorius*, lib. 1. in *Ezechielem*, Hom. 10. „„ Qui erubeſcit pœnitendo mala, quæ fecit, ad vitæ libertatem pervenit; qui vero erubeſcit bona facere, e ſtatu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit „„.

Ad quartum reſpondetur, pœnitentiam ſinceram, non eſſe quidem ſemper conjunctam habitui charitatis, niſi perfecta ſit; non eſſe tamen abſque charitate, ad ſenſum Apoſtoli, quia ſincero in Deum affectui, & amori ſaltem inchoato conjuncta eſt. Hinc *S. Thomas* 2. p. q. 85. art. 4. ad 4. docet, pœnitentiam, etſi directe ſit ſpecies juſtitiæ, virtutum tamen theologicarum eſſe participem. „„ Eſt *enim* cum fide Paſſionis Chriſti, per quam juſtificamur a peccato & cum ſpe veniæ, & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem. Pœnitentiam *ſiquidem* certam non facit niſi odium peccati, & amor Dei „„.

ut

ut loquitur *S. Auguſt.* vel alius Auctor antiquus Sermonis 7. de Tempore inter Auguſtinianos, nunc in Appendicem rejecti.

PROPOSITIO II.

Pœnitentia non eſt Virtus acquiſita, ſed infuſa.

Fidei namque dogma eſt, nos veram pœnitentiam concipere non poſſe, quin cordibus noſtris per Spiritum ſanctum infundatur. Unde Jer. 31. 18. dicitur: *Converte me, & convertar; quia tu Dominus Deus meus. Poſtquam enim convertiſti me, egi pœnitentiam.* Et Act. 5. 31. dicitur. *Hunc Principem, & Salvatorem Deus exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum.* Et cap. 11. 18. *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Denique Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 3. id ad fidem pertinere declarat. „„ Si quis dixerit, ſine præveniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei juſtificationis gratia conferatur; anathema ſit „„.

PROPOSITIO III.

Pœnitentiæ Virtus lapſis in mortale aliquod peccatum quovis tempore fuit neceſſaria.

Ita docet Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. „„ Fuit quidem pœnitentia univerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quovis tempore ad gratiam, & juſtitiam aſſequendam neceſſaria, illis etiam, qui Baptiſmi Sacramento ablui petiviſſent, ut perverſitate abjecta, & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtarentur. Unde Propheta ait; *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dicit: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Et Princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus Ezech. 18. Luc. 13.

vit. Unde recte Pſalmiſta, cum miſertum Redemptorem hominibus diceret, ipſam quoque cauſam miſericordiæ expreſſit dicens; *Et memoratus eſt, quia caro ſunt.* Ac ſi diceret: Quo eorum infirma vidit, eo diſtricte culpas punire noluit. Eſt adhuc aliud, quo perditus homo reparari debuit, & ſuperbiens ſpiritus reparari non poſſit; quia nimirum angelus ſua malitia cecidit, hominem vero aliena proſtravit „„.

Pſal. 77. 39.

Ad tertium reſpondetur, id intercedere diſcriminis inter verecundiam, & pœnitentiam, quod verecundia reſpiciat turpe factum, ut præſens, ex quo prodeuntem metuit infamiam; pœnitentia vero, ut præteritum. Repugnat vero perfectioni virtutis turpe facinus, quod iracundiam, & infamiam parit; ſed non repugnat perfectioni virtutis dolor de turpi facinore, ſtudiumque ipſum abolendi, ſive removendi offenſam Dei, & reatum pœnæ, quæ ex ipſo conſecuta ſunt. Pudor enim pœnitentiæ adjunctus glo-

utiquitur *S. Auguſt.* vel alius Auctor antiquus Sermonis 7. de Tempore inter Auguſtinianos, nunc in Appendicem rejecti.

PROPOSITIO II.

Pœnitentia non eſt Virtus acquiſita, ſed infuſa.

Fidei namque dogma eſt, nos veram pœnitentiam concipere non poſſe, quin cordibus noſtris per Spiritum ſanctum infundatur. Unde Jer. 31. 18. dicitur: *Converte me, & convertar; quia tu Dominus Deus meus. Poſtquam enim convertiſti me, egi pœnitentiam.* Et Act. 5. 31. dicitur. *Hunc Principem, & Salvatorem Deus exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum.* Et cap. 11. 18. *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Denique Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 3. id ad fidem pertinere declarat. „„ Si quis dixerit, ſine præveniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei juſtificationis gratia conferatur; anathema ſit „„.

PROPOSITIO III.

Pœnitentia Virtus lapſis in mortale aliquod peccatum quovis tempore fuit neceſſaria.

Ita docet Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. „„ Fuit quidem pœnitentia univerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quovis tempore ad gratiam, & juſtitiam aſſequendam neceſſaria, illis etiam, qui Baptiſmi Sacramento ablui petiviſſent, ut perverſitate abjecta, & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtarentur. Unde Propheta ait; *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dicit: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Et Princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus Ezech. 18. Luc. 13.

Baptiſmo initiandis pœnitentiam commendans dice-
t. 2. bat: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum.* Porro nec ante adventum Chriſti pœnitentia erat Sacramentum, nec eſt poſt adventum illius cuiquam ante Baptiſmum „ „.

Id confirmat *S. Thomas*, 3. part. quæſt. 84. art. 7. ad 1. ubi docet: Ex jure naturali eſſe, ut homo peccator pœnitentiam agat, doleatque ex animo de malis, quæ commiſit, & doloris remedium quærat, malis curandis ſalutare, & ſigna doloris exterius præſeferat, ac promat, ſicut Ninivitæ fecerunt, ut *Jonæ* 3. legitur; in quibus tamen aliquid fuit adjunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Jonæ; ut hoc ſcilicet agerent cum ſpe veniæ a Deo conſequendæ, quam his verbis expreſſerunt: *Quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & revertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus?* In veteri autem Lege determinationem aliquam accepit pœnitentia (inquit *S. Thom.* ibid. ad 2.) primo quidem quantum

Domino noſtro in nova Lege determinatus, & inſtitutus eſt.

ARTICULUS IV.

Quibus gradibus ad divinam pœnitentiæ Virtutem aſcendatur.

Cum Deo in nobis ſine nobis pœnitentiam operanti cooperari tamen debeamus, merito *S. Thomas*, & ex eo Conc. Trid. Catechiſmus ſex gradus diſtinxerunt, & ordine quodam diſpoſuerunt, quibus veluti gradibus ad pœnitentiæ virtutem pervenitur.

Primum illorum principium eſt Dei miſericordia nos prævenientis, & corda noſtra ad ſe convertens, ſecundum illud *Jeremiæ* Lament. 5. 21. *Converte nos, Domine, ad te, & convertemur.* Ut enim explicat S. Synodus Tridentina ſeſſ. 6. cap. 5. „ „ Juſtificationis exordium in adultis a Dei per Chriſtum Jeſum prævenient gratia ſumendum eſt, hoc eſt, ab ejus vocatione, qua, nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur; ut qui per peccata a Deo averſi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum ſe ad ſuam ipſorum juſtificationem, eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando diſponantur; ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat; quippe qui illam & abjicere poteſt; neque tamen ſine gratia Dei movere ſe ad juſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit. Unde in ſacr. Litteris cum dicitur: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, libertatis noſtræ admonemur; cum reſpondemus: *Converte nos, Domine, ad te, & convertemur*, Dei nos gratia prævenire confitemur „ „. Primus itaque gradus ad pœnitentiam eſt gratia prævenient. Zach. 1.

Secundus gradus eſt motus fidei, quo ad Deum tendimus. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit* (inquit Apoſtolus ad Heb. 11. 6.) Atque illud imprimis:

A Deo juſtificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, (ut loquitur Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.) Ex quo ſequitur, Fidem non eſſe pœnitentiæ partem (quod commenti ſunt hæretici) cum neceſſario pœnitentiam antecedat.

Tertius gradus eſt motus timoris ſervilis, quo concuſſus peccator timore ſuppliciorum a peccatis revocatur. Atque huc ſpectare videtur illud *Iſaiæ* oraculum, cap. 26. 17. *Sicut quæ concipit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis; ſic facti ſumus a facie tua, Domine.* Et illud Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum; nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari.* Ad hunc proinde timorem adhortatur Chriſtus, Matth. 10. 28. *Timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam.*

Quartus gradus eſt motus ſpei, quam ex divinæ miſericordiæ intuitu concipimus, fidentes Deum nobis propter Chriſtum propitium fore; qua ſpe ere-

ARTICULUS V.

Utrum pœnitentia ſit Sacramentum.

PROPOSITIO PRIMA.

Exteriorem pœnitentiam eſſe novæ Legis Sacramentum; dogma Fidei eſt.

Pœnitentiam Sacramentum eſſe probatur ex Scriptura ſacra.

Sacramentum enim *eſt in aliqua celebratione, cum rei geſtæ ita commemoratio fit, ut aliquid ſignificare intelligatur, quod ſancte accipiendum eſt*; ut ajunt *S. Auguſt.* Epiſt. 55. alias 119. ad *Januarium*, & *Iſidorus* lib. 6. *Originum*, cap. 19. & habetur cap. *Multi*, cauſa 1. qu. 1. Sive, Signum eſt practicum, & efficax gratiæ a Chriſto inſtitutum. At externo pœnitentiæ ritu, prout adminiſtratur in Eccleſia, aliquid ſanctum ſignificatur tam ex parte peccatoris pœnitentis, quam ex parte Sacerdotis abſolventis; nam peccator pœnitens rerum, & verborum notis plane oſtendit, cor ſuum a peccato receſſiſſe. Similiter etiam ea, quæ a Sacerdote geruntur, & dicuntur, miſericordiam, & operationem Dei peccata remittentis ſignificant. Hoc autem ſignum ex inſtitutione Chriſti gratiam conferre, probant illa Salvatoris verba Matth. 16. 19. ad S. Petrum: *Tibi dabo claves Regni cœlorum. Et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Tum & ad reliquos Apoſtolos, Matth. 18. 18. *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Ac poſt Reſurrectionem ad eoſdem: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Joan. 20. Solvunt autem, & remittunt peccata Sacerdotes, cum pœnitentem rite diſpoſitum a peccatis abſolvunt; ligant, cum peccata legitimas ob cauſas retinent, id eſt, peccatoribus ſicut oportet non pœnitentibus Abſolutionis, & reconciliationis gratiam, vel ad tempus ſuſpendunt, vel omnino negant. Ligant, cum ſatisfactionem pœnitentibus imponunt; ſol-

ſolvunt, cum de illa ipſa ſatisfactione juſtis de cauſis aliquid remittunt, vel per eam purgatos ad Sacramentorum participationem admittunt. His autem præcipue verbis: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur*, &c. Apoſtolis, eorumque legitimis Succeſſoribus, poteſtatem remittendi peccata in Sacramento pœnitentiæ fuiſſe communicatam, univerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Montaniſtas, atque Novatianos, poteſtatem remittendi eſſe in Eccleſia olim pertinaciter negantes, Eccleſia catholica tanquam hæreticos jure merito damnavit. Quamobrem S. Synodus Tridentina veriſſimum illum verborum Domini ſenſum probans, & recipiens, damnavit commentitias hæreticorum interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Evangelium annuntiandi, contra hujuſmodi Sacramenti inſtitutionem falſo detorquent. Sic ipſa loquitur, ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 3. „ „ Si quis dixe-
ban. 20. rit, verba illa Domini Salvatoris: *Accipite Spiritum*

ta eſſent ; ſolvi autem poſſent illic , quæ hic prius in Eccleſia ſolverentur. *Et Epiſt.* 55. Primus felicitatis gradus eſt non delinquere , ſecundus delicta cognoſcere. Illic currit innocentia integra , & illibata , quæ ſervet ; hic ſuccedit medela , quæ ſanet ; quod utrumque iſti offenſo Deo perdiderunt , ut & amiſſa ſit gratia , quæ de Baptiſmi ſanctificatione percipitur , & non ſubveniat pœnitentia , per quam culpa curatur „„.

S. Paciani Barcinonenſis Epiſcopi , Epiſt. 1. ad *Sympronianum Novatianum* , ubi de remiſſione peccatorum ſic loquitur : „„ Solus hoc , inquies , Deus poterit. Verum eſt , ſed & quod per Sacerdotes ſuos facit , ipſius poteſtas eſt. Nam quid eſt illud , quod Apoſtolis dicit : *Quæ ligaveritis in terris , ligata erunt & in cœlis , & quæcunque ſolveritis in terris , ſoluta erunt & in cœlis* ? Cur hoc , ſi ligare hominibus , ac ſolvere non licebat ? An tantum hoc ſolis Apoſtolis licet ? Ergo & baptizare ſolis licet , & Spiritum ſanctum dare ſolis , & ſolis gentium peccata purgare , quia totum hoc non aliis quam Apoſtolis imperatum eſt. *Et paullo poſt* : Si ergo Lavacri , & Chriſmatis poteſtas , majorum longe Chariſmatum , ad Epiſcopos inde deſcendit , & ligandi quoque jus adfuit , atque ſolvendi. Quod etſi nos id ob noſtra peccata temerarie vindicamus , Deus tamen illud ut ſanctis & Apoſtolorum Cathedram tenentibus non negabit , qui Epiſcopis etiam Unici ſui nomen indulſit „„.

S. Joan. Chryſoſtomi , lib. 3. de Sacerdotio : „„ Qui terram incolunt (*inquit*) atque in ea verſantur , his commiſſum eſt , ut ea , quæ in cœlis ſunt , diſpenſent ; iis datum eſt , ut poteſtatem habeant , quam Deus optimus neque Angelis , neque Archangelis datam eſſe voluit. Neque enim ad illos dictum eſt : *Quæcunque alligaveritis in terra , erunt alligata & in cœlo.* Habent quidem & terreſtres Principes vinculi poteſtatem , verum in corpus ſolum. Id autem , quod dico , Sacerdotum vinculum , ipſam etiam ani-

mam

mam contingit, atque ad cœlos uſque pervadit; uſque adeo, ut quæcunque inferne Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſuperne rata habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnium rerum cœleſtium poteſtatem illis a Deo conceſſam? Quorumcunque ait, peccata retenta ſunt. Quænam obſecro poteſtas hac una major eſſe queat? Pater omnifariam Filio poteſtatem dedit. Cæterum video ipſam eamdem omnifariam poteſtatem a Deo Filio illis traditam. Nam quaſi jam in cœlum translati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris affectibus exempti, ſic illi ad Principatum iſtum perducti ſunt. Quid multa? Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hunc detulerit, ut poteſtatem habeat, quoſcunque velit in carcerem conjiciendi, eoſdemque rurſus laxandi, beatus ille, & admirandus omnium judicio fuerit. At vero, qui a Deo tanto majorem accepit poteſtatem, quanto cœlum terra pretioſius eſt, quanto animæ corporibus præſtant, hic vilem eo uſ-

dientiam, ut peccatum & alliget, & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare, quod non resolvat, non vult solvere, quod ligavit; in quo se, suamque sententiam sua damnat sententia. Dominus enim par jus esse voluit & ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. *Et paullo post*: Jus hoc solis permissum est Sacerdotibus. Recte igitur hoc Ecclesia vindicat, quæ veros Sacerdotes habet; hæresis vindicare non potest, quæ Sacerdotes Dei non habet.

„ „ *Et cap.* 7. Non interest, utrum per pœnitentiam, an per Lavacrum hoc jus sibi datum vindicent Sacerdotes; idem in utroque Mysterio est; &c. „ „.

S. Cyrilli Alexandrini, lib. 12. in Joannem: „ „ Duobus modis (*inquit*) Dei Spiritu afflati homines peccata remittunt, ac retinent, vel cum dignos admittunt ad Baptismum, & indignos excludunt, vel cum filios Ecclesiæ peccantes corripiunt, ac pœnitentibus ignoscunt „ „.

Alii etiam Patres eodem modo loquuntur de pœnitentia, ac de Baptismo, quoad vim, & efficaciam remittendi peccata, & utrique Sacramenti nomen, ac dignitatem asserunt, præsertim *S. August.*, Epistola 238. olim 180. ad *Honoratum* scribens de persecutione Wandalorum: „ „ An non cogitamus, cum ad istorum periculorum pervenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni ætate concursus, aliis Baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam pœnitentiæ ipsius actionem, omnibus consolationem, & Sacramentorum confectionem, & erogationem? Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto sæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? Quantus est etiam luctus Fidelium suorum, qui eos secum in vitæ æternæ requie non habebunt „ „.

Et *S. Leo*, Epist. 82. olim 91. ad *Theodorum* Forojulienſem Episcopum. „ „ Multiplex misericordia

Dei ita lapſibus ſubvenit humanis, ut non ſolum per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, ut qui regenerationis dona violaſſent, proprio ſe judicio condemnantes, ad remiſſionem criminum pervenirent; ſic divinæ bonitatis præſidiis ordinatis, ut indulgentia Dei niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent; & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi inceſſabiliter ipſe Salvator intervenit, nec unquam ab his abeſt, quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit, dicens: Matth. 28. 20. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi;* ut ſi quid per ſervitutem noſtram bono ordine, & gratulando impletur affectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum fuiſſe dona-

titiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.

Reſpondetur, priorem locum de Baptiſmatis gratia eſſe intelligendum, quam recuperare impoſſibile eſt, cum ſit gratia regenerationis, & renovationis, ideoque Baptiſmus iterari non poſſit; non vero excludere veniam peccatorum per pœnitentiam, & juſtificationem ſecundam, per gratiam ſanationis, & reconciliationis. Hanc ſententiam ad Baptiſmum referri, oſtendunt hæc verba: *Qui ſemel ſunt illuminati, rurſus renovari.* Baptiſmum enim Sacramentum illuminationis, & renovationis ab antiquis Patribus appellatum, nemo neſcit. Idem oſtendunt illa verba: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei.* Nam in Baptiſmo configuramur Chriſto crucifixo; unde ſicut Chriſtus non poteſt iterum crucifigi, ita Baptiſmus non poteſt repeti; quod ſi quis tentaverit, is Filium Dei iterum crucifigit ſibi ipſi, id eſt, ad ſuam renovationem, quam ex altero Baptiſmo ſperat; cum autem excludit renovationem ad pœnitentiam, intelligit pœnitentiam cum Baptiſmo conjunctam, ſive ad Baptiſmum præparatoriam, ut ex illis verbis perſpicuum eſt: *Non rurſum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & judicii æterni.* Ita hunc locum explicant *S. Ambroſius* lib. 2. *de pœnit.* cap. 2. *S. Auguſt.* in Expoſitione inchoata Epiſtolæ ad Romanos, *S. Joan. Chryſoſtomus*, *Theophylactus*, & *Oecumenius* in Commentariis, Epiſtolæ ad Hebræos, & *S. Joan. Damaſcenus* lib. 4. *de Fide Orthodoxa*, cap. 10. Heb. 6. Heb. 6. 1.

Locus alter eodem modo exponitur a *S. Joan. Chryſoſtomo*, & a *S. Auguſt.* locis mox indicatis, necnon a *Theophylacto*; ut ſenſus ſit, iis, qui poſt Baptiſmum in gravia ſcelera prolapſi fuerint, jam non relinqui hoſtiam pro peccatis, ſive applicationem Sacrificii a Chriſto in Cruce oblati, qualis fit in Baptiſmo, in quo ſine ulla conditione ſatisfactionis ap-

plicatur virtus Sanguinis Chriſti ad perfectam peccatorum remiſſionem, quoad culpam, & pœnam.

Intelligitur etiam ab antiquis non de quocunque peccato lethali, ſed de peccato Apoſtaſiæ, qua Fides, & Religio chriſtiana ſemel ſuſceptæ prorſus abjiciuntur. Hic ſenſus eruitur tum ex verbis antecedentibus: *Non deſerentes collectionem noſtram*; tum ex conſequentibus: *Poſt acceptam notitiam veritatis* Loquitur autem Scriptura de hujuſmodi peccato velut de lapſu irreparabili, non quod vere pœnitenti non pateat locus veniæ per Sanguinem Chriſti; ſed quia, qui in id peccati genus prolabuntur, vix unquam ex eo emergunt, vix unquam ad pœnitentiam flecti ſolent, eo quod ex certa malitia peccent.

laſphemia Spiritum nctum o ſenſu n remitti catur.

Idem eſto judicium de peccato *Blaſphemiæ in Spiritum ſanctum*, quod Chriſtus neque hic, neque in futuro ſæculo remittendum aſſerit, *Matth.* 12. Non quod blaſphemia, qua manifeſta Spiritus ſancti opera dæmoni tribuuntur, remitti non poſſit per Sacra-

ritum perſeverat, ſive illud ſit deſperatio de miſericordia Dei, vel duritia cordis, qua homo reculat in unitate corporis Chriſti remiſſionem accipere peccatorum; vel oppugnatio, & invidia fraternæ charitatis; cujus tanta labes, *Ut deprecandi humilitatem ſubire non poſſit; etiamſi peccatum mala conſcientia cognoſcere, & annuntiare cogatur.* Sola ergo impœnitentia non habet remiſſionem, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Cætera vero peccata per pœnitentiam remittuntur. „„ Sed iſta impœnitentia, vel cor impœnitens, quamdiu quiſque in hac carne vivit, non poteſt judicari. De nullo enim deſperandum eſt, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit... Unum ergo ſuffugium eſt, ne ſit irremiſſibilis blaſphemia, ut cor impœnitens caveatur; nec aliter pœnitentia prodeſſe credatur, niſi ut teneatur Eccleſia, ubi remiſſio peccatorum datur, & ſocietas Spiritus in pacis vinculo cuſtoditur „„. Verba ſunt *S. Auguſt.* Serm. 71. alias 11. *de Verbis Domini*, ubi Quæſtionem de Blaſphemia in Spiritum ſanctum irremiſſibili tractat, & ſolvit. Eamdemque tradit explicationem lib. 1. *de Sermone Domini in monte*, cap 22. *Enchiridii* cap 82. & Epiſt. 185. alias 50. ad *Bonifacium Comitem*, cap. 11.

Peccatum illud finalis impœnitentiæ, peccatum eſt ad mortem, de quo *S. Joannes* Epiſt. 1. cap. 5. *Eſt peccatum ad mortem; non pro illo dico roget quis.* Vel ſi aliud peccati genus intelligatur, ſenſus loci illius eſt, pro illius peccati remiſſione vulgares orationes non ſufficere; ſed neceſſarias eſſe orationes Sacerdotum, & ut ſingularis, eximiique meriti, ac ſanctitatis viri veniam pro ejus remiſſione a Deo deprecentur, ut denique Eccleſia ſuis ſuppliccationibus indulgentiam hujus criminis reis obtineat; non autem, quod pro hujuſmodi peccati venia Deus nullo modo ſit orandus. Sic explicat *S. Ambroſius.*, lib. 1. *de pœnitentia*, c. 8.

Hic vero operæ pretium eſt advertere, Synodum Tridentinam ex his præcipue verbis Joan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, re-*

mittuntur eis, &c. Pœnitentiæ Sacramentum, a Chriſto inſtitutum, probare; quia locus alter Matth. 18. *Quæcunque ſolveritis ſuper terram*, &c. alias habet licet minus proprias interpretationes. De Correctione enim fraterna illum explicat, & Fidelibus omnibus accommodat *S. Auguſt.* Serm. 82. alias 16. *de Verbis Domini*, & refertur cap. *Cœpiſti*, cauſa 11. qu. 3. „ „ Cœpiſti, (*inquit*) habere fratrem tuum tanquam Publicanum, ligas illum in terra, ſed ut juſte alliges, vide. Nam injuſta vincula diſrumpit juſtitia. Cum autem correxeris, & concordaveris cum fratre tuo, ſolviſti illum in terra. Cum ſolveris in terra, ſolutus erit & in cœlo „ „. Attamen alibi ſæpe proprium illius loci ſenſum aperte tradit *S. Auguſt.*, illumque explicat de remiſſione peccatorum per Eccleſiæ claves, & miniſterium Sacerdotum in Sacramento pœnitentiæ, ſcilicet Sermone 352. *De utilitate agendæ pœnitentiæ*, alias 27. inter Homilias quinquaginta, cap. 3. libr. 20. *de Civitate Dei*, cap. 9. lib. 1.

ab ipso traditus, & explicatus Commentario in cap. 16. & 18. *S. Matthæi.*

PROPOSITIO II.

In Sacramento pœnitentiæ non minus quam in aliis distingui possunt, Sacramentorum res, & Sacramentum, & res tantum Sacramenti.

Sacramentum tantum, sunt actus externi tam peccatoris pœnitentis, quam Sacerdotis absolventis, id significantes, quod interius in anima geritur. *Res, & Sacramentum* est pœnitentia interior peccatoris, quia & Sacramento significatur, & remissionis peccatorum signum est. *Res tantum, & non Sacramentum*, est remissio peccati. Ita *S. Thom.*, qu. 84. art. 1. ad 3. De his *Hugo* a *S. Victore*, Miscellaneorum eruditionis Theologicæ lib. 1. cap. 103. „ „ Sacramentum pœnitentiæ, est exterior exhibitio operis; res Sacramenti vera contritio cordis. Si Sacramentum suscipis, opera pœnitentiæ facies; habe rem Sacramenti in vera contritione, ne frustra speciem sine veritate ostendas. Opus sine contritione, flos est sine fructu; contritio sine opere, fructus est sine maturitate „ „.

PROPOSITIO III.

Sacramentum pœnitentiæ a Christo post Resurrectionem institutum est.

Quamvis enim Christus initio suæ prædicationis pœnitentiam indixerit hominibus, ut determinatos modos actuum significaret, qui ad hoc Sacramentum necessarii sunt, cum ait, Matth. 3. *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cœlorum*; quod vero pertinet ad officium ministrorum, determinaverit, cum dixit *Petro* Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum*; &c. & iterum Matth. 18. huius Sacramenti promiserit institutionem, dicendo Apostolis: *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata &*

in cœlo ; & quæcunque ſolveritis ſuper terram , erunt ſoluta & in cœlo ; quæ verba ad hujus Sacramenti inſtitutionem pertinere declaravit Tridentina Synodus ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 10. Iſtud tamen „ „ Sacramentum tunc præcipue inſtituit , cum a morte excitatus , inſufflavit in diſcipulos ſuos , dicens : *Accipite Spiritum ſanctum ; quorum remiſeritis peccata , remittuntur eis ; & quorum retinueritis , retenta ſunt* „ „. Ita docet Conc. Trid. cap. 1. ejuſdem Seſſionis. Et quidem cum hoc Sacramentum efficaciam habeat ex virtute nominis Jeſu Chriſti patientis , & reſurgentis , conveniens admodum fuit , ut poſt Reſurrectionem Salvatoris plene , ac perfecte inſtitueretur , & vis ejus prædicaretur , ſecundum illud Lucæ ultimo : *Sic oportebat Chriſtum pati , & reſurgere a mortuis tertia die ; & prædicari in nomine ejus pœnitentiam , & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.* Ita docet *S. Thomas* 3. p. q. 84. art. 7.

Joan. 20.

PROPOSITIO IV.

bulam aliquam de naufragio liceat arripere; ita poſt amiſſam Baptiſmi innocentiam, niſi quis ad pœnitentiæ tabulam confugiat, ſine dubio de ejus ſalute deſperandum eſt (inquit Concilii Trid. Catechiſmus.)

Præterea, ſicut medicina corporea non eſt opus ſanis, ſed male habentibus; ita nec medicina ſpiritualis, ſcilicet pœnitentia, juſtis neceſſaria eſt ad ſalutem, ſed lapſis; pro quibus duntaxat inſtitutam, oſtendunt verba Chriſti ad Apoſtolos, Joan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. Hinc Trid. Conc. ſeſſ. 14. c. 2. „ Eſt, *inquit*, Sacramen„ tum pœnitentiæ lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem „ neceſſarium, ſicut nondum regeneratis ipſe Ba„ ptiſmus „„.

Tertio: *Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem* (inquit *S. Jacobus* Epiſtolæ ſuæ cap. 1.) Quamobrem neceſſarium eſt ad ſalutem peccatoris, ut peccatum ab eo removeatur; quod quidem fieri non poteſt ſine pœnitentiæ Sacramento, in quo virtus Paſſionis Chriſti per Abſolutionem Sacerdotis operatur, & pœnitens cooperatur gratiæ ad deſtructionem peccati, ſecundum illud *S. Auguſt.* Serm. 169. alias 15. de Verbis Apoſtoli: „ Qui fecit te „ ſine te, non te juſtificat ſine te. Ergo fecit ne„ ſcientem, juſtificat volentem „. Sacramentum igitur pœnitentiæ hominibus poſt Baptiſmum in lethale aliquod peccatum lapſis neceſſarium eſt ad ſalutem, cum neceſſitate præcepti, tum neceſſitate medii; ita ut ſi facultas adſit, in re ſuſcipi debeat; ſi deſit facultas, & Sacerdos Sacramenti miniſter, ſufficiat ejus votum, ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. Votum, inquam, implicitum, quod in contritione includitur (ut docet *S. Thomas* in 4. Sententiarum, diſt. 17. qu. 3. art. 5. quæſt. 1.)

Quoties igitur veræ, & ſinceræ converſioni ad Deum, fidei, charitati, miſericordiæ, remiſſio peccatorum in Scripturis tribuitur, non magis excluditur pœnitentiæ, quam Baptiſmi neceſſitas. Poſtulat enim charitas, ut homo doleat de offenſa in ami-

cum committit, & amico ſatisfacere ſtudeat. Poſtulat fides, ut juſtificationem a peccatis ſibi procuret per virtutem Paſſionis Chriſti, quæ in Sacramentis operatur; poſtulat miſericordia, ut homo ſubveniat miſeriæ, quam per peccatum incurrit, & miſereatur animæ ſuæ placens Deo; ex qua miſeria non poteſt emergere, niſi Sacramento pœnitentiæ.

PROPOSITIO V.

Pœnitentiam in numerum Sacramentorum Chriſtus Dominus gravissimis de cauſis referri voluit.

Hujus rei duplicem rationem affert Concilii Trid. Catechiſmus. Prima eſt, ut nobis de remiſſione peccatorum, quam Deus pollicitus eſt, cum ait Ezech. 33. *Si impius egerit pœnitentiam a peccato ſuo, &c. vita vivet, & non morietur*, minus dubitare liceret. Cum enim de ſuo judicio cuique, in iis, quæ agit, maxime timendum ſit, maxime anxii eſſemus, an intimam pœnitentiam vere egiſſemus. Ut igitur

cunia funditur, maria tranſmeantur, procellarum incerta ſubeuntur, & pene, ut mors evitetur, mors ipſa ſuſcipitur. Supplicatur deinde per homines homini; ſine dubitatione fiunt iſta, cum ſit dubium, quo fine proveniant. Et tamen certiores ſunt claves Eccleſiæ, quam corda regum; quibus clavibus quodcunque in terra ſolvitur, etiam in cœlo ſolutum promittitur. Et multo eſt honeſtior humilitas, qua ſe quiſque humiliat Eccleſiæ Dei; & labor minor imponitur; & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur „„.

Secunda ratio hæc eſt. Cum nemo ſalutem, niſi per Chriſtum, ejuſque Paſſionis beneficio, conſequi poſſit, conſentaneum, nobiſque utiliſſimum fuit, ejuſmodi Sacramentum inſtitui, cujus vi, & efficientia Chriſti ſanguis ad nos defluens, peccata poſt Baptiſmum admiſſa elueret; atque ita reconciliationis beneficium illi uni Salvatori noſtro acceptum nos referre profiteremur: *Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo*; & ejuſdem pretioſiſſimi Sanguinis virtutem abluendis peccatorum ſordibus, quas poſt Baptiſmum contraximus, cœleſti hoc fonte ad nos derivat. Apoc. 1.

PROPOSITIO VI.

Pœnitentia Sacramentum eſt a Baptiſmo diverſum.

Hanc Propoſitionem ſatis, ſuperque probatam habes in Tractatu noſtro *de Baptiſmo*, art. 10. Propoſit. 5. ubi & *S. Auguſt.* teſtimonia expoſuimus, quibus abutuntur hæretici, ut probent ſola Baptiſmi memoria remitti peccata commiſſa poſt Baptiſmum. Nunc itaque ſatis ſit illud Fidei dogma, apoſtolica Traditione, & Eccleſiæ definitionibus contra Novatianos, omniumque Patrum, qui de pœnitentia, ſeu de Sacramento diſtincto a Baptiſmo locuti ſunt, ac propterea *Secundam poſt Naufragium tabulam* appellarunt, teſtimoniis confirmatum, ex Tridentina Synodo explicare. „„ Hoc Sacramentum (*inquit ſacra*

ſacra Synodus ſeſſ. 14.) multis rationibus a Baptiſmo differre cognoſcitur; nam præterquam quod materia, & forma, quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſime diſſidet; conſtat certe, Baptiſmi miniſtrum judicem eſſe non oportere; cum Eccleſia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipſam
1 Cor. 5. 12. per Baptiſmi januam fuerit ingreſſus. *Quid enim mihi*, inquit Apoſtolus, *de iis, qui foris ſunt, judicare?* Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus Lavacro Baptiſmi ſui corporis membra ſemel efficit; nam hos, ſi ſe poſtea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptiſmo ablui, cum id in Eccleſia catholica nulla ratione liceat; ſed ante hoc Tribunal tanquam reos ſiſti voluit; ut per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari „ „.

„ „ Alius præterea Baptiſmi, alius pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum induentes, nova prorſus in illo efficimur creatura, plenam, & in-

leat, & ingemiſcat neceſſe eſt, venia peccatorum permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro ſuæ eraſos... Itaque obſervat, oppugnat, obſidet... Hæc igitur venena ejus providens Deus, clauſa licet ignoſcentiæ janua, & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocavit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat „„.

S. Cypriani Epiſtola 52. „„ Miror autem, quoſdam ſic obſtinatos eſſe, ut dandam non putent Lapſis pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit: *Memento unde ceciderís, & age pœnitentiam; & fac priora opera.* Quod utique ei dicitur, quem conſtat cecidiſſe, & quem Dominus hortatur per opera rurſus exſurgere, quia ſcriptum eſt: *Eleemoſyna a morte liberat*; & non utique ab illa morte, quam ſemel Chriſti Sanguis extinguit, & a qua nos ſalutaris Baptiſmi, & Redemptoris noſtri gratia liberavit; ſed ab ea, quæ per delicta poſtmodum ſerpit „„. Apoc. 2. 5. Tob. 12. 9.

S. Athanaſii lib. *de Peccato in Spiritum ſanctum*, ad Serapionem: „„ Eſt (*inquit*) inter pœnitentiam, & Baptiſma non leve diſcrimen. Quem enim pœnitet, is deſinit quidem peccare, ſed tamen retinet vulnerum cicatrices; qui autem baptizatur, jam veterem hominem exuit, tum ſuperne renovatur, quaſi de integro regeneratus Spiritus gratia „„.

S. Paciani Epiſtola 3. ad Symphronianum: „„ Baptiſmus, *inquit*, Sacramentum eſt dominicæ Paſſionis; pœnitentium venia, meritum confitentis. Illud omnes adipiſci poſſunt, quia gratiæ Dei donum eſt, id eſt, gratuita donatio; labor vero iſte paucorum eſt, qui poſt caſum reſurgunt, qui poſt vulnera convaleſcunt, qui lacrymoſis vocibus adjuvantur, qui carnis interitu reviviſcunt „„.

S. Joan. Chryſoſtomi, Hom. 9. in Epiſtolam ad Hebræos: „„ Novos (*inquit*) facere eſt ſolius Baptiſmi, pœnitentiæ autem eſt, eos qui novi facti ſunt, deinde in peccatis inveteraverunt, liberare a ve-

vetuſtate, ſolidoſque reddere; ad illum ſplendorem non licet reducere; illic enim totum eſt gratia „ „.

S. Auguſtini, Serm. 393. alias 41. ex Homiliis quinquaginta. „ „ Ægrotant (*inquit*) homines, mittunt ad Eccleſiam, vel portantur ad Eccleſiam, & baptizantur, & renovantur, & felices hinc erunt. Sed non ipſa eſt cauſa pœnitentiæ. Qui nondum accepit Baptiſmum, nondum violavit Sacramentum; qui autem violavit Sacramentum male, & perdite vivendo, & ideo remotus eſt ab Altari, ne judicium ſibi manducet, & bibat, mutet vitam, corrigat ſe, & reconcilietur, cum vivit, dum ſanus eſt „ „.

PROPOSITIO VII.

Pœnitentia, ſive interior, quæ virtus eſt; ſive exterior quæ Sacramentum eſt, ſæpius iterari poteſt.

Pœnitentia ſæpius iterari poteſt.

Dogma iſtud fidei, Canone 1. ſeſſ. 14. Concilii Trid. confirmatum, probant Chriſti verba, Matth. 16. & 18. & Joan. 20. quibus poteſtas ſol-

dimittere. Iterata autem remiſſio iteratam pœnitentiam ſupponit, ſine qua peccatum non remittitur. Unde *Lucæ* cap. 17. remiſſionem cum pœnitentia Dominus conjungit: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum; & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties in die converſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi.*

Idem confirmatur Patrum teſtimoniis, ſcilicet *Tertulliani*, lib. *de pœnitentia*, cap. 4. „ „ Omnibus ergo delictis (*inquit*) ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per judicium deſtinavit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit „ „.

Et cap 7. „ „ Verum non ſtatim ſuccidendus, ac ſubruendus eſt animus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit. Pigeat ſane peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat, iterum periclitari, ſed non iterum liberari. Neminem pudeat iteratæ valetudinis; iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum extiteris, ſi quod cibi Dominus offert, non recuſaveris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes, cui ſatisfacias, & quidem volentem. Id ſi dubitas, evolve, quæ ſpiritus Eccleſiis dicat: Deſertam dilectionem Epheſiis imputat; ſtuprum, & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobat; Sardos non plenorum operum incuſat; Pergamenos docentes perverſas reprehendit; Laodicenos fidentes divitiis objurgat; & omnes ad pœnitentiam commonet, ſub communicationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti. Dubium ſi non & alibi hanc clementiæ ſuæ profuſionem demonſtraſſet. Non ait; qui ceciderit, reſurget; & qui averſatus fuerit, convertetur? Ille eſt ſcilicet, ille eſt, qui miſericordiam mavult, quam ſacrificium. Lætantur cœli, & qui illic Angeli, pœnitentia hominis. Heus tu peccator, bono animo ſis; videbis, ubi de tuo reditu gaudeatur. Quid illa ſimilitudinum dominicarum argumenta nobis volunt? Quod mulier drachmam perdidit, & requirit, & reperit, & amicas ad gaudium invitat, nonne reſtituti peccatoris exemplum

eſt?

eſt ? Errat & una Paſtoris ovicula ; ſed grex una charior non erat ; una illa conquiritur , una pro omnibus deſideratur , & tandem invenitur , & Paſtoris ipſius humeris refertur ; multum enim errando laboraverat. Illum etiam mitiſſimum Patrem non tacebo , qui prodigum filium revocat & poſt inopiam pœnitentem libens ſuſcipit , immolat vitulum peropimum , convivio gaudium ſuum exornat. Quidni ? Filium enim invenerat , quem amiſerat ; chariorem ſenſerat , quem lucrifecerat. Quis ille vobis intelligendus Pater ? Deus ſcilicet. Tam Pater nemo , tam pius nemo. Is ergo te filium ſuum , etſi acceptum ab eo prodegeris , etſi nudus redieris , recipiet , quia rediſti ; magiſque de regreſſu tuo , quam de alterius ſobrietate lætabitur ; ſed ſi pœniteat ex animo , ſi famem tuam cum ſecuritate mercenariorum paternorum compares , ſi porcos immundum relinquas pecus , ſi Patrem repetas vel offenſum : Deliqui , dicens , Pater , nec dignus jam ego vocari filius tuus „ „.

S. Joan. Chryſoſtomi , in Paræneſi priore ad *Theo-*

venerit in profundum malorum, contemnit; noli contemnere, noli desperare; clama etiam de profundo ad Dominum, & dic ei: *De profundis clamavi ad te, Domine.* Psalm. 129. De tali profundo Ninivitæ clamaverunt, & hanc propitiationem invenerunt; faciliusque est evacuata comminatio Prophetæ, quam humiliatio pœnitentiæ Hic fortasse dicis: Sed ego jam baptizatus sum in Christo, a quo omnia mihi peccata præterita dimissa sunt, vilis factus sum nimis, iterans vias meas, & canis horribilis oculis Dei, conversus ad vomitum suum. Quo ibo a spiritu ejus, & a facie ejus quo fugiam? Quo frater, nisi ad ejus misericordiam pœnitendo, cujus potestatem peccando contempseras? Nemo enim recte fugit ab illo, nisi ad illum; ab ejus severitate ad ejus bonitatem... Quidquid feceris, quæcunque peccaveris, adhuc in hac vita es, unde te Deus omnino, si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Quid enim clamando non tibi persuasit, ut non recederes, parcendo clamat, ut redeas „„.

Quicunque porro Patres pœnitentiam iterari posse negant de publica duntaxat, & solemni, non de privata pœnitentia loquuntur. Unus sit instar omnium *S. Ambrosius* lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 10. „„ Merito (*inquit*) reprehenduntur, qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent; quia sicut unum Baptisma, ita una pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati, sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum „„.

Objiciet quispiam illud *S. Gregorii* Hom. 24. in Evangelia: „ Pœnitentia est, & mala præterita plangere, & plangenda non perpetrare „. Et illud *S. Isidori Hispalensis* lib. 2. *Sententiarum*, cap. 16. „ Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod „ pœnitet „. Quem ergo vere pœnitet, ille iterum non peccabit; adeoque pœnitentia non iteratur.

Reſp. *S. Thomas* 3. p. q. 84. art. 10. Iſtos quidem eſſe veræ pœnitentiæ caracteres; ſed tamen ab ea pœnitentem poſſe deficere, iterum peccando. „„ Ille enim (*inquit*) eſt irriſor, & non pœnitens, qui ſimul dum pœnitet, agit, quod pœnitet; vel proponit iterum ſe facturum, quod geſſit; vel etiam actualiter peccat eodem, vel alio genere peccati„„. Hinc *S. Auguſt.* Serm. 393. alias 41. ex Homiliis quin„ quaginta: „ Pœnitentes, pœnitentes, pœnitentes „ (ſi tamen pœnitentes, & non eſtis irridentes) mu„ tate vitam, reconciliamini Deo „. Unde ad legitimam, ſinceramque pœnitentiam, neceſſariam eſſe „ Ceſſationem a peccato, & propoſitum novæ vitæ, „ *quod* voluntatem peccandi excludat „, *docet* Tridentina Synodus. „„ Quod autem aliquis poſtea peccat vel actu, vel propoſito, non excludit, quin prima pœnitentia vera fuerit; (*inquit S. Thomas.*) Nunquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium ſubſequentem. Sicut enim vere cucurrit, qui poſtea ſedet; ita vere pœnituit, qui poſtea pec-

ſibi delinquendi propagatam putant „„. Pœnitentiæ igitur iteratio, eccleſiaſticæ diſciplinæ relaxatio, & ſolutio eſt.

Reſp. 1. Facilitatem veniæ non præbere incentivum delinquendi, niſi detur venia citra formam juſtitiæ, & pro gravibus peccatis leviores ſatisfactiones imponantur; cum vero forma juſtitiæ ſervatur, & pro gravibus peccatis graves etiam pœnæ imponuntur, nec tanta eſt veniæ facilitas, nec peccandi datur occaſio. Ita autem res ſe habet in pœnitentiæ Sacramento, cum „„ Ad novitatem, & integritatem, *quæ illius effectus eſt*, ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus, divina id exigente juſtitia, pervenire nequaquam poſſimus; ut merito pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus a SS. Patribus dictus fuerit „„, (inquit ſacra Synodus Tridentina)

Iteratione pœnitentiæ non ſolvitur morum diſciplina.

Hæc Reſponſio ex eodem *S. Ambroſii* loco, ſcilicet ex Serm. 8. in Pſalm. 118. eruitur. „„ In Ipſa (*inquit*) Eccleſia, ubi maxime miſereri decet, teneri quam maxime debet forma juſtitiæ; ne quis Communionis conſortio abſtentus, brevi lacrymula, & ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus Communionem, quam plurimis debet poſtulare temporibus, facilitate Sacerdotis extorqueat; nonne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari? Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Hoc eo dictum eſt, ut ſciamus ſecundum verbum Dei, ſecundum rationem diſpenſandam eſſe miſericordiam debitoribus „„. Neque vero Deus, & Eccleſia veniam tribuunt, ut Dei miſericordia abutamur; ſed ut mores in melius emendemus, & ne creatura ad imaginem Dei condita, & pretioſo Chriſti Sanguine redempta, perdatur. Unde idem *S. Ambroſius* lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 9. ait: *Pœnitentia remedium peccati eſt, non peccandi incentivum.* Iteratione igitur pœnitentiæ non ſolvitur diſciplina; quia etſi ſpes veniæ non negetur, ſeverior tamen ſatisfactio pro peccatis iteratis, ſecundum Eccleſiæ diſciplinam, exigitur.

pe veniæ
olata, gra-
ora mala
nerge-
nt.

Reſp. 2. Etſi nonnulli ex præſumpta ſpe veniæ minus a peccato caveant, gravius tamen malum emerſurum, ſi ſpes veniæ penitus tolleretur. Qui enim ex infirmitate relapſi eſſent, ſublata ſpe veniæ in omnia flagitia ruerent præcipites. Ita reſpondet *S. Auguſt.* Serm. 352. alias 27. inter Homilias quinquaginta, „„ In quibuſcunque peccatis (*inquit*) non perdit viſcera pia mater Eccleſia. Ergo ſolent inde etiam pagani, quaſi inſultare nobis, neſcientes, quid loquantur. Vos, inquiunt, facitis, ut peccent homines, cum illis promittitis veniam, ſi egerint pœnitentiam. Diſſolutio eſt iſta, non admonitio... Tamen quomodo vincantur, breviter accipiat charitas veſtra, quia Domini miſericordia totum optime conſtituit in Eccleſia ſua... Dicunt nos dare peccatis licentiam, quia protum pœnitentiæ pollicemur. Si clauderetur aditus pœnitentiæ, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis ſibi deſperaret ignoſci? Diceret enim ſibi: Ecce peccavi, ecce ſcelus admiſi, jam mihi veniæ nullus eſt locus; pœnitentia infructuoſa eſt, damnatus ſum: quare jam

Nullus ergo peccator de venia desperet, nec Judam traditorem imitetur, quem non tam scelus, quod commisit, quam veniæ desperatio interire fecit „„ Non erat dignus misericordia (*inquit S. Augustl.*) ideo ei non fulsit lumen in corde, ut ad ejus indulgentiam concurreret, quem tradiderat; sicut illi, qui eum crucifixerant; sed desperando se occidit, & laqueo suspendit se, suffocavit se. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius.. Quomodo enim, qui collum sibi ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aeris hujus; sic illi, qui desperant de indulgentia Dei, ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos Spiritus sanctus visitare non possit „„.

Quæres forsan, cur pœnitentia potius iteretur, quam Baptismus, cum utrumque Sacramentum virtutem omnem hauriat ex Passione Christi, quæ una est, nec iteratur.

Cur pœnitentia potius iteretur; quam Baptismus.

Resp. Id intercedere discriminis, quod Baptismus virtutem habeat ex Passione Christi, sicut spiritualis quædam generatio, cum spirituali morte præcedentis vitæ conjuncta, statutum est autem omnibus hominibus semel mori, & semel nasci; & ideo semel tantum debet homo baptizari. Sed pœnitentia virtutem habet ex Passione Christi, sicut spiritualis medicina, quæ frequenter iterari potest. Sic respondet *S. Th.* 3. p. q. 84. art. 10. & 4. Sententiarum, dist. 15. q. 1. art. 4. qu. 3. ubi & alias discriminis rationes affert. „„ Erroneum est dicere (*inquit*) quod pœnitentia non possit iterari, & misericordiæ divinæ contrarium. Causa autem quare iteratur, cum Baptismus non iteretur, est quadruplex. Prima est, quia pœnitentia non imprimit characterem, sicut Baptismus; caracter enim indelebilis est. Secunda, quia Baptisma est contra morbum non iterabilem, scilicet originale peccatum; pœnitentia autem contra actuale peccatum, quod iteratur. Tertia causa est, quia Baptismus habet totam efficaciam a Passione Christi, sine actu nostro; & ideo quia Passio est

una tantum, & Baptiſmus eſt unus; ſed pœnitentia etiam requirit actum noſtrum, & ideo ratione ejus iterationem ſuſcipit. Quarta, quia Baptiſmus eſt generatio ſpiritualis; ſed pœnitentia eſt quædam ſanatio ſpiritualis; ſemel autem aliquis generatur, ſed pluries curari, ſive ſanari poteſt, quamdiu in hac vita vivit „ „.

PROPOSITIO VIII.

Pœnitentiam interiorem ad finem uſque vitæ durare oportet, non exteriorem.

Interioris pœnitentiæ perpetuitas.

Ita docet *S. Thomas* 3. p. q. 84. art. 8. Primam propoſitionis partem inde probat, quod ſemper homini diſplicere debeat commiſſum ab ipſo peccatum. „ „ Si enim ei placeret peccaſſe, jam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Diſplicentia autem dolorem cauſat in eo, qui ſuſceptivus eſt doloris, qualis eſt homo in hac vita „ „. Hinc Auctor libri *De vera, & falſa pœnitentia* inter

Alteram Propoſitionis partem inde probat *S. Thomas* quod certa temporis intervalla Canones pœnitentibus præſcribant, quantum ad pœnitentiæ exterioris actionem, cui illud *Jeremiæ* accomodat: *Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia eſt merces operi tuo.* Jer. 31. Eſt autem merces operi pœnitentis plena remiſſio peccati quoad culpam, & pœnam; poſt cujus conſecutionem non eſt neceſſe, quod homo ulteriorem pœnitentiam agat. Id porro diſcriminis rurſus ſtatuit *S. Thomas* interiorem inter, & exteriorem pœnitentiam; quod „ Agere pœni„ tentiam interiorem ſimul, & exteriorem, pertinet „ ad ſtatum incipientium, qui de novo redeunt a „ peccato „; hic enim primus vitæ ſpiritualis gradus eſt, quæ Theologiæ myſticæ Magiſtri *Vitam purgativam* appellant; *ſed* pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus, & perfectis, ſecundum illud Pſ. 83. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum.* Unde & *S. Paulus* pœnitentiæ ſpiritu animatus dicebat: *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* 1. Cor. 15. 9.

Spectari poteſt iterum pœnitentia ſecundum actum, & ſecundum habitum Priori quidem modo ſpectatam neceſſe eſt ſomno ſaltem, & aliis, quæ ad corporis neceſſitates pertinent, interpellari. Poſteriori modo, continua eſſe deſinet (inquit *S. Thomas*, art. 9. ejuſdem Quæſtionis) „ „ & quantum ad hoc, quod homo nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis diſpoſitio pœnitentis tollatur, & quantum ad hoc, quod homo debet in propoſito gerere, quod ſemper ſibi præterita peccata diſpliceant „ „.

Pœnitentia peccatorum venialium, tam exterior quam interior, perpetua eſſe debet.

Pœnitentia certe peccatorum venialium, tam interior, quam exterior perpetua eſſe debet, cum illa quotidie ſubrepant. Unde *Quotidianam pœnitentiam S. Auguſt.* vocat Sermonibus 351. & 352. *de Pœnitentia*, alias Homiliis 27. & 50. inter quinquaginta. Hinc quotidie pectora tundimus, & orantes dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit-*

mittimus debitoribus noſtris. Non enim ea dimitti precamur, quæ jam in Baptiſmo dimiſſa ſunt; „„ ſed utique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam ſacrificia eleemoſynarum, jejuniorum, & ipſarum orationum, ac ſupplicationum quiſque pro ſuis viribus offerre non ceſſat „„. Inimicum ſalutis noſtræ in hac mortali vita, quæ militia eſt ſuper terram, bonis operibus percutimus, ab eo etiam ſæpe percutimur, etſi non ſemper dejiciamur. „„ Sed neque facilius ab inimico dejicimur, quam cum eum ſuperbiendo imitamur, nec vehementius eum proſternimus, quam cum humilitate Domino ſequimur; nec acriores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum noſtrorum confitendo, & pœnitendo ſanamus „„ (*inquit S. Auguſt.*)

Proficiens, & perfectos vitæ hujus mortalis quodammodo pœnitere debet

Neque tamen hoc ſolum nomine proficientes ipſi, & perfecti perpetuam pœnitentiam agere debent; verum etiam vitæ hujus pœnitere quodammodo illos debet, quæ corruptioni, tentationibus, & peccatis eſt obnoxia. „„ Altera vero pœnitentia

ſumus in corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Quis ergo feſtinat, atque optat ad patriam remeare, & illam ſpeciem, quæ eſt facie ad faciem, contemplari, niſi quem peregrinationis ſuæ pœnituerit? Ex quo dolore pœnitentis, etiam vox illa miſerabilis erumpit, & ſonat: *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt* „„! Pſal. 119. 5.

Et infra de diſpenſatoribus verbi Dei. & Sacramentorum ſic loquitur, „„ Non ſolum propter ipſam vitæ hujus mortalitatem, & ignorantiam... ſed etiam propter ipſum pulverem mundi hujus, qui per itinera conſulendi conſulentium pedibus adhæreſcit, & damna, quæ in ipſa negotioſiſſima diſpenſationis actione contingunt, quæ Dominus præſtet, ut cum lucris majoribus compenſentur; quotidianam debemus habere pœnitentiam... Quanto ergo magis Eccleſiæ provinciales (id eſt Laici) ſæcularibus negotiis obligati, quotidianam debent agere pœnitentiam? Qui quamvis a furtis, a rapinis, a fraudibus, ab adulteriis, & fornicationibus, omnique luxuria, a crudelitate odiorum, & inimicorum pertinacia, ab omni denique idololatriæ fœditate, ſpectaculorum nugacitate, hæreſum, atque ſchiſmatum impia vanitate, atque ab omnibus ejuſmodi flagitiis, & facinoribus immunes, puri, atque integri eſſe debeant; tamen propter adminiſtrationem rerum familiarium, & conjugiorum arctiſſima vincula, tam multa peccant, ut non tam de iſtius mundi pluvere aſpergi, quam luto obliniri videantur „„.

CAPUT II.

De Pœnitentiæ fructibus, & effectibus.

PROPOSITIO PRIMA.

Primus effectus pœnitentiæ eſt omnium remiſſio peccatorum.

Effectus pœnitentiæ.

Dogma Fidei eſt, verbo Domini firmatum, Ezechielis 18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia*

nia præcepta mea, & fecerit judicium, & juſtitiam; vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatem ejus, quas operatus eſt, non recordabor. Et cap. 33. 14. 15. 16. *Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, feceritque judicium, & juſtitiam,* &c. *vita vivet, & non morietur. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei: Judicium, & juſtitiam fecit, vita vivet.* Et Mich. 7. 18. 19. *Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet ultra furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt: Revertetur, & miſerebitur noſtri; deponet iniquitates noſtras, & projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* Item Iſa. 1. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere... Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Neque enim Deus, cujus perfecta ſunt opera, peccatoris vere pœnitentis ex parte miſeretur, ut quædam ei peccata condonet, non omnia; neque id patitur amicitiæ ratio,

cato; reſurgere autem ex parte, & ex parte mortuum manere impoſſibile eſt. Id ut intelligatur, ſciendum eſt, peccatum eſſe mortem animæ, Deum eſſe ejus vitam. „ „ Cum vivit anima in iniquitate, mors ejus eſt; cum aut fit juſta, fit particeps alterius vitæ, quæ non eſt, quod ipſa; erigendo ſe quippe ad Deum & inhærendo Deo, ex illo juſtificatur. Deficiendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad illum fit juſta. Cum ſe erigit ad aliquid, quod ipſa non eſt, & quod ſupra ipſam eſt, & a quo ipſa eſt, percipit ſapientiam, juſtitiam, pietatem; ſine quibus cum eſſet, mortua erat, nec vitam habebat, qua ipſa viveret, ſed qua corpus vivificaret. Aliud eſt enim in anima, unde corpus vivificatur, aliud unde ipſa vivificatur. Melius quippe eſt quam corpus; ſed melius quam ipſa eſt Deus. Eſt ergo ipſa, etiamſi ſit inſipiens, injuſta, impia, vita corporis. Quia vero vita ejus eſt Deus, quomodo cum ipſa eſt in corpore, præſtat illi vigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum, ſic cum vita ejus Deus in ipſa eſt, præſtat illi ſapientiam, pietatem, juſtitiam, charitatem. Veniente itaque verbo, & infuſo audientibus, factiſque illis non ſolum audientibus, ſed etiam obedientibus, reſurgit anima a morte ſua ad vitam ſuam, hoc eſt, ab iniquitate, ab inſipientia, ab impietate ad Deum ſuum, qui eſt illi ſapientia, juſtitia, charitas „ „. Verba ſunt *S. Auguſt.* Tract. 19. *in Joannem.*

Et Serm. 2. in Pſ. 70. „ „ Cum animam ſuſcitat Deus, niſi adſit, qui ſuſcitavit, ſuſcitata non vivit. Non enim ſuſcitat, & dimittit, ut vivat ſibi; ſicut Lazarus quando reſuſcitatus eſt quatriduanus mortuus, ſuſcitatus eſt corpore per Domini corporalem præſentiam Reſuſcitatus eſt Domino præſente, ſed vixit & Domino abſente. Non ſic anima ſuſcitatur; ſuſcitat illam Deus, morietur, ſi diſceſſerit Deus. Duæ vitæ ſunt, una corporis, altera animæ; ſicut vita corporis anima, ſic vita animæ Deus; quomodo ſi anima deſerat, moritur corpus; ſic anima moritur,

tur, ſi deſerat Deus. Ipſa eſt ergo gratia ejus, ut ſuſcitet, & ſit nobiſcum „ „.

Propoſitio noſtra confirmatur ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. „ „ Res (*inquit*) & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ pax, & ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet „ „.

PROPOSITIO II.

Pœnitentia reatum pœnæ æternæ cum peccato mortali ſimul expungit; non vero debitum pœnæ temporalis ſemper tollit.

. Thom. 3. . q. 86. rt. 4.

Prima pars Propoſitionis ex Scriptura ſacra perſpicua eſt, Ezech. 18. 21. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & juſtitiam; vita vivet, & non morietur. Omnium*

tamen ſemper non fieri, ſed poſt ſuam reconciliationem cum Deo, & acceptam juſtificationis gratiam, ipſum frequenter pœnæ temporalis debitorem manere, probat exemplum Iſraelitarum, quibus etſi Deus murmurationis peccatum dimiſiſſet, in peccati tamen ultionem eorum terram promiſſam ingredi noluit, ut habetur *Num.* 14. 20. 22. 23. Quia enim pœna plexus eſt *Aaron*, eo quod incredulus fuiſſet verbo Domini ad aquas contradictionis, (ut habetur *Num.* 20.) & *Moyſes*, ob eamdem culpam, quæ tamen ipſis a Deo condonata fuerat? (*Num.* 28. 13. 14.) Idem probat exemplum *David* Regis, cui homicidii, & adulterii crimina propter pœnitentiam condonata ſunt, pœna tamen temporalis irrogata eſt 2. Regum 12. 13. *Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris. Verumtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.* Idem Rex ob numeratum ex ſuperbia populum a *Gad* Propheta correptus, impetrata licet peccati venia; triduana peſte, ex tribus flagellis a Deo oblatis electa, populum Iſrael ob peccatum ſuum percuti vidit, ac doluit. *Dixitque David ad Dominum, cum vidiſſet Angelum cædentem populum: Ego ſum, qui peccavi, ego inique egi; iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro, manus tua contra me, & contra domum Patris mei;* Hinc *S. Auguſt.* in Pſ. 50. hunc Verſum: *Ecce enim veritatem dilexiſti*, ſic explicat: „ „ Impunita peccata etiam eorum, quibus ignoſcis, non reliquiſti. Sic miſericordiam prærogaſti, ut ſervares & veritatem. Ignoſcis confitenti, ignoſcis, ſed ſeipſum punienti; ita ſervatur miſericordia, & veritas; miſericordia, quia homo liberatur, veritas, quia peccatum punitur. *Et infra*: Aliquando Deus, cui ignoſcit in futuro ſæculo, corripit eum de peccato in iſto ſæculo. Nam & ipſi David, cui dictum jam fuerat per Prophetam: *Dimiſſum eſt peccatum tuum*, evenerunt quædam, quæ minatus erat Deus propter ipſum pec-

2. Reg. 24. 17.

2. Reg. 12. 13.

2 Reg. 15. 10. peccatum. Nam filius ejus Abſalon adverſus eum cruentum bellum geſſit, & in multis humiliavit patrem ſuum. Ambulabat ille in dolore, in tribulatione humiliationis ſuæ, ita ſubditus Deo, ut omnia juſta ei tribuens, confiteretur, quod nihil pateretur indigne, habens jam rectum cor, cui non diſplicebat Deus. Injurioſum quemdam, & in os ſibi dura maledicta jacientem patienter audiebat, ex adverſa 2. Reg. 16. 5. parte, unum ex militibus, qui erant cum filio ejus impio. Et cum ille jaceret maledicta in Regem, iratus unus ex comitibus David, voluit ire, & percutere eum; ſed prohibetur a David. Et quomodo prohibetur? Ut diceret, Deus illum miſit, ut mihi malediceret. Agnoſcens culpam ſuam, amplexus eſt pœnam ſuam, quærens gloriam non ſuam „ „.

Et Tr. 124. in Joan. „ Productior (*inquit*) eſt „ pœna, quam culpa; ne parva putaretur culpa, ſi „ cum illa finiretur & pœna „.

Hinc *S. Gregorius* lib. 9. *Moralium*, cap. 17. „ „ Delinquenti (*inquit*) Dominus nequaquam parcit, quia

exigeret, vel in hoc ſæculo, vel in altero luendam. Quod Satisfactionum, Indulgentiarum, & Purgatorii fundamentum eſt. Quamobrem ſac. Synodus Trid. ſeſſ. 14. cap 8. declarat. „„ Falſum omnino eſſe, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin univerſa etiam pœna condonetur; perſpicua enim, & illuſtria in ſacris Litteris exempla reperiuntur, quibus præter divinam Traditionem, hic error quam manifeſtiſſime evincitur. Sane & divinæ juſtitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint, aliter vero, qui ſemel a peccati, & dæmonis ſervitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templum Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non dubitaverint „„.

Et can. 12. errorem hæreticorum aſſerentium totam pœnam ſimul cum culpa pœnitentibus ſemper a Deo remitti, damnat his verbis „ Si quis dixerit, „ totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper a „ Deo; ſatisfactionemque pœnitentium non eſſe aliam, „ quam fidem, qua apprehendunt Chriſtum pro eis „ ſatisfeciſſe; anathema ſit „. 11

PROPOSITIO III.

Homo per pœnitentiam gratiam, & virtutes recuperat.

Id ſignificatur parabola Filii prodigi, cui Pater juſſit reſtitui *Stolam primam*, *& annulum*, *& calceamenta*, ut habetur *Luc.* 15. Peccatori enim ex animo pœnitenti, ex longinqua diſſimilitudinis regione ad Patrem optimum redeunti, dicentique: *Pater*, *peccavi in cœlum*, *& coram te*, ita veniam concedit miſericors Deus: „ „ Ut venienti, & adhuc longe poſito occurrat, oſculum tribuat, quod eſt inſigne ſacræ pacis, ſtolam proferri jubeat, quæ veſtis eſt nuptialis, quam ſi quis non habuerit, a convivio nuptiali excluditur, det annulum in manu ejus, quod eſt fidei pignus, & ſancti Spiritus ſignaculum, S. Thom 3. p. c. 89. art. 1. & 3.

culum, calceamenta deferri præcipiat; (celebraturus enim Paſcha Domini, epulaturus agnum, tectum debet adverſus omnes incurſus beſtiarum ſpiritualium, morſuſque ſerpentis habere veſtigium,) vitulum præcipiat occidi, quia Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Sicut ergo ſemel pro omnibus immolatus eſt, ita quotieſcunque peccata donantur, Corporis ejus Sacramentum ſumimus; ut per Sanguinem ejus fiat peccatorum remiſſio „„. Verba ſunt *S. Ambroſii* lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 3.

Pœnitens interdum gratiam recipit uberiorem.

Quamvis autem innocentiam baptiſmalem pœnitens recuperare non poſſit, interdum tamen gratiam recipit uberiorem, ut docet *S. Gregorius*, Hom. 34. in Evangelia, ubi in eum ſenſum dominica illa verba interpretatur: *Dico vobis; quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente,* Luc. 15. 7. *quam ſuper nonaginta novem Juſtis, qui non indigent pœnitentia.* Quia (inquit) plerumque experimur, quod „„ Hi, qui nullis ſe oppreſſos peccatorum molibus ſciunt, ſtant quidem in via juſtitiæ, nulla

fortiter geſſit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ poſt ſpinas uberes fruges profert, quam eam, quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem producit „ „.

Quamvis porro Deus peccatorem pœnitentem in primariam, & præcipuam dignitatem reſtituat, ut divinæ conſors ſit naturæ, & inter filios Dei per gratiam cenſeatur; jure tamen ab Eccleſia conſtitutum eſt, ne graviorum quorumdam criminum reis eccleſiaſticæ dignitates, vel Ordinum miniſteria reſtituerentur vitandi ſcandali, & ſanciendæ diſciplinæ cauſa; ut explicat *S. Auguſt.* Epiſt. 185. alias 50. *Ad Bonifacium Comitem*, cujus hæc ſunt verba: „„ Ut conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicujus criminis pœnitentiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat; vel in Clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Alioquin contra claves datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in cœlo.* Sed ne forſitan etiam detectis criminibus, ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pœnitentiam, ſeveriſſime placuit, ut poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo ſit clericus, ut deſperatione temporalis altitudinis medicina major, & verior eſſet humilitatis. Nam & S. David de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore ſuo perſtitit. Et B. Petrum, quando amariſſimas lacrymas fudit, utique Dominum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideo ſupervacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui ubi ſaluti nihil detrahebatur, humilitate aliquid addiderunt, quo alius tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas bonorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum „„. Hinc certis criminibus annexa Irregularitas, quæ pœnitentia non ſolvitur.

Jure eccl. ſancitum eſt, ne graviorum criminum reis tametſi pœnitentibus, eccleſiaſticæ dignitates, vel ſacrorum Ordinum Miniſteria reſtituerentur.

Matth. 16. 19.

PROPOSITIO IV.

Bona opera ſubſequente peccato mortificata, per Pœnitentiam reviviſcunt.

Opera in ſtatu peccati mortalis facta mortua ſunt.

I. Opera in ſtatu mortalis peccati facta, mortua eſſe certum eſt, quia nullam vim habent perducendi hominem, a quo fiunt, ad vitam æternam, quæ vis, & efficacia tota eſt ex gratia, & charitate. De qua Apoſt. 1. ad Corinth. 13. 3. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

S. Thom. 3. p. q. 89. art. 5. Opera meritoria ſubſequente peccato mortali mortificantur.

II. Non minus certum eſt opera in charitate, & ex charitate facta, quæ vitæ æternæ meritoria ſunt, ſubſequente peccato mortali mortificari, cum a proprio ſuo affectu, ſive operatione, quæ promotio eſt, ac perductio ad vitam æternam, impediantur, gratia, & charitate in anima extinctis. Unde *Ezech.* 18. 24. Dominus ait: *Si averterit ſe Juſtus a juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundum omnes abomi-*

Hoc etiam ſenſu explicat *S. Hieron.* illud *Aggæi* 1. verſ. 6. *Et qui mercedes congregavit, miſit eas in ſaculum pertuſum*; cum ſic ait: „„ Si quis e nobis bona operatur, & digna mercede, quam nobis redditurus eſt Dominus... Iſte congregat conſervandas, manſuraſque mercedes; & virtutibus virtutes ſemper adjungens, coacervat pecunias in ſacculum non pertuſum. Qui autem poſt bona opera non ſemel, & bis, ſed frequenter peccat, & præteritam charitatem ſequentibus vitiis obſcurat, & ſordidat, iſte in pertuſum ſacculum pecunias congregat „„.

III. Certum etiam eſt, opera ex genere ſuo bona, ſed nihilominus mortua, quia edita ſunt ab homine deſtituto gratia, & charitate, quæ ſpiritalis vitæ principia ſunt, quia fieri non poteſt, ut reviviſcat, quod nunquam vixit, & omnino periit. Opera autem illa nunquam ex principio vitæ, ſcilicet ex charitate proceſſerunt; quamobrem per pœnitentiam non reviviſcunt. Nec Deus rationem eorum habet ullam, ut ea remuneret in vita æterna, quæ ſolis operibus vivis, id eſt, ex charitate factis promiſſa eſt; quamvis illa interdum præmio aliquo temporali remuneret. Unde *S. Gregor.* Homil. 40. in Evangelia ait: „„ Iſta ſententia pavore potius indiget, quam expoſitione. Nam ſi qui eſtis, qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepiſtis, ipſum, ut ita dicam, donum exterius pertimeſcere debetis; ne nobis pro quorumdam veſtrorum actuum recompenſatione ſit datum; ne Judex, qui hic bona exteriora reſtituit, a retributione boni intimi repellat; ne honor hic, vel divitiæ, non adjumentum virtutis, ſed remuneratio ſint laboris. Ecce enim dum dicitur: *Recepiſti bona in vita tua*, Luc. 16. 25. indicatur, & dives iſte boni aliquid habuiſſe, ex quo in hac vita bona reciperet. Rurſumque dum Lazaro dicitur; quia recepit mala, profecto monſtratur, & Lazarus habuiſſe malum aliquod, quod purgaretur. Sed mala Lazari purgavit ignis inopiæ, & bona divitis remuneravit felicitas tranſeuntis vitæ...

S. Thom. ibi. art. 6. Opera mortua nunquam per pœnitentiam reviviſcunt.

Quicunque ergo bona in hoc ſæculo habetis, cum vos bona egiſſe recolitis, valde de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas eorumdem remuneratio ſit bonorum „ „. Atque in hunc ſenſum explicat *S. Thom.* locum *S. Hieron.* in cap. 1. Aggæi Prophetæ ſcribentis: „ „ Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ juſta ſunt, non eſt tam injuſtus Deus, ut propter multa mala obliviſcatur paucorum bonorum „ „. Quamvis & aliam hujus loci explicationem afferat Doctor Angelicus, Deum ſcilicet bonorum illorum non obliviſci, quia propter illa homo in peccatis perſeverans, tolerabilius judicium patietur. Quod inſigni *S. Auguſt.* teſtimonio confirmat lib. *de Patientia*, cap. 26. ubi de ſchiſmatico pro Chriſto perſecutionem patiente ſic loquitur: „ „ Non enim dicere poterimus, melius ei fuiſſe, ut Chriſtum negando nihil eorum pateretur, quæ paſſus eſt confitendo; ſed exiſtimandum eſt, fortaſſe tolerabilius ei futurum Judicium, quam ſi Chriſtum negando cuncta illa vi-

ſine proœmio vitæ æternæ dimitteret, ob hujuſmodi peccata, de quibus acta pœnitentia eſt.

Hinc *Joelis* 2. ubi Dominus dixit: *Convertimini ad me in toto corde veſtro*, &c. ſubdit verſ. 25. *Et reddam vobis annos, quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca*; quod de meritis peccato ſubſequente perditis *S. Hieronym.* interpretatur: „„ Ne timeas (*inquit*) terra, immo confide, atque lætare; quæ prius ſementem dominicam tua ariditate perdideras; quia magnificavit Dominus, ut faceret tecum miſericordiam.... & lignum Crucis afferret fructum ſuum, & Spiritus ſancti dona dulciſſima ſuam cunctis tribuerent largitatem. Vos quoque, quos juſte poſt pœnitentiam voco filios Sion, & Eccleſiæ, lætamini, atque gaudete, quia dedit vobis Deus Pater Doctorem juſtitiæ, ſive tribuit vobis alimenta juſtitiæ, & deſcendere fecit ad vos pluvias temporaneas, atque ſerotinas. Pluvia tempeſtiva eſt, quando primum doctrinam ſuſcipimus; pluvia ſerotina, quando laboris noſtri fructus recipimus... Et non ſolum, inquit, hoc dedit, ſed fecit vos novis virtutum frugibus abundare... Et annos, quos perturbationibus ante regnantibus perdideratis in vobis, quando opera veſtra locuſta, bruchus, rubigo, erucaque conſumpſerant, Deus vobis perire non paſſus eſt. Tunc comedetis fructus juſtitiæ, & ſaturabimini; & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia. Si autem poſt pœnitentiam tantam ubertatem Deus rerum omnium pollicetur, quid reſpondebit Novatus negans pœnitentiam, & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum, ſi digna fecerit opera pœnitentiæ „„?

Idem confirmat *S. Hier.* in cap. 3. Epiſt. ad Galatas, ad illa verba: *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa?* ubi hæc habet: „„ Quicunque ob Chriſti fidem laboraverit, & poſtea lapſus fuerit in peccatum, ſicut priora ſine cauſa dicitur paſſus fuiſſe, dum peccat, ſic rurſum non perdet, ſi ea ad priſtinam fidem, & antiquum ſtudium revertatur „„.

beri arbitrii in Deum, & in peccatum, ita ut in illum ſe convertat, iſtud vero deteſtetur; ideo quoties nova gratia infunditur, peccata venialia remittuntur. Tertio, ad remiſſionem peccatorum venialium valent Sacramentalia, quatenus vel cum motu deteſtationis peccatorum conjuncta ſunt, ut Confeſſio generalis, tunſio pectoris. & Oratio dominica; vel cum motu reverentiæ in Deum, reſque divinas, ut Benedictio Epiſcopalis, aſperſio aquæ benedictæ, oratio in Eccleſia conſecrata, & alia hujuſmodi.

Nunquam tamen peccata venialia remittuntur ſine pœnitentiæ virtute; remitti namque non poſſunt, quamdiu voluntas illis adhæret. Undè nec Martyrium venialia peccata delet, *Si actualiter voluntatem peccato invenerit inhærentem*; (inquit *S. Thomas.*) Nec Sacramentalia quæcunque ad remiſſionem peccatorum venialium conducunt, niſi quatenus *Inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui eſt deteſtatio peccatorum, vel implicite, vel explicite*; ut loquitur idem Doctor Angelicus. Sicut ergo fictio impedit effectum Baptiſmi; ſic actualis ad peccatum venia-

deteſtetur „„. Id autem minime neceſſarium eſt ad remiſſionem peccatorum venialium, ſed ſufficit pœnitentia virtualis. Ita docet *S. Thomas* 3. p. q. 87. art. 1.

II. Virtualis pœnitentia non ſufficit ad remiſſionem peccatorum mortalium, niſi eorum, quæ e memoria exciderunt, nec illi occurrunt *Poſt diligentem inquiſitionem.* Ita *S. Thomas* ibidem.

III. „ Sicut peccatum mortale remitti non poteſt, S. Th. ibi.
„ quamdiu voluntas peccato adhæret; ita etiam nec „ peccatum veniale „. Manet enim veniale peccatum, quamdiu manet voluntas ad creaturam præter modum converſa, & ea converſione retardata, ne prompte in Deum feratur. „„ Amor *enim* rerum terrenarum, ſpiritualium viſcum pœnnarum (*inquit S. Auguſt. Serm.* 112. *alias* 33. *de Verbis Apoſt.*) *Et Serm.* 311. *alias* de Diverſis 115. Amate (*inquit*) & nolite amare; ad aliquid amate, & ad aliquid amare nolite. Eſt enim, quod ad profectum ametur, & eſt, quod ad impedimentum ametur. Noli amare impedimentum, ſi non vis invenire tormentum. Quod amas in terra, impedimentum eſt; viſcum eſt pœnarum ſpiritualium, hoc eſt virtutum, quibus volatur ad Deum. Capi non vis, & viſcum amas? Nunquid ideo non caperis, quia dulciter caperis? Quanto magis delectat, tanto fortius ſtrangulat „„.

IV. Pœnitentia de peccatis mortalibus includit S. Th. ibi.
neceſſario propoſitum abſtinendi ab omnibus, & ſingulis hujuſmodi peccatis; ſed ad pœnitentiam venialium neceſſarium quidem eſt propoſitum abſtinendi a ſingulis, non tamen ab omnibus; *Quia hoc infirmitas hujus vitæ non patitur.* Omnia enim peccata venialia vitare impoſſibile eſt. *Si dixerimus,* 1. Joan. 1.
quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Nemoque Juſtorum eſt, Deipara Virgine excepta, qui oratione Dominica remiſſionem peccatorum precari non indigeat his verbis: *Dimitte nobis debita noſtra.*

V. Ad venialium peccatorum pœnitentiam, ho- S. Th. ibi.
mo „„ Debet habere propoſitum ſe præparandi ad

peccata venialia minuenda; alioquin eſſet ei periculum deficiendi, cum deſereret appetitum proficiendi, ſeu tollendi impedimenta ſpiritualis profectus, quæ ſunt peccata venialia „ „ ita *S. Th.* Idem confirmatur ex verbis Domini, & Apoſtolorum, Luc. 9. 62. *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei.* Ad Epheſ. 4. 15. *Veritatem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.* 2. Petri 3. 18. *Creſcite in gratia, & in cognitione Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti.* Apoc. 22. 11. *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc; & ſanctus ſanctificetur adhuc.* Quomodo autem in charitate creſcere poſſumus, quomodo in juſtitia proficere, niſi ad venialia peccata minuenda parati ſimus, omnique ſtudio, ac vigilantia enitamur? Hinc *S. Auguſt.* Serm. 169. alias 15. de Verbis Apoſtoli: „ „ Viatores (*inquit*) ſumus. Dicitis: Quid eſt ambulare? Breviter dico: Proficere; ne forte non intelligatis, & pigrius ambuletis... Semper tibi diſpliceat, quod es, ſi vis perve-

PROPOSITIO II.

Tres actus pœnitentis, ſcilicet Contritio, Confeſſio, & Satisfactio, ſunt quaſi materia proxima Sacramenti pœnitentiæ, ejus denique Sacramenti partes.

Tres actus pœnitentiæ.

Actus enim illi, qui ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ, & plenam, ac perfectam peccatorum remiſſionem, ex Chriſti inſtitutione ſunt neceſſarii, hac ratione ſunt partes pœnitentiæ; tres porro iſti pœnitentis actus ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ, & plenam, ac perfectam peccatorum remiſſionem, ex Chriſti inſtitutione ſunt neceſſarii; ſunt igitur partes pœnitentiæ.

Contritio, Confeſſio, Satisfactio ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ neceſſariæ.

Ac primum quidem Contritionem ex Dei inſtitutione ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ, & ad remiſſionem peccatorum eſſe neceſſariam, conſtat ex verbo Dei, quo peccatricis animæ converſio ad Deum velut genuinus & eſſentialis pœnitentiæ caracter exprimitur, Ezech. 18. *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Et 33. *Si impius non fuerit converſus a via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur.* Joel. 2. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & fletu, & planctu; & ſcindite corda veſtra.* Luc. 13. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Quid autem eſt pœnitentia, niſi deteſtatio ſincera, ſeu odium peccati, cum propoſito deinceps non peccandi? 2. ad Cor. 7. *Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum.*

Confeſſionem ex inſtitutione Chriſti pariter neceſſariam eſſe ad peccati mortalis remiſſionem in nova Lege probant Chriſti verba, Joan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Ex quibus conſtat, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum e terris in cœlos aſcenſurum; ſui ipſius Vicarios reliquiſſe, tanquam Præſides, & Judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti Fideles ceciderint,

ut

ut vice Chriſti ſententiam Abſolutionis, vel retentionis pronuntient. Quod judicium incognita cauſa exerceri non potuit, ut loquitur Conc. Tridentinum Seſſ. 14. cap. 5.

Satisfactionem denique ex Dei inſtitutione eſſe neceſſariam ad remiſſionem peccatorum, aut certe ſatisfactionis propoſitum, probat illud Joelis 2. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, in fletu, & planctu.* Illud item Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Item illud Luc. 11. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.*

Singulas illas Propoſitiones ex Traditione facile confirmaremus impræſentiarum; ſed ordinis, & perſpicuitatis gratia id ſingularibus Quæſtionibus reſervamus, quibus de Contritione, Confeſſione, & Satisfactione ſingulatim agemus. Interim tamen nonnullis patrum teſtimoniis tres illos pœnitentis actus ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ neceſſarios eſſe, oſtendo, ſcilicet.

S. Cyprian. lib. de Lapſis. „ „ Confiteantur ſin-

ferre, quidquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes „ „.

S. Joannis Chryſ. Sermone *de Pœnitentia*, cujus hæc ſunt verba: „ „ Perfecta pœnitentia cogit pœnitentem omnia libenter ferre; in corde ejus contritio, in ore confeſſio, in opere toto humilitas; ut quibus modis Deum offendimus, corde, ore, opere, iiſdem reconciliemur Deo; corde quidem per Contritionem, ore per Confeſſionem, ac opere per Satisfactionem „ „.

S. Auguſt. Ser. 351. *de Pœnit.* alias 50. inter Homilias quinquaginta. „ „ Implicatus (*inquit*) tam mortiferorum vinculis peccatorum, detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claves Eccleſiæ, quibus ſolvatur in terra, ut ſit ſolutus in cœlo, & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantum Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri... Judicet ergo ſeipſum homo in iſtis voluntate, dum poteſt, & mores convertat in melius; ne cum jam non poterit, etiam præter voluntatem a Domino judicetur. Et cum ipſe in ſe protulerit ſeveriſſimæ medicinæ, ſed tamen medicinæ ſententiam, veniat ad Antiſtites, per quos illi in Eccleſia claves miniſtrantur; & tanquam bonus jam incipiens eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito, a Præpoſitis Sacramentorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modum; ut in offerendo Sacrificio cordis contribulati devotus, & ſupplex, id tamen agat, quod non ſolum ipſi proſit ad recipiendam ſalutem, ſed etiam cæteris ad exemplum „ „.

S. Ambroſii, lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 5. „ „ Qui agit pœnitentiam (*inquit*) non ſolum diluere lacrymis debere peccatum ſuum, ſed etiam emendationibus factis operire, & tegere delicta ſuperiora. *Cap.* 6. Si vis juſtificari, fatere delictum tuum. Solvit enim criminum nexus verecunda Confeſſio peccatorum... Sed audiant, qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant; quo ſtudio, quo affectu, qua mentis intentione, qua concuſſione viſcerum,

qua

Thren. 2. qua cordis converſione. *Vide*, inquit, *Domine, quia tribulor, venter meus turbatus eſt a fletu meo, converſum eſt cor meum in me.* Cognoviſti intentionem animi, fidem mentis, cognoſce & habitum corporis. *Sederunt*, inquit, *in terra, tacuerunt Seniores filiæ Sion, & impoſuerunt terram ſuper caput ſuum, præcinxerunt ſe in cilicio, &c.* Sic flevit, & Ninive populus, & denuntiatum excidium civitatis evaſit. In te igitur, ut evadas, vult rogari Dominus, vult de ſe ſperari, vult ſibi ſupplicari. Homo es, & vis rogari, ut ignoſcas, & putas Deum tibi non roganti ignoſcere? Ipſe Dominus Jeruſalem flevit, ut
Luc. 19. quia ipſa flere nolebat, Domini lacrymis ad veniam pertingeret. Ipſe nos flere vult, ut evadere poſſimus,
Luc. 23. ſicut habes ſcriptum in Evangelio: *Filiæ Jeruſalem*
3. Reg. 24. *nolite me flere, ſed vos ipſas flete.* Flevit David, & meruit, ut mortem populi pereuntis divina removeret miſericordia, quando tribus ſibi propoſitis optionibus eam tamen, in qua majorem Domini miſerationem experiretur, elegit „ „. Contritionem la-

ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Quid eſt corde credere ad juſtitiam, niſi voluntatem dirigere ad finem per dilectionem operantem? Cum ergo quis cordis intentionem ad juſtitiam per amorem dirigit, per initium bonæ voluntatis, fructum habet bonæ converſionis. Hic certe jam ad ſalutem confitetur; quia plus loquendo de vulnere ejicit, quam converſione compunxit. Tertia ergo ſpecies, id eſt vindicta, quaſi medicina neceſſaria eſt; ut apoſtema reatus, quod converſione compungitur, confitendo purgetur, afflictioniſque medicina ſanetur. *1.* Signum ergo veræ converſionis non eſt in oris Confeſſione, ſed in afflictione pœnitentiæ. Tunc namque bene converſum peccatorem cernimus, cum digna afflictionis auſteritate delere nititur, quod loquendo confitetur „„.

Quod autem tres illi pœnitentis actus ad integritatem pœnitentiæ concurrant, probat *S. Thomas* 3. p. q. 90. art. 2. hoc poſito principio, quod alio modo fiat compenſatio offenſæ in pœnitentia, & in juſtitia vindice. In iſta enim fit compenſatio offenſæ ſecundum arbitrium Judicis; in illa vero ſecundum voluntatem peccantis, & arbitrium Dei, in quem peccatur, & quicum reconciliatio amicitiæ per pœnitentiam quæritur. Neceſſaria igitur eſt in pœnitente voluntas compenſandi offenſam, ſive reſarciendi injuriam, quod fit per Contritionem; ſecundo, ut ſe ſubjiciat arbitrio Sacerdotis, vice Dei, quod fit in confeſſione; tertio, ut offenſam compenſet ſecundum arbitrium miniſtri Dei, quod fit in ſatisfactione.

Tribus autem divinarum Perſonarum attributis tres illæ pœnitentiæ partes per accommodationem quamdam reſpondent. Contritio miſericordiæ, vel bonitati, propter dolorem de malo; Confeſſio ſapientiæ, propter veritatis manifeſtationem: Satisfactio potentiæ, propter ſatisfaciendi laborem. Potentia Patri, ſapientia Filio, miſericordia, & bonitas Spiritui ſancto tribuitur. Ita *S. Th.* qu. 7. Supplementi,

Tribus divinarum Perſonarum attributis tres pœnitentiæ partes reſpondent.

menti, art. 3. ad 3. „ Sed contritio eſt prima par
„ pœnitentiæ, efficaciam aliis partibus præbens; ideo
„ que eodem modo judicatur de tota pœnitentia
„ ſicut de contritione „.

Denique *Eugen. IV.* in Decreto pro Inſtruction
Armenorum, & ſacra Synodus Tridentina ſeſſ. 14
cap. 3. & can. 4. tres partes pœnitentiæ aſſignant
Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem. Tri
dentinus Canon his verbis conceptus eſt: „„ S
quis negaverit, ad integram, & perfectam peccato
rum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente
quaſi materiam Sacramenti pœnitentiæ, videlice
Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, qua
tres pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, dua
tantum eſſe pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet in
cuſſos conſcientiæ agnito peccato, & fidem conce
ptam ex Evangelio, vel Abſolutione, qua credit qui
ſibi per Chriſtum remiſſa peccata; anathema ſit „„.

Fides non eſt pars pœnitentiæ

Fides quidem ad pœnitentiam deſideratur, u
diſpoſitio neceſſaria, ſicut ſuperius diximus. Und

Dicuntur porro tres illi pœnitentis actus ſupra recenſiti, *Quaſi materia* Sacramenti pœnitentiæ, non quod veræ materiæ rationem non habeant, ſed quia ejus generis materia non ſunt, quæ extrinſecus adhibeatur, ut aqua in Baptiſmo, & Chriſma in confirmatione (inquit Concilii Catechiſmus;) & quia Contritio, Confeſſio, atque interdum Satisfactio, ſemper vero Satisfactionis adimplendæ propoſitum, formæ, id eſt, Abſolutionis ſacramentalis pronuntiationem præcedunt; cum in cæteorum Sacramentorum adminiſtratione forma proferri debeat ſimul atque materiæ ſit applicatio.

Cur tres actus pœnitentis quaſi materia Sacramenti pœnitentiæ a Conc. Trid. dicantur.

Quamvis autem Contritio ſecundum eſſentiam ſit in corde, virtute tamen ad exteriorem pœnitentiam pertinet, quatenus includit propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi (inquit *S. Thom.*) & ſenſibus patet per exteriores actus Confeſſionis, & Satisfactionis, aliaque externa doloris ſigna, ſicut conſenſus internus contrahentium Matrimonium innoteſcit, ac ſenſus percipitur per verba, vel alia ſigna externa. Contritionis vero nomine tam perfecta Contritio intelligitur, quam imperfecta, quæ vocatur Attritio.

Obſervandum nihilominus eſt, Confeſſionem, & Satisfactionem ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ non eſſe ita neceſſarias, ac Contritionem. Hæc enim ita neceſſaria eſt, ut ſuppleri nunquam poſſit; illæ vero in extremo vitæ diſcrimine ſuppleri poſſunt, cum homo vi morbi oppreſſus, linguæ, aut mentis etiam uſum ſubito amiſerit, poſtquam externa quædam ſigna veræ pœnitentiæ prodidiſſet. Tunc enim Sacerdos infirmum abſolvere poteſt, adſtantium teſtimonio, aut vitæ anteactæ, & ſecundum Legem chriſtianam inſtitutæ ſuffragio, vicem Confeſſionis quodammodo ſupplentibus, cujus, uti & Satisfactionis, propoſitum habuiſſe pie creditur homo, qui chriſtiane vixit, & qui ſigna pœnitentiæ edidit, ac Sacerdotem vocari juſſit, apud quem peccata deponeret, antequam vox eum deficeret. Ita docet *S. Leo*, Epiſt. 82. alias 91. ad *Theodorum*

Sola Contritio nunquam ſuppleri poteſt.

dorum Forojulienſem Epiſcopum. „„ Verum (*inquit*) etiam talium neceſſitati ita auxiliandum eſt, ut & actio illis pœnitentiæ, & Communionis gratia, ſi eam etiam amiſſo vocis officio per indicia integri ſenſus poſtulant, non negetur. At ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggravati, & quod paullo ante poſcebant, ſub præſentia Sacerdotis ſignificare non valeant; teſtimonia eis Fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur „„.

Duo pœnitentium officia.

Obſervandum rurſus, his duobus pœnitentium officiis, quæ *Iſaiæ* 1. 16. & 17. exprimuntur: *Quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere;* & illis Pſalmi 36. *Declina a malo, & fac bonum*, intelligi omnia, quæ ad veram pœnitentiam ſunt neceſſaria. Sic enim a perverſis operibus ceſſandum eſt, ut vitæ veteris odium, & peccatorum deteſtatio concipiatur, & ut eorum Confeſſio fiat ſecundum inſtitutionem Chriſti; atque pro illis ſatisfactio divinæ juſtitiæ offera-

CAPUT IV.

De Materia proxima, seu partibus Sacramenti pœnitentiæ, & primo quidem de Contritione.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Contritio; & in quo vis illius posita sit.

Definitio Contritionis.

Contritio a Concilio Trid. Sess. 14. cap. 4. definitur *Animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero.*

Doloris nomine non is intelligitur, quem corporis sensu percipimus; Contritio enim est voluntatis actio; & *S. Augustinus* Serm. 351. alias quinquagesimo inter Homilias quinquaginta, testatur dolorem illum pœnitentiæ comitem esse, non pœnitentiam. „ Sicut enim (*inquit*) comes pœnitentiæ dolor est; „ ita lacrymæ sunt testes doloris „. Verum peccati detestationem, & odium, doloris vocabulo Patres significarunt; tum quia sacræ Litteræ eo sensu illud usurpant; ait enim David Psal. 12. *Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* Tum quia dolor in inferiori etiam animæ parte, quæ concupiscendi vim habet, ex ipsa Contritione plerumque oritur, quamobrem Contritio non incommode dolor definita est, quod dolorem efficiat, ad eumque declarandum pœnitentes vestem etiam mutare soliti fuerint, ut observat Concilii Tridentini Catechismus. Qua de re Christus *Matthæi* 11. ait: *Væ tibi Corozaim; væ tibi Bethsaida; quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiâ egissent.*

Contritionis notio.

Recte autem *Contritionis* nomen huic de peccatis interno dolori impositum est, ducta similitudine a rebus corporalibus, quæ minutim saxo, aut duriore aliqua materia confringuntur; ut eo vocabulo declaretur, corda nostra, quæ superbia obduruerunt, pœnitentiæ vi contundi, atque conteri. „ „ Quare nullus alius dolor, vel parentum, & filiorum obitu, vel

cujuſvis alterius calamitatis cauſa ſuſceptus, hoc nomine appellatur; (*ut obſervat Conc. Tridentini Catechiſmus* :) Sed illius tantum doloris proprium eſt nomen, quo ex amiſſa Dei gratia, atque innocentia
Eccl. 10. 15. afficimur „„. Quia enim *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*, per quam homo ſenſui ſuo inhærens a mandatis divinis recedit; oportet, ut id, quod deſtruxit peccatum, hominem a proprio ſenſu diſcedere faciat. Qui autem in ſuo ſenſu pertinax eſt, rigidus, & durus per ſimilitudinem appellatur; & frangi dicitur aliquis, quando a ſuo ſenſu divellitur. „„ Et quia ad dimiſſionem peccati requiritur, quod affectum peccati homo totaliter dimittat, quem per quamdam continuitatem, & ſoliditatem in ſuo ſenſu habebat; ideo actus ille, quo peccatum dimittitur, Contritio dicitur per ſimilitudinem „„; (*inquit S. Thom.* in 4. *Sententiar*, Diſt. 17. quæſt. 2. art. 1.) Verum aliis quoque vocabulis eadem res declarari ſolet. Nam & *Contritio cordis* dicitur, quia cordis nomen frequenter ſacræ Litteræ pro volun-

Dicitur *Dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero;* quia contritionis vis in eo ſolum poſita non eſt, ut quis peccare deſinat, aut propoſitum ei ſit novum vitæ genus inſtituere, aut ipſum jam inſtituat; ſed in primis male actæ vitæ odium, & expiatio ſuſcipienda eſt. Hæc igitur tria includit dolor de peccato ſincerus; primo ceſſationem a peccatis; deinde eorumdem odium, ac deteſtationem; tertio vitæ novæ propoſitum, atque inchoationem. Dolere namque de peccatis nemo poteſt, niſi prius ab illis ceſſaverit. Hinc *Iſaiæ* 1. dicitur: *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis; quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere.* Et cap. 55. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum.* Apoſtolus etiam prius hortatur Romanos, ut abjiciant opera tenebrarum, deinde ut induantur arma lucis. *Abjiciamus ergo* (inquit) *opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſte ambulemus; non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione, ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum.* Rom. 13. Et Epheſios prius *deponere* juſſit ſecundum priſtinam converſationem *veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria carnis*; deinde ſubjunxit; *Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.* Epheſ. 4. Qui reconciliari vult amico, quibus eum antehac injuriis afficiebat, ab iis deinceps jam abſtinet, quo facilius redire poſſit in gratiam. Quæ autem eſt alia pœnitentiæ ratio, quam ut reconciliemur Deo, remiſſione peccatorum impetrata? Ceſſemus itaque a peccatis neceſſe eſt, in quibus, vel in proximis illorum occaſionibus quamdiu perſeverat aliquis, dolere de illis, eaque ex animo deteſtari non poteſt. Primum itaque ceſſandum eſt a peccatis, quod tamen ſolum non ſufficit. Do-

leamus inſuper oportet, quod ea perpetraverimus aliquando; ac ſicut ea placuerunt antea, ſic deinceps deteſtemur, & odio habeamus. Hinc *Ezechiel.* 18. dicitur: *Projicite a vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum.* Quo etiam pertinent pœnitentiæ, & triſtitiæ, doloris & gemitus vocabula, quibus Scriptura ſacra utitur; ut cum Chriſtus ait, Luc. 13. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Et 2. ad Corinth. 7. *Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur... Ecce enim hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari vos quantam in vobis operatur ſolicitudinem; ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed vindictam &c.* Id vero maxime confirmant illi pœnitentium clamores, quos in ſacris
Pſalm. 6. Litteris frequenter editos eſſe legimus. *Laboravi,*

ut iram ſibi cumulet. Si ad hunc modum agi eſt cum homine æque ac nos mortali, quo ore ad Deum accedemus? qua fronte ei reconciliari poſtulabimus, nullum de injuriis ipſi factis dolorem præ nobis ferentes?

Merito itaque damnata eſt Propoſitio iſta Lutheri: *Optima pœnitentia, nova vita*; quatenus ſignificat non aliam a nobis exigi pœnitentiam, quam vitam bonam imposterum. Declaravitque ſacra Synodus Tridentina Seſſ. 14. cap. 4. „ Contritionem non ſo„ lum ceſſationem a peccato, & vitæ novæ propo„ ſitum, & inchoationem; ſed veteris etiam odium „ continere „.

Dicitur, *Cum propoſito non peccandi de cætero*; quia pœnitentia ſincera non eſt, niſi pœnitens certam, & ſtabilem vitæ emendandæ cogitationem ſuſcipiat, & voluntatem habeat. Hoc vero diſertis verbis Deus docet. Ezechielis 18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & juſtitiam, vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor.* Et paullo poſt: *Cum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit judicium, & juſtitiam, ipſe animam ſuam vivificabit.* Ac paucis interjectis; *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris; & non erit vobis in ruinam iniquitas; projicite a vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis; & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum.* Idem etiam Chriſtus Dominus mulieri in adulterio deprehenſæ præſcripſit, Joannis 8. *Vade, & amplius noli peccare.* Item Paralytico illi, quem ad probaticam piſcinam curaverat, Joannis 5. *Ecce ſanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Sed natura quoque ipſa, & ratio plane oſtendunt, duo illa ad Contritionem eſſe imprimis neceſſaria, dolorem ſcilicet de peccato admiſſo, & propoſitum, cautionemque, ne quid hujuſmodi imposterum com-

mittatur. Nam qui amico reconciliari velit, quem injuria aliqua affecerit, & doleat neceſſe eſt, quod in eum fuerit injuriosus, & diligenter impoſterum caveat, ne qua in re amicitiam læſiſſe videatur. Quæ duo obedientiam adjunctam habeant oportet. Hominem enim legi ſive naturali, & divinæ, ſive humanæ, quibus ſubjectus eſt, parere convenit. Quamobrem ipſa Contritio confitendi, & ſatisfaciendi voluntatem conjunctam habere debet. Unde Concil. Tridentinum Seſſ. 14. cap. 4 ait: „„ Contritionis motus ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia divinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua conjunctus ſit, quæ ad rite ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur „„.

Contritionis definitionem, ejuſque mox datas explicationes ſacrorum Canonum auctoritas confirmat, ſcilicet Canon *Pœnitentia*, Diſt. 3. *de Pœnitentia*, ex *S. Gregorio* lib. 9. Epiſt. 39. aliiſque Patribus deſumptus, cujus hæc ſunt verba: „ Pœnitentia eſt, & mala præte-
„ rita plangere, & plangenda iterum non committere „.

finitio colligitur ex S. *Augustini* Enarrationibus in Psal. 50. 74. & 146. Ab aliis denique: *Humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem, & timorem*; quæ definitio struitur ex S. *Gregorio* lib. 33. *Moralium*, cap. 11.

ARTICULUS II.

De Necessitate, & Utilitate Contritionis.

PROPOSITIO PRIMA.

Contritio ad remissionem peccatorum mortalium, & ad justificationem peccatoris ita necessaria est, ut sine ipsa peccatorum remissio, & gratia justificans obtineri non possit.

Necessitas Contritionis.

Id probant omnia Scripturæ sacræ loca, quibus pœnitentiæ, conversionis ad Deum, scissionis cordis necessitas significatur. Joelis 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in fletu, in planctu, & scindite corda vestra.* Quando flere, quando plangere, quando scindere cor jubet, quid aliud quam Contritionem præcipit, sine qua toto corde converti ad Deum non possumus? Ezechielis 18. *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Isaiæ 40. *Dominus evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.* Ex quo vel solo colligitur, qui sanari vult per pœnitentiam, eum contrito corde esse oportere. Christus etiam dixit Luc. 13. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.* Et Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam commendans Actuum 2. dicebat: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Pœnitentiam porro peccati odium, & detestationem, vitæque novæ propositum, & inchoationem complecti, in quo posita est Contritio, Articulo superiore probatum est.

Idque ex *Tertulliano* confirmatur lib. *de Pœnitentia*, cap. 9. „ Itaque (*inquit*) Exomologesi prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ illicem, de

ipſo quoque habitu, atque victu mandat, ſacco, & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare; animum mœroribus dejicere; illa, quæ peccavit, triſti tractatione mutare... Plerumque vero jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymare, & mugire dies, noctesque ad Dominum ſuum, Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari „„.

Item ex *S. Cypriano* in Tractatu *de Lapſis*, *dicente*: „„ Convertamur ad Dominum mente tota, & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Dei miſericordiam deprecemur. Illi ſe anima proſternat, illi mœſtitia ſatisfacit; illi ſpes omnis incumbat. Rogare qualiter debeamus, dicit ipſe: *Revertimini* (inquit) *ad me ex toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu; & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Ad Dominum toto corde redeamus. Iram & offenſam ejus jejuniis, fletibus, planctibus, ſicut admonet ipſe, placemus. Lamentari eum putamus ex toto corde, jejuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo cri-

Joel. 2.

gis? Non jugiter ingemiſcis? Non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abſcondis „ „?

Et infra: „ „ Agite pœnitentiam plenam, dolentis, ac lamentantis animi probate mœſtitiam. Neo vos quorumdam moveat, aut error improvidus, aut ſtupor vanus; qui cum teneantur in tam grandi crimine, percuſſi ſunt animi cœcitate, ut nec intelligant delicta, nec plangant. Indignantis Dei major hæc plaga eſt „ „.

Idem confirmat *S. Joannes Chryſoſtomus* lib. 1. de Compunctione cordis. „ „ Lugendum eſt (*inquit*) & flendum, & per totam vitam plangendum, ut vel ſic occupata in luctu, & lacrymis anima erubeſcat peccare. Denique lugentes pro charorum ſuorum amiſſione interrogemus. Si quando aut unicum pater filium, aut uxor ereptum cito plangit maritum, quomodo velut fulmine quodam icta anima contremiſcit, & in ſtuporem vertitur; aufugiunt continuo, nec uſquam apparent omnes illæ molles, & diſſolutæ deliciæ; nuſquam ventris cura, aut ſolicitudo carnis habetur, ſed acerrimæ continentiæ introducitur Philoſophia, abſtinetur ab omnibus, agguntur extenta jejunia, juges vigiliæ, humi cubationes, juge ſilentium, quies magna, humilitas ultima, manſuetudo ineffabilis, miſeratio immenſa; etiamſi omnia auferantur, etiamſi diripiantur, nihil pro his animus curat, nihil movetur. Etiamſi igne concrementur univerſa, & cenſus pariter cum domibus pereat, non indignatur, non iraſcitur. Multos novi poſt amiſſionem charorum nec urbes habitare voluiſſe, ſed commigraſſe ad agros, atque ibi jejunium & ſobriam duxiſſe vitam cum omni ſilentio, & quiete. Alios memini in ipſis defunctorum ſuorum ſepulcris habitaculum poſuiſſe, atque inibi vitam ſimilem mortuo tranſegiſſe. Interim donec dolor in augmentis eſt, nihil curat anima, nihil cogitat, procul omnis illa inſania congregandæ pecuniæ, procul omnis cupiditas poſſidendi; honoris autem, & ambitionis omnis

nis apud eos gloria tunc vere ut fœnum, & velut flos fœni videtur, & ita ex omni parte anima transfertur ad Philoſophiam, ut deliciarum, atque ſuavitatum vitæ hujus ne ratio quidem ulla habeatur; immo potius ſi quid prius delectabile viſum eſt, ſi quid gratum, id nunc amariſſimum, & odibile ducitur... Una ſola cogitatio lugenti, unus intuitus imago defuncti eſt... Sic oportebat, & nos ſalutem noſtram legere perditam, atque noſtram mortuam lamentari. Exhibeamus animæ noſtræ, quod illi exhibent carni alienæ. An non extremæ miſeriæ eſt, ut hi quidem, qui filios, aut uxores lugent, ad nihil aliud occupent mentem ſuam, niſi ut defunctos ſuos quaſi intueantur; nos vero quibus ſalus mortua, & regni cœlorum ſpes extincta eſt, omnia magis quam inde cogitemus? Et illi quidem, etiamſi regii generis ſint, nemo tamen erubeſcit ſolemnitatem luctus implere; ſed & humi reſident, cum amaritudine lamentantur, & veſtem lugubrem ſumunt, & omnia faciunt, quæ ad afflictionem ani-

oculos, & Angelos, qui in die judicii ubique discurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos, qui trudendi sunt in gehennam, ac suppliciis tradendi. Ponamus etiam ob oculos, quanti doloris est excludi, ac projici a regno cœlorum, quod gravius est ipsa gehenna. Nam etsi ignis ille non arderet, & immortalis illi pœna non esset parata, hoc solum quod alieni efficimur a Christo tam clemente, tam benigno, qui & seipsum pro nobis in mortem tradidit, & omnia passus est, ut ab illo nos supplicio liberaret, suoque Patri reconciliaret peccatis nostris offenso, & excludimur a bonis æternis, nonne omni pœna gravius diceretur, & ad erigendas animas, atque ad spem sufficeret incitandas „„?

Et homil. 9. in Epist. ad Hebræos: „„ Cujusmodi (*inquit*) est medicamentum pœnitentiæ, & quomodo conficitur? Primum est ex suorum peccatorum condemnatione & confessione. *Dixi*, inquit, *confitebor adversus me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei*. Pſal. 31. 5. Secundo ex multa humilitate... Oportet autem alia quoque addere humilitati, si talis sit, qualem beatus David habebat, dicens: *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*. Nam Pſal. 50. quod est contritum, non exsurgit, non ferit, sed est paratum ad malum quodlibet perferendum. Ejusmodi est cordis contritio, etiamsi contumelia affecta fuerit, etiamsi male & indigne accepta, conquiescit, nec ad ultionem incenditur. Post humilitatem vero opus est intensis precibus, multis lacrymis, & interdiu, & noctu „„.

Idem confirmat & S. *Augustin.* Enarratione in Pſalm. 74. „„ Omnia sublimia ut contingamus (*inquit*) adtollimus nos; contra Deus & altus est, & ab humilibus contingitur. Scriptum est: Prope est Dominus Pſalm. 33. his, qui obtriverunt cor. Tritura cordis, pietas, humilitas. Qui se converit, iratscitur sibi. Se habeat iratum, ut illum habeat propitium; se habeat judicem, ut illum habeat defensorem „„. Et in Pſalm. 146. explicans illa verba: *Qui sanat contritos corde*,

&

& alligat contritiones eorum, ait : „„ Noli erubeſcere, contere cor, tales ſanat Deus... Diſtortum cor parum eſt, quod ſe non corrigit ad Deum, & Deum vult diſtorquere ad ſe. Quid ergo dicit Deus deſuper? Tortus es, æquus ſum. Si tu rectus eſſes, ſentires æquitatem meam. Quemadmodum ſi in pavimento æquali poneres diſtortum lignum, non collocaretur, undique nutaret, undique agitaretur; quod non loci inæqualitas, ſed diſtortio ligni facit; ſicut ait Scriptura: *Quam bonus Iſrael Deus rectis corde*! Quid ergo? tortum cor quomodo dirigitur? Et tortum eſt, & durum; jam ergo tortum, & durum frangatur, conteratur, ut dirigatur. Tu dirigere cor tuum non potes? tu frange, ille dirigat. Quomodo tu frangis? quomodo tu conteris? Confitendo, puniendo peccata tua. Quid aliud ſignificat pectorum tunſio? Niſi forte putamus oſſa noſtra aliquid peccaſſe, cum cædimus pectus. Sed ſignificamus nos cor conterere, ut a Domino dirigatur. Sanat ergo contritos

Pſalm. 72.

PROPOSITIO II.

Fructus Contritionis ſecurus eſt.

Hanc Propoſitionem Concilii Catechiſmus ex eo probat, quod cum pleraque alia pietatis ſtudia, veluti beneficia in pauperes, jejunia, preces, & alia id genus ſancta, & honeſta opera, hominum culpa, a quibus proficiſcuntur, a Deo interdum repudientur; ipſa certe Contritio nunquam illi grata, & accepta eſſe non poteſt. Hinc David Pſalmo quinquageſimo ait: *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Quem verſum *S. Auguſt.* explicans ait: „ In te habes, quod offeras. Noli extrinſecus thura comparare, ſed dic: *In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudes tibi.* Noli extrinſecus pecus, quod mactes, inquirere, habes in te, quod occidas. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.* Protſus ſpernit taurum, hircum, arietem. Jam non eſt tempus, ut hæc offerantur. Oblata ſunt cum aliquid indicarent, cum aliquid promitterent; venientibus rebus promiſſis, promiſſiones ablatæ ſunt. *Cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.* Noſtis, quia excelſus eſt Deus; ſi te excelſum feceris, longinquabit a te; ſi te humiliaveris, propinquabit ad te „. Pſal. 55. 13. Pſalm. 50.

Idem confirmatur ex Pſalm. 31. *Dixi, Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Peccatum ſuum nondum ore confeſſus fuerat David, ſed corde pronuntiaverat. Et hoc ipſum dicere: *Pronuntiabo*, pronuntiare eſt (inquit S. Auguſt.) „ Confeſſio ergo mea nondum ad os venerat; dixeram enim: *Pronuntiabo adverſum me*; verumtamen Deus audivit vocem cordis mei. Vox mea in ore nondum erat, ſed auris Dei jam in corde erat. Tu dimiſiſti impietatem cordis mei, quia dixi: Pronuntiabo „. Pronuntiatio autem interior, qua peccator iniquitatem ſuam adverſus ſe ipſum confitetur, dicens ex intimo animi ſenſu ob Dei offenſam dolentis, & peccatum deteſtantis: *Ego dixi,* Pſal. 40. 5.

Do-

Domine, miſerere mei, ſana animam meam, quia peccavi tibi, Contritio eſt, exterioris Confeſſionis votum includens. Cum ergo charitate perfecta eſt hujuſmodi contritio, ſtatim hominem Deo reconciliat ante Confeſſionem ſacramentalem, & Abſolutionem, cum ſolo Sacramenti voto, ut docet Tridentina Synodus. Atque illius rei figuram in decem Leproſis animadvertimus, qui a Salvatore noſtro ad Sacerdotes miſſi, antequam ad illos pervenirent, a lepra liberati ſunt.

ARTICULUS III.

Quotuplex ſit Contritio.

Contritio duplex eſt, ut docet Concilium Tridentinum, Seſſ. 14. cap. 4. perfecta ſcilicet, & imperfecta.

„ Contritio perfecta eſt dolor de peccato commiſſo, ex amore Dei ſuper omnia conceptus, & charitate perfectus, cum propoſito non peccandi im-

Sed & *Sixtus IV.* Pontifex Maximus hunc articulum *Petri Oxomenſis* damnavit: „ Peccata mortalia delentur per ſolam cordis contritionem, ſine „ ordine ad claves Eccleſiæ „.

Id confirmat præclarus *S. Auguſt.* locus, Serm. 351. alias quinquageſima inter Homil. quinquaginta: „ Quiſquis ergo (*inquit*) poſt Baptiſmum aliquorum priſtinorum malorum opere obligatus tenetur, uſque adeo, ne ſibi inimicus eſt, ut adhuc dubitet vitam mutare, cum tempus eſt, cum ita peccat, & vivit... Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum, detrectat aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claves Eccleſiæ, quibus ſolvatur in terra, ut ſit ſolutus in cœlo; & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantum Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri, nec vetidico illo dominicæ vocis tonitru contremiſcit: *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum...* Judicet ergo ſe ipſum homo in iſtis voluntate, dum poteſt, & mores convertat in melius; ne cum jam non poterit, etiam præter voluntatem a Domino judicetur. Et cum ipſe in ſe protulerit ſeveriſſimæ medicinæ, ſed tamen medicinæ ſententiam, veniat ad Antiſtites, per quos illi in Eccleſia claves miniſtrantur; & tanquam bonus jam incipiens eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito a Præpoſitis Sacramentorum accipiat Satisfactionis ſuæ modum; ut in offerendo ſacrificio cordis contribulati devotus, & ſupplex, id tamen agat, quod non ſolum ipſi proſit ad recipiendam ſalutem, ſed etiam cæteris ad exemplum „. Matth. 7.

Denique *S. Th.* in 4. Sententiarum, Diſt. 17. qu. 3. art. 5. Quæſtiunc. 1. docet, quod „ „ Pœnitentia, in quantum eſt Sacramentum, præcipue in Confeſſione perficitur; quia per eam homo miniſtris Eccleſiæ ſe ſubdit, qui ſunt Sacramentorum diſpenſatores. Contritio enim votum Confeſſionis annexum ha-

habet; & ſatisfactio pro judicio Sacerdotis, cui fit confeſſio, taxatur. Et quia in Sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remiſſio peccatorum, ſicut in Baptiſmo; ideo eodem modo Confeſſio ex vi Abſolutionis conjunctæ remittit culpam, ſicut Baptiſmus. Liberat enim Baptiſmus a morte peccati non ſolum ſecundum quod actu recipitur, ſed etiam ſecundum quod in voto habetur; ſicut patet in illis, qui jam ſanctificati ad Baptiſmum accedunt; & ſi aliquis impedimentum non præſtaret, ex ipſa collatione Baptiſmi gratiam conſequeretur remittentem peccata, ſi prius ei remiſſa non fuiſſent. Et ſimiliter dicendum eſt de Confeſſione (adjuncta Abſolutione) quod ſecundum quod in voto pœnitentis præceſſit, a culpa liberavit; poſtmodum autem in actu Confeſſionis, & Abſolutionis gratia augetur; & etiam remiſſio peccatorum daretur, ſi præcedens dolor de peccatis non ſufficiens ad contritionem fuiſſet, & ipſe tunc obicem gratiæ non haberet „ „.

Et Opuſc. 22. *de forma Abſolutionis*, cap. 2. Nul-

Nam & per ſe ſpectata ſine Sacramento, ad gratiam impetrandam diſponit.

Præterea, ſi perfecta contritio neceſſaria eſſet cum Sacramento, ſequeretur, abſolutionem Sacerdotis non eſſe verum judicium, nec vere peccata remittere, quod illius tamen verba ſignificant; ſed ſolum remiſſa declarare; ſiquidem perfecta contritio peccati remiſſionem operatur; charitas enim perfecta ſtare cum reatu peccati non poteſt. Is autem error eſt a ſacra Synodo Tridentina damnatus Seſſ. 14. Can. 9. cujus hæc ſunt verba: „„ Si quis dixerit, Abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum judicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti; modo tantum credat ſe eſſe abſolutum; anathema ſit „„.

Id confirmat Conc. Catechiſmus part. 2. cap. *de pœnitentiæ Sacramento*, §. 47. „„ Ex Fidei (*inquit*) catholicæ doctrina omnibus credendum, & conſtanter affirmandum eſt; ſi quis ita animo affectus ſit, ut peccata admiſſa doleat, ſimulque impoſterum non peccare conſtituat; & ſi hujuſmodi dolore non afficiatur, qui ad impetrandam veniam ſatis eſſe poſſit; ei tamen, cum peccata Sacerdoti rite confeſſus fuerit, vi Clavium ſcelera omnia remitti, ac condonari; ut merito a ſanctiſſimis viris Patribus noſtris celebratum ſit, Eccleſiæ Clavibus aditum in cœlum aperiri; de quo nemini dubitare fas eſt, cum a Florentino Concilio decretum legamus, pœnitentiæ effectum eſſe Abſolutionem a peccatis „„.

Objiciet quiſpiam, SS. Patres, & præſertim *S. Gregor. magnum*, exemplo *Lazari* prius ad vitam a Chriſto revocati, quam a diſcipulis ſolveretur, probare peccatorem prius a morte peccati ad vitam gratiæ revocari (quod utique non fit niſi contritione perfecta) quam a Sacerdote abſolvatur; ac proinde Contritionem perfectam ad juſtificationem peccatoris in Sacramento pœnitentiæ eſſe neceſſariam; nec imperfectam, quæ vocatur Attritio, cum Sacramen-

to ſufficere. Sic autem loquitur *S. Gregor.* Homil. 26. in Evangelia: „„ Cauſæ penſandæ ſunt, & tunc ligandi, atque ſolvendi poteſtas exercenda. Videndum eſt, quæ culpa præceſſit, aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam; ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris ſententia abſolvat. Tunc enim vera eſt Abſolutio Præſidentis, cum æterni arbitrium ſequitur Judicis. Quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus vocavit, & vivificavit dicens: *Lazare veni foras;* & poſtmodum is, qui vivens egreſſus fuerat, a diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt: *Cumque egreſſus eſſet, qui fuerat ligatus inſtitis, tunc dixit Diſcipulis: Solvite eum, & ſinite abire.* Ecce illum diſcipuli jam viventem ſolvunt, quem Magiſter reſuſcitaverat mortuum. Si enim diſcipuli Lazarum mortuum ſolverent; fœtorem magis oſtenderent, quam virtutem. Ex qua conſideratione intuendum eſt, quod illos debemus per Paſtoralem

Joan. 11. 44.

tritio ex impulſu, & dono Spiritus ſancti concepta operatur; & ad vitam perfectam per Sacramentum pœnitentiæ conferendam diſponit. Quod ſignificat *S. Gregor.* his verbis: „ Ut quos omnipotens Deus „ per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris „ ſententia abſolvat „. Idemque docet *S. Auguſt.* Ser. 67. alias 8. *de Verbis Domini*, c. 1. & 2. „ „ Qui confitetur, *inquit*, foras prodit. Foras prodire non poſſet, niſi viveret; vivere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet... Dicit ergo aliquis; Quid prodeſt Eccleſia, ſi jam confeſſor voce Dominica reſuſcitatus prodit? Quid prodeſt Eccleſia confitenti, cui Dominus ait: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cælo*? Ipſum Lazarum attende; cum vinculis prodit. Jam vivebat confitendo; ſed nondum ambulabat, vinculis irretitus. Quid ergo facit Eccleſia, cui dictum eſt: *Quæ ſolveritis, ſoluta erunt*? Niſi quod ait Dominus continuo ad diſcipulos: *Solvite illum, & ſinite abire* „ „. Qui reatu, & vinculis peccati nondum ſolutus eſt, nondum vivit vita perfecta, & conſummata. Sed peccator ante ſacramentalem Abſolutionem, quæ fit poteſtate clavium Eccleſiæ traditarum, nondum ſolutus eſt reatu, & vinculis peccati; nondum igitur vivit vita perfecta, & conſummata; niſi forte *Contritionem charitatem perfectam* eſſe contingat; quo caſu nec ipſa Contritio per ſe, ſed votum Sacramenti in ea incluſum, ſpiritalem peccatoris reſurrectionem operatur. Matth. 18.

Confirmatur hæc reſponſio ex *S. Th.* idem argumentum tractantem Opuſc. 22. c. 2. „ „ Conſtat (*inquit*) quod Dominus Lazarum ſuſcitavit, & diſcipulis ſolvendum mandavit; ergo diſcipuli abſolvunt. Per hoc ergo non oſtenditur, quod Sacerdos non abſolvat, aut non debeat dicere: Ego abſolvo; ſed quod eum non debet abſolvere, in quo ſigna contritionis non videt, per quam homo juſtificatur interius a Deo culpa remiſſa „ „.

Idem confirmat *S. Bonaventura* in 4. Sententiar. Diſt. 17. p. 2. art. 2. qu. 4. ubi explicans hanc S.

Auguſt. Sententiam: „„ Nemo poteſt confiteri niſi ſuſcitatus; quia a mortuo, velut qui non eſt, perit confeſſio; *reſpondet*: Dicendum quod vocat ſuſcitatum, diſpoſitum per charitatem, qui jam incipit ſuſcitari, cum atteritur per dolorem. Et in Confeſſione plerumque recipit vitam „„. Idemque *S. Thomæ* ſenſus eſt qu. 7. Supplementi, art. 1. dicentis in reſponſione ad ſecundum: „ Confeſſio præſupponit „ charitatem, qua quis vivus efficitur. Contritio au„ tem eſt, in qua datur charitas „.

PROPOSITIO III.

Attritio naturalis non ſufficit, etiam cum Sacramento ad hominem Deo reconciliandum.

Pelagiana eſt illa propoſitio Molinæ in Concordia q. 14 art. 13.

Naturalis Attritio dicitur, quam rationes mere naturales excitant, & quæ ſolis naturæ viribus concipitur; cum ſcilicet quis dolet de peccato commiſſo propter infamiam ex eo conſecutam, aut aliud quodcumque damnum, vel ſupplicium tem-

est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Sed qui attritionem naturalem solum habet de peccato, non convertitur ad Deum ex toto corde, nec ejus tristitia secundum Deum est, cum infideles, & impii sic de peccatis doleant; & ita doluerit *Antiochus*, ut habetur 2. *Machabæorum* 9.

Præterea, Contritio quovis tempore fuit ad peccatoris justificationem necessaria; ut docet Conc. Trid. attritio autem naturalis non est vera contritio, cum non sit *Donum Spiritus Sancti*, sine cujus gratia nihil salutare ex nobis habere possumus, secundum Concilii Trid. definitionem Sess. 6. Can. 3. „ „ Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus sancti operatione atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; anathema sit „ „. Quod & ab Arausicana Synodo secunda jam olim definitum fuerat. Et certe cum gratia sanctificans, ad quam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam Contritio imperfecta, sive Attritio disponit, sit supernaturalis, Attritionem ipsam ejusdem ordinis esse necesse est,

Denique *Innocentius XI.* Pontifex Maximus hanc inter alias Propositionem damnavit: „ Probabile est „ sufficere Attritionem naturalem, modo honestam „. Et Clerus gallicanus in Conventu generali anni 1700. hanc propositionem judicavit, ac declaravit *Hæreticam.* Propositio damnata.

PROPOSITIO IV.

Attritio, qua quis dolet de peccato quatenus Dei offensa est, non tamen absoluta, & efficaci voluntate, non sufficit, etiam cum Sacramento, ad justificationem peccatoris.

Hæc enim Attritio peccandi voluntatem, & affectum non excludit, adeoque non est verus dolor, & detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero, nec vitæ veteris odium, & vitæ novæ propositum, & inchoatio-

nem continet ; quæ neceſſaria ſunt omnino ad Contritionem tam perfectam, quam imperfectam, quæ dicitur Attritio. Unde & uſurarii, & concubinarii, aliique peccati mortalis habitu, conſuetudine, & occaſionibus implicati, dolent interdum de peccato quatenus Dei offenſa eſt, non tamen abſoluta, ſed inefficaci duntaxat, & ſuſpenſa voluntate, quæ veleitas nuncupari ſolet ; quibus tamen inutilis eſt hujuſmodi dolor, quia in peccatis nihilominus perſeverant, & cum Dei vocem interius loquenti audierint, corda ſua ſinunt obdurari fallacia peccati.

PROPOSITIO V.

Attritio ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu concepta, utilis eſt, & ad juſtificationem diſponit.

Attritio ſervilis non eſt mala.

Gehennæ, ſive pœnæ æternæ timorem ex fide conceptum, utilem eſſe, & ad juſtificationem diſponere, probat illud Scripturæ ſacræ oraculum:

lius times; nihil eſt, quod magis timere debeas. Sed interrogo te, ſi te non videret Deus, quando facis, nec quiſquam te convinceret in judicio illius, faceres? Tu te vide. Non enim potes ad verba omnia mea reſpondere, inſpice teipſum. Faceres? Si faceres, ergo pœnam times, caſtitatem nondum amas, charitatem nondum habes; ſerviliter times; formido eſt mali, nondum dilectio boni. Sed time tamen, ut iſta formido cuſtodiat te, ut perducat ad dilectionem. Timor enim iſte, quo gehennam times, & ideo mala non facis, continet te; & ſic volentem peccare animum interiorem non ſinit. Eſt enim quidam cuſtos timor, quaſi pædagogus legis; littera eſt minans, nondum gratia juvans. Cuſtodiat tamen te timor iſte, dum non facit timendo, & veniet charitas; intrat in cor tuum; & quantum illa intrat, tantum timor exit. Timor enim id agebat, ne faceres; charitas id agit, ut nolis facere, etiamſi impune poſſis admittere „„ Timor itaque ſervilis, quo voluntas peccatum refugit, & adverſatur eo nomine, quod peccantem obnoxium reddat pœnis a Deo juſto Judice infligendis, utilis eſt, quia prohibet ſaltem opus externum peccati, & ad charitatem diſponit, removendo impedimenta. „„ Niſi *enim* timore incipiat homo Deum colere, non perveniet ad amorem. *Initium ſapientiæ timor Domini*; incipit ergo a vinculis ferreis, finitur ad torquem aureum. Dictum eſt enim de Sapientia: *Et torquem aureum circa tuam cervicem.* Non tibi imponeret torquem aureum, niſi primo in compedibus ferreis te alligaſſet. Cœpiſti a timore, conſummaris ad ſapientiam „„; (inquit *S. Auguſt.* Enarratione in Pſalmum 149.)

Timor diſponit ad dilectionem. Pſalm. 110.

Prov. 1. 9.

Eamdem doctrinam pluribus in locis confirmat; ſcilicet Enarratione in Pſal. 127. „„ Ille timor (*inquit*) nondum caſtus, præſentiam, & pœnas timet. Timore facit, quidquid boni facit; non timore amittendi bonum illud, ſed timore patiendi illud malum. Non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi Sponſi.

ſed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus eſt & iſte timor, utilis eſt „„.

Et lib. 1. *Contra Adverſarium legis, & Prophetarum*, cap. 16. „ Salubriter non ſolum bonitatem, „ verum etiam ſeveritatem Dei ſancta Scriptura com„ mendat, quoniam & amatur Deus utiliter, & „ timetur „.

Error Lutheri.

Propoſitionem noſtram confirmat Synodus Tridentina, Seſſ. 6. Can. 8. cujus hæc ſunt verba: „„ Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores pejores facere; anathema ſit „„. Quo Canone configitur error *Lutheri* aſſerentis, Timorem gehennæ malum eſſe, & hominem facere hypocritam. Contra quem & c. 4. Seſſ. 14. declarat: „„ Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur; ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe ve-

Servilis Attritio non eſt mala.

tu concepta non videtur esse utilis, nec ad justificationem disponere.

Respondetur. Timorem gehennæ oriri ex amore creaturæ, in quo non quiescit, ut in fine ultimo. Unde non oritur ex cupiditate. Quod enim est ex impulsu Spiritus sancti, nondum quidem inhabitantis, sed moventis, non est ex cupiditate; sed timor pœnarum, quo peccator concussus ad divinam misericordiam confugit, est ex impulsu Spiritus sancti, nondum quidem inhabitantis, sed moventis, ut docet Tridentina Synodus; non est igitur ex cupiditate. Neque verò omnis amor creaturæ & sui ipsius est inordinatus, cum ordo charitatis postulet, ut nos ipsos secundum Deum diligamus, & proximum sicut nosmetipsos; sed tunc solum est illicitus, cum in creatura sistit, & ad Deum, qui ultimus appetitus finis est, non refertur. Deinde quamvis timor gehennæ inordinatus oriatur ex amore creaturæ, non tamen ordinatus. Timor ordinatus est, quo plus culpa timetur, quam pœna Inordinatus, quo plus pœna timetur, quam Dei offensa; qui etiam servilis appellatur. At servilitas ista (ut ita loquar) vitium est timentium, non timoris ipsius Sicut enim amor creaturarum, & appetitus naturalium bonorum per se bonus est, sed amantium vitio malus fit, quia hærent colligati creaturis, nec amando transeunt, quo eos transire Lex Dei jubet; ita non timoris, sed timentium vitium est, si in malis timendis ad finem ultimum non referat timorem, id est, ad finem charitatis de corde puro, de conscientia bona, & fide non ficta.

Objicitur secundo illud S. *Augustini* principium: *Inimicus est justitiæ, qui pœnæ timore non peccat*; timor itaque pœnarum malus est.

Respondetur, ex illo principio id minime sequi quod colligitur; non sequitur (inquam) timorem pœnæ malum esse, sed adhuc malum esse, qui serviliter timet; quia ita affectus est, ut peccare vellet, nisi Deus pœnas peccatori comminaretur; unde ab-

timet

ſtinet ſolum ab opere externo peccati, quia timor intra clauſtra cogitationis coercet malam cupiditatem. Cæterum timor paullatim cupiditatem domat, malamque conſuetudinem frangit, ut *S. Auguſtinus* docet Serm. 180. alias 27. *de Verbis Apoſtoli*, cap. 9. „„ Ex quo (*inquit*) Deo ſervire cœpimus, & quantum malum ſit in perjurio vidimus, timuimus vehementer, & veternoſiſſimam conſuetudinem timore frænavimus. Frænata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malæ conſuetudini bona ſuccedit. *Et infra*: Lingua facilitatem habet motus, in udo poſita eſt, facile in lubrico labitur. Quanto illa citius, & facilius movetur, tanto tu adverſus illam fixus eſto. Domabis, ſi vigilabis; vigilabis, ſi timebis; timebis, ſi chriſtianum te eſſe cogitaveris. *Ita plerumque fit*, ut Deo terrente, & hortante, convertente, & implente, humanus in melius mutetur affectus... Et quod erat neceſſitate cœptum, fiat charitate perfectum „„ (ut loquitur *S. Auguſtinus* lib. 2. *de adulterinis Conjugiis*, cap. 19.)

Objicitur tertio: Timor, qui expellitur a charitate, malus eſt: ſed *Perfecta charitas foras mittit timorem* (ut docet Apoſtolus *S. Joannes* Epiſt. 1. cap. 4.) Timor itaque pœnarum malus eſt.

Reſpondetur, primam Propoſitionem falſam eſſe. Non enim quidquid expellitur a charitate, ipſi per ſe contrarium eſt, & ſecundum ſubſtantiam (ut ita loquamur) ſed ſecundum ſtatum duntaxat, & perfectionem. Peccatum expellitur, & aboletur a charitate, ut per ſe ipſi contrarium; timor vero ab eadem expellitur; ut contrarius ejus perfectioni. Unde non ſequitur, timorem pœnæ eſſe per ſe malum, ſed ſolum imperfectum. Charitas autem hunc timorem expellens, adducit alium perfectiorem ſcilicet timorem caſtum, manentem in ſæculum ſæculi. Id egregie *S. Auguſt.* explicat, Serm. 161. alias 18. *de Verbis Apoſtoli*, c. 9. „„ Sectamini charitatem (*inquit*) intret charitas, admittite illam, timendo peccare, admittite amorem non peccantem, admittite amo-

Timoris ſervilis, & timoris caſti diſcrimen.

m bene viventem. Illa intrante, incipit timor Quanto plus illa intraverit, tanto timor mirit. Cum illa tota intraverit, nullus timor erit; perfecta charitas foras mittit timorem. Intrat charitas, pellit timorem. Non autem intrat & comitata. Habet secum suum timorem, quem lucit ipsa; sed illum castum, permanentem in n sæculi. Servilis timor est, quo times cum o ardere; timor castus est, quo times Deo ere. Considerate, charissimi, & ipsos humaterrogate affectus. Timet servus offendere Don suum, ne jubeat, eum verberari, jubeat in edes mitti, jubeat carcere includi, jubeat eum o conteri. Hæc timens servus non peccat; nando senserit absentes oculos Domini sui, nec rit testem, a quo possit convinci, facit. Quait? Quia pœnam timebat, non justitiam diligeVir autem bonus, vir justus, homo liber... atur ipsa justitia; & si possit sine teste peccare, reformidat, & Deum; & si possit audire Deum em sibi: Video te, cùm peccas, non te damsed displices mihi; ille nollet displicere oculis non formidolosi Judicis, timet, non ne damnon ne puniatur, non ne crucietur, sed ne lat gaudium paternum, ne displiceat oculis. Si enim amat ipse, & amantem sui Domisentit, non facit, quod displicet amanti se. *m doctrinam luculento exemplo explicat* cap. 10. os (*inquit*) & inhonestos amatores attenquis amore fœminæ lascivus, & nequam vealiter, quam illi placet, vestit se aliter, quam suæ placet, aut ornat se aliter, quam illi pla- *dixerit*: Nolo habeas talem byrrhum; non si per hyemem illi dicat: In lacerna te amo; *emere*, quam displicere. Numquid illa, cui , damnatura est? Numquid in carcerem ? Numquid tortores adhibitura? Hoc solum tur; *non* te videbo; hoc solum ibi contre- *faciem* meam non videbis. Si hoc impu-

dica

dica dicit, & terret; Deus dicit, & non terret? Sane plurimum, ſed ſi amamus. Si autem non amamus, non inde terremur, ſed terremur ut ſervi, de igne, de gehenna, de atrociſſimis tartareis minis, de exaggeratiſſimis diaboli angelis, ejuſque ſupplicis; vel inde terreamur. Si illud minus amamus, vel illa timeamus „„.

Timor locum præparat charitati

Non minus perſpicue id explicat Tract. 9. in Epiſtolam S. Joannis. „„ Ergo (*inquit*) timor non eſt in charitate. Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergo? *Sed perfecta*, inquit, *charitas foras mittit timorem.* Ergo incipit timor; quia initium ſapientiæ timor Domini. Timor quaſi locum præparat charitati. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparavit locum. Quantum enim illa creſcit, ille decreſcit; & quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Major charitas, minor timor; minor charitas, major timor. Si autem nullus timor, non eſt, qua intret charitas. Sicut videmus per ſetam introduci linum; quando aliquid ſuitur, ſeta prius intrat, ſed niſi exeat, non ſuccedit linum; ſic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret charitatem... Stimulat timor; ſed noli timere, & intrat charitas, quæ ſanat, quod vulnerat timor. Timor Dei ſic vulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, & quaſi videtur vulnus augere. Ecce putredo, quando erat in corpore, minus erat vulnus, ſed periculoſum; accedit ferramentum medici, minus dolebat illud vulnus, quam dolet modo, cum ſecatur. Plus dolet, cum curatur, quam ſi non curaretur; ſed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam doleat ſuccedente ſalute. Occupet ergo cor tuum timor, ut inducat charitatem; ſuccedat cicatrix ferramento medici. Talis eſt medicus, ut nec cicatrices appareant; tu tantum ſubde te dexteræ ipſius. Nam ſi ſine timore es, non poteris juſtificari... Opus eſt ergo, ut intret timor primo, per quem veniat charitas. Timor medicamentum, charitas ſanitas „„

Eccl. 1.

PRO-

PROPOSITIO VI.

Utrum Attritio ex ſolo pœnarum metu concepta nullumque Dei amorem includens, cum Sacramento ſufficiat ad juſtificationem peccatoris; an Dei amorem ſuper omnia includere debeat neceſſario; quæſtio eſt Summam Fidei non ſpectans.

Utrum Attritio ſine amore Dei inchoato ſufficiat cum Sacramento.

De illa enim etiamnum diſputant catholici Theologi; nec affirmans, neganſve ſententia ex Scriptura, vel Traditione certo, & aperte colligitur; nec a Synodo Tridentina, aut altero Eccleſiæ Judicio finita eſt. Synodi namque Tridentinæ tempore, nulla ea de re Catholicos inter, & hæreticos erat controverſia. Unde id unum ſacra Synodus contra Lutherum pronuntiavit, & declaravit: „„ Eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, eſſe verum, & utilem dolorem; præparare ad gratiam; *nec* facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illum *non* eſſe dolorem coactum, *ſed* liberum, ac voluntarium „„; contrariumque ſentientes, & aſſerentes anathemate confixit.

Concilium Tridentinum quæſtionem illam non finivit.

„ Id confirmat Cardinalis *Palavicinus* in Hiſtoria „ Concilii Trid. lib. 12. c. 10. ubi refert hanc fuiſſe „ Theologorum Tridentinorum mentem, ut error „ hæreticorum damnaretur, tanquam inhoneſtum „ improbantium pœnæ timorem; non item, ut ferrent ſententiam de ſcholaſtica Quæſtione, an hujuſmodi timor non ſolum abſque contritione animi „ perfecta (de quo controverſia vix fuit) ſed etiam „ abſque eo, quod ullus excitetur amor imperfectus, „ ſufficiat ad peccatorum remiſſionem in Sacramento. Id vero clare liquet ex ipſa probatione Concilii, qua hujus articuli doctrinam firmat Capite

„ quæ-

„ quarto ; nimirum, Ninivitarum pœnitentiam ex
„ timore profectam ipſis profuiſſe ; cum certum eſ-
„ ſet, eo tempore, quo Sacramentum pœnitentiæ
„ adhuc non extabat, eam formidoloſam pœniten-
„ tiam minime ſufficiſſe per ſe ipſam ad peccatum
„ delendum; ſed vim tantummodo habuiſſe ad im-
„ petrandam novam gratiam, cujus ope adjiceretur
„ charitatis affectus, quem omnes neceſſarium fuiſſe
„ fatentur ante novam Legem ad juſtitiam recipien-
„ dam. Addit *Palavicinus*, in Patrum conventu id
„ paucos attigiſſe. Aliquod duntaxat veſtigium opi-
„ nionis negantis neceſſitatem amoris, inveniri in iis,
„ quæ Granatenſis diſputavit. At vero *Joannem Æmi-*
„ *lianum* Hiſpanienſem, Tudetanum Antiſtitem,
„ extremum oppoſitæ ſententiæ tenuiſſe; hoc eſt,
„ opus eſſe Contritione perfecta; nec tamen hinc
„ argui per Sacramentum peccata non remitti, quip-
„ pe, quæ jam invenit remiſſa præeuntis Contritio-
„ nis efficacitate; ſiquidem, ajebat, ipſa Contritio id
„ præſtat virtute Sacramenti, cujus votum in ea con-

„ amore vix unquam concipi posse; quod autem
„ hæc Attritio satis esset Sacramento constituendo,
„ variare Auctorum sententias, adeoque id esse tol-
„ lendum, quamobrem Decretum, sicuti nunc ex-
„ tat, reformatum est.

Post Synodum Tridentinam Theologi hanc, vel illam partem libere propugnarunt. Denique contentione ea de re in Belgio fervente, & ad Sedem apostolicam relata; Summus Pontifex *Alexander VIII.* Decreto edito quinta Maji, anni millesimi sexcentesimi sexagesimi septimi: In virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sanctæ Sedi reservatæ, aliisque pœnis ejusdem sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præcepit cunctis, & singulis Fidelibus, quocunque gradu, & dignitate, Episcopali, & majori, immo & Cardinalitia fulgentibus, ut si deinceps de materia Attritionis scribent, vel libros edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo pœnitentes, aut Scholares, cæterosve erudient, non audeant alicujus theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram sententiam: „ Sive negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu gehennæ concepta, quæ hodie inter scholasticos communior videtur; sive asserentem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum „.

PROPOSITIO VII.

Attritionem sine Dei amore, saltem inchoato, ad justificationem peccatoris in Sacramento non sufficere, probabilius est.

Id probatur primo ex Propheticis Oraculis, quæ homines ad meliorem frugem adhortantur his verbis ex persona Dei prolatis: *Convertimini ad me in toto corde vestro... Quæretis me, & invenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro... Si peccaverint tibi,* Joel. 2. Jer. 29. 3. Reg. 8.

Amoris Dei neceſſitas ad juſtificatioē, etiam in Sacramento, probatur ex Scriptura ſacra.

& reverſi fuerint ad te in univerſo corde ſuo, tu propitiaberis populo tuo. Atqui ex toto corde ad Deum non convertitur, niſi qui Deum amat. Cum enim cor peccatoris a Deo averſum, amore conglutinatum ſit creaturis, neceſſe eſt, ut a creatura abſtrahatur, & amore Deo adhæreſcat, ut vere converſus dici poſſit. Cum namque cupiditas charitate ſola minuatur, aut perimatur, & peccator ſit unuſquiſque, quamdiu dominatur ipſi cupiditas; conſequens eſt neminem hominem a ſtatu peccati ad ſtatum juſtitiæ transferri, niſi vi, & beneficio charitatis.

Idem colligitur ex verbis Chriſti de muliere peccatrice, Luc. 7. *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Dilectionem eſſe menſuram remiſſionis peccatorum Salvator noſter his verbis ſignificat; ita ut illi minus remittatur, qui minus diligit; illi multa condonentur, qui multum diligit: adeoque nihil illi remittatur, qui non diligit.

Idem confirmatur ex illis Domini noſtri verbis

animi a peccato non avertit; juſtus itaque nemo homo eſſe poteſt, niſi Dei amore a peccato abſtineat. Præclarum illud principium tradit *S. Auguſt.* lib. *de Spiritu, & Littera*, cap 8. ubi de Judæis ſic loquitur: „„ Illis Lex iram operabatur, abundante peccato, quod a ſcientibus perpetrabatur; quia & quicunque faciebant, quod Lex jubebat, non adjuvante Spiritu gratiæ, timore pœnæ faciebant, non amore juſtitiæ; ac per hoc coram Deo non erat in voluntate, quod coram hominibus apparebat in opere; potiuſque ex illo rei tenebantur, quod eos noverat malle, ſi fieri poſſet, impune committere.

Et cap. 14. Mandatum ſi fit timore pœnæ, non amore juſtitiæ, ſerviliter fit, non liberaliter; & ideo nec fit; non enim fructus eſt bonus, qui de charitis radice non ſurgit.

Idem, cap. 19. Ex hac promiſſione, hoc eſt, Dei beneficio, Lex impletur, ſine qua promiſſione prævaricatores facit, vel uſque ad effectum mali operis, ſi etiam repagula timoris concupiſcentiæ flamma tranſcenderit, vel certe in ſola voluntate, ſi timor pœnæ ſuavitatem libidinis vicerit „„.

Illud ipſum inculcat libro *de Natura, & Gratia*, cap. 57. „„ Sub lege eſt (*inquit*) qui timore ſupplicii, quod Lex minatur, non amore juſtitiæ, ſe ſentit abſtinere ab opere peccati, nondum liber, nec alienus a voluntate peccandi. In ipſa enim voluntate reus eſt, qua mallet, ſi fieri poſſet, non eſſe, quod timeat, ut libere faciat, quod occulte deſiderat. Ergo ſi Spiritu, inquit, ducimini, non adhuc eſtis ſub Lege; utique Lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem; quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per Legis litteram, ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hæc eſt lex libertatis, non ſervitutis; quia charitatis utique, non timoris „„.

Et lib. 3. *Ad Bonifacium* contra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. 4. de veteribus Judæis rurſus ait: „„ Illi etiam quicunque ibi erant, ſola quæ

ibi Deus pollicetur terrena promiſſa ſectantes, & quid pro novo Teſtamento ea ipſa ſignificent, ignorantes, eorum adipiſcendorum amore, & amittendorum timore, Dei præcepta ſervabant; immo non ſervabant, ſed ſibi ſervare videbantur. Neque enim fides in eis per dilectionem operabatur, ſed terrena cupiditas, metuſque carnalis. Sic autem præcepta qui facit, procul dubio invitus facit, ac per hoc in animo non facit; mavult enim omnino non facere, ſi ſecundum ea, quæ cupit, & metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipſa voluntate intus eſt reus, ubi ipſe, qui præcipit, inſpicit Deus „ „.

Idem confirmat diſertiſſimis verbis Epiſt. 145. alias 144. ad Anaſtaſium: „ „ Inaniter (*inquit*) putat victorem ſe eſſe peccati, qui pœnæ timore non peccat, quia etſi non impletur foris negotium malæ cupiditatis, ipſa tamen mala cupiditas intus eſt hoſtis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri, quod vetatur, ſi ſubtrahas, quod timetur? Ac per hoc in ipſa voluntate reus eſt, qui vult facere, quod

[redacted]

terat enim putari lex operum quasi sufficere ad justificationem, cum ea, quæ præcipiuntur, forinsecus fiunt ab eis hominibus, qui mallent non præcipi, quod non ex corde faciunt, & tamen faciunt; ac per hoc quasi videntur ambulare in lege Dei, sed nolunt ambulare; non enim ex corde faciunt. Ex corde autem nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, non dilectione justitiæ. Nam quantum attinet ad facta, quæ forinsecus aguntur, & qui timent pœnam, & qui amant justitiam non furantur; & ideo pares sunt manu, dispares corde; pares opere, dispares voluntate „„

Et Concione 25. in Psal. 118. ad illa verba: *Confige timore tuo carnes meas*, ait: „„ Timor iste, quo non amatur justitia, sed timetur pœna, servilis est, quia carnalis est; & ideo non crucifigit carnem. Vivit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, quando speratur impunitas. Cum vero pœna creditur secutura, latenter vivit; vivit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere, quod lex vetat; quia non spiritaliter delectatur ejus bono, sed carnaliter malum metuit, quod minatur. Timore autem casto ipsa, quæ hunc timorem foras mittit, pecare timet charitas, etiamsi sequatur impunitas; quia nec impunitatem judicat secuturam, quando amore justitiæ peccatum ipsum deputat pœnam. Tali timore carnes crucifiguntur; quoniam carnales delectationes, quæ littera vetantur potius, quam vitantur, spiritualium bonorum delectatione vincuntur, & eadem usque ad perfectionem crescente victoria perimuntur „„.

Item Serm. 169. alias 15. *de Verbis* Apostoli, cap. 15. insigni exemplo hanc doctrinam explicat: „„ Lege Dei propolita (*inquit*) exceptis illis carnalibus Sacramentis, quæ fuerunt umbræ futurorum; Lege Dei proposita quisquis timuerit, & suis viribus eam implere se posse putaverit, & fecerit, quod lex jubet, non amando justitiam, sed timendo pœnam; fuit quidem secundum justitiam, quæ ex Lege est,

homo ſine querela; non furatur, non adulterat, non dicit falſum teſtimonium, non concupiſcit reni proximi ſui; poteſt hoc; poteſt fortaſſis, unde? Timore pœnæ. Quamquam, qui timore pœnæ non concupiſcit, puto quia concupiſcit. Terrore ingenti armorum, atque telorum, & circumdantis forſitan multitudinis, vel obviam euntis, etiam leo revocatur a præda; & tamen leo venit, leo redit; prædam non rapuit, non malitiam poſuit. Si talis es, adhuc juſtitia eſt; qua juſtitia tibi conſulis, ne torquearis. Quid magnum eſt, pœnam timere? Quis eam non timet? Quis latro, quis ſceleratus, quis nefarius? Sed hoc intereſt inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum, & ideo facit latrocinium, quia ſperat ſe fallere leges hominum; tu autem leges ejus times, quem fallere non potes. Nam ſi fallere poſſes, quid non feciſſes? Ergo concupiſcentiam tuam non amor tollit, ſed timor premit. Ad ovile venit lupus; latratu canum, & clamore paſtorum ab ovili reverſus eſt lupus; ipſe

mens, & tremens. Interroga ergo te, quiſquis vis judicare; & vide ſi tunc non facis male, quando potes facere, & ab homine non puniri; tunc times Deum. Nemo eſt ibi, niſi tu, & ille, cui facis malum, & Deus, qui ambos videt; vide, ibi time. Parum eſt, quod dico; vide, ibi time malum; ibi ama bonum; nam etiamſi timore gehennæ non facis malum, nondum es perfectus. Audeo dicere, ſi timore gehennæ non facis malum, eſt quidem in te fides, quia credis futurum Dei eſſe judicium; gaudeo fidei tuæ, ſed adhuc timeo malitiæ tuæ. Quid eſt quòd dixi? Quia ſi timore gehennæ non facis malum, non amore juſtitiæ facis bonum „„. Ex quibus rurſus colligo, hominis peccatoris voluntatem timore pœnæ non immutari, ſicut nec lupi immanis indoles timore immutatur. Et ſicut lupus latrantibus canibus timore perculſus, & intactis ovibus fugiens, non ideo fit ovis, ſed lupus manet; ita peccator Concionatorum Judicii divini minas exagerantium verbis perterrefactus, etſi abſtineat aliquamdiu ab opere peccati, non fit juſtus, ſi ſolo timore abſtineat; ſed neceſſe eſt, ut amore juſtitiæ ſuccenſus peccatum execretur.

Probatur tertio Propoſitio aliorum Patrum teſtimoniis, qui *S. Auguſt.* in eadem aſſerenda veritate præiverunt, vel ipſum ſecuti ſunt. Præivit *S. Joan. Chryſoſt.* Homil. 4. in Epiſt. 2. ad Corinth. „„ Cum peccaveris (*inquit*) ingemiſce, non quod pœnas daturus ſis; nihil enim hoc eſt; ſed quod Dominum tam benignum, tam te amantem, tam denique ſalutis tuæ appenſum offenderis, ut Filium quoque ſuum tua cauſa tradiderit. Nec tunc lætum, cras autem mœſtum, ac rurſum lætum te præbe, verum perpetuo in luctu, ac contritione tui mane „„.

Secuti ſunt, *S. Petrus Chryſologus*, Serm. 94. „„ Audiſtis (*inquit*,) quemadmodum cœleſtis Creditor totum debitum charitate compenſat, & ad incrementum totius fœnoris amoris ſolius exigit, & requirit uſuram. Plectendus debitor, qui dilectione ſola ſuam

negligit redimere cautionem. Vis ſcire, homo, quid Deo debeas? Quod factus es, Dei creditum eſt; quod es rationis capax, Dei fœnus eſt; quod diſcretionem boni, malive poſſides, accepiſti; & quod vivendi normam acceperis, per chirographum legis ſtipulanti Deo ſpopondiſſe te, non potes diffiteri. Sed dum te per vitia carnis in lutum inſtar ſuis demergis, & quadrupedum more vivens, qua præditus es ratione privaris, & in gurgite criminum, boni, malive perdita diſcretione, confundis, & divinæ legis ſubſtantiam diſſipas, mundana voluptate captivus, factus es glorioſi fœnoris debitor luctuoſus; cui deficientibus virtutum lucris, criminum multiplicatur uſura. Sed licet in hac re ceciderís, licet fueris in iſta devolutus, vide ne deſperes, homo; remanſit tibi unde piiſſimo ſatisfacias Creditori. *Abſolvi vis*) *Ama.* Charitas cooperiet multitudinem peccatorum... Ama ergo homo Deum, & ama totus, ut poſſis omnia ſine labore vincere peccata „ „? *S. Leo.* Serm. 90. qui ſeptimus eſt *de Jejunio ſe-*

illos Paſtoris ſententia abſolvat. Tunc enim vera eſt Abſolutio Præſidentis, cum æterni arbitrium ſequitur Judicis „„. Ibidem ait, Sacerdotes illos debere ſolvere, quos noverunt Dominum *per ſuſcitantem gratiam vivificare.* Ex quibus colligitur, neceſſarium eſſe ad juſtificationem, ut peccator jam ſit ſuſcitatus a peccandi affectu; & novam vitam agere incipiat; quod fieri cum non poſſit abſque Dei amore, ſecundum illud 1. Joan. 3. *Qui non diligit, manet in morte*; amor Dei ſaltem inchoatus omnino neceſſarius eſſe videtur ad juſtificationem etiam per Sacramentum pœnitentiæ conſequendam.

Et lib. 9. in Job cap. 9. explicans illa verba: *Auferat a me virgam ſuam, & pavor ejus non me terreat;* ait: „„ A peccati morte timor nos ſuſcitare non valuit, ſed ad ſtatum vitæ aſpirata manſuetudinis gratia reduxit. Quod bene in Eliſæo Sunamitidis filium ſuſcitante ſignatur; quia cum baculo puerum mittens, extincto filio vitam minime reddidit; per ſemetipſum vero veniens, ſeque ſuper mortuum ſternens, atque ad ejus membra ſe colligens, huc illucque deambulans, & in ore mortui ſepties aſpirans, hunc ad redivivam lucem protinus per miniſterium compaſſionis animavit. Auctor quippe humani generis Deus, quaſi mortuum puerum doluit, cum extinctos nos iniquitatis aculeo miſeratus aſpexit. Et quia per Moyſen terrorem legis protulit, quaſi per puerum virgam miſit. Sed puer cum baculo mortuum ſuſcitare non valuit, quia Paulo atteſtante: *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Ipſe autem per ſemetipſum veniens, & ſuper cadaver humiliter ſe ſternens, ad exequenda ſibi mortui membra ſe collegit, quia *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Huc illucque deambulat, quia & Judæam juxta, & longe poſitas gentes vocat. Super mortuum ſepties oſcitat, quia per apertionem divini muneris, gratiæ ſeHebr. 7. Philipp. 2.

ptiformis Spiritum in peccati morte jacentibus aſpirat. Moxque vivens erigitur; quia is, quem terroris virga ſuſcitare non potuit, per amoris Spiritum puer ad vitam rediit. Dicat itaque Beatus Job ex ſua, dicat ex voce humani generis: *Auferat a me virgam ſuam, & pavor ejus non me terreat; loquar, & non timebo.* Ubi & apte ſubjungitur: *Neque enim poſſum metuens reſpondere.* Reſpondere quippe cuilibet dicimur, cum factis illius digna opera repenſamus. Deo ergo reſpondere, eſt donis ejus præcedentibus noſtra obſequia reddere. Rectum Deus hominem condidit, eumque ad perverſa defluentem cum longanimitate toleravit. Quotidie culpas aſpicit, & tamen vivendi ſpatia non citius abſcindit. Dona largitur benignitate ſua, & erga malos utitur patientia ſua. Reſpondere homo tot beneficiis debet; ſed tamen reſpondere metuens non valet, quia humani generis Conditorem, qui adhuc ſerviliter formidat, procul dubio non amat. Nam tunc ſolum Deo vera obſequia reddimus, cum eum propter amoris

Auctor Commentariorum in libros Regum ſub *S. Greg. magni* nomine editorum, lib. 2. c. 3. interiorem hominem in Sacramento pœnitentiæ non renovari aſſerit niſi per amorem juſtitiæ, & affectionem charitatis. „„ Converſio peccatoris, *inquit*, non eſt in humilitate Confeſſionis, ſed in renovatione interioris hominis, cum peccatori jam divina inſpiratione correcto & malum diſplicet, quod amavit, & bonum placet, quod odit. Nam ſunt nonnulli, qui ſe & de nequitia accuſant criminis, & pravitatem non corrigunt voluntatis, qui profecto converti ad Dominum non creduntur; quia vera converſio in ore non accipitur; ſed in corde. Converti etenim ſimul verti eſt. Converſio itaque peccatoris vera tunc eſt, cum ad Creatoris noſtri beneplacitum uterque noſter homo reducitur; cum & caro noſtra per iniquitatis odium cohibetur a perpetratione facinoris, & per amorem juſtitiæ mens ſe extendit ad intentionem bonæ operationis. *Et infra*: Ex vi converſionis magnitudo deletur criminis. Vis autem converſionis eſt infuſio charitatis caeli infuſæ viſitatione ſancti Spiritus „„.

S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 2. *Sententiarum*, cap. 21. „„ Qui ſola (*inquit*) pœna ſupplicii in ſe vitia reprimit, quamvis non expleat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi; doletque ſibi eſſe illicitum, quod lex prohibere dignoſcitur. Ille ergo mercedem boni operis percipit, qui amando juſtitiam facit, non is, qui eum ſolo metu pœnarum invitus cuſtodit „„.

S. Bernardus, Tract. *de diligendo Deo*, cap. 12. „„ Eſt (*inquit*) qui confitetur Domino, quoniam potens eſt; eſt & qui confitetur Domino, quoniam ſibi bonus eſt; eſt item qui confitetur, quoniam ſimpliciter bonus eſt. Primus ſervus eſt, & timet ſibi; ſecundus mercenarius eſt, & cupit ſibi; tertius filius eſt, & defert patri. Itaque & qui timet, & qui cupit, utrique pro ſe agunt; ſola, quæ in filio eſt, charitas non quærit, quæ ſua ſunt. Quamobrem puto

Pſal. 18. 8. to de illa dictum: *Lex Domini immaculata, convertens animas*; quod ſola videlicet ſit, quæ ab amore ſui, & mundi avertere poſſit animam, & in Deum dirigere. Nec timor quippe, nec amor privatus convertunt animam; mutant internum vultum, vel actum, affectum nunquam. Facit quidem nonnunquam & ſervus opus Dei, ſed quia non ſponte, in ſua adhuc duritia permanere cognoſcitur; facit & mercenarius, ſed quia non gratis, propria trahi cupiditate convincitur... Sit itaque ſervo ſua lex timor ipſe, quo conſtringitur; ſit mercenario ſua cupiditas, qua & ipſe arctatur, quando ab ipſa tentatur abſtractus, & illectus; ſed harum nulla, aut ſine macula eſt, aut animas convertere poteſt. Charitas vero convertit animas, quas facit & voluntarias „„

Amoris Dei neceſſitas ad juſtificationē, etiam in Sacramen-

Ad Patres laudatos accedit *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, diſt. 20. q. 1. art. 1. quæſt. 1. in Reſponſione ad primum „„ Antiochus (*inquit*) veniam conſecutus fuiſſet, ſi vere pœnituiſſet; ſed non habuit veram pœnitentiam, quia non ex amore juſtitiæ de

uſum habens liberi arbitrii poteſt inchoare novam vitam, quæ eſt per gratiæ infuſionem, niſi amet, & appetat gratiæ bonum; & ideo oportet, quod deteſtetur omne malum repugnans „„. Item 1. 2. quæſt. 113. art. 4. cum præmiſiſſet: Ad juſtificationem impii requiri motum mentis, quo convertitur in Deum, eamque converſionem fieri per fidem, ſubdit in Reſponſione ad primum: „„ Motus fidei non eſt perfectus, niſi ſit charitate informatus. Unde ſimul in juſtificatione impii, cum motu fidei eſt etiam motus charitatis. Movetur autem liberum arbitrium in Deum ad hoc, ut ei ſe ſubjiciat; unde etiam concurrit actus timoris filialis, & actus humilitatis „„.

Et 3. p. q. 85. art 6. „ Actus, *inquit*, virtutis „ pœnitentiæ eſt contra peccatum ex amore Dei „.

Ejuſdem Quæſtionis art. 5. quinque actus eſſe docet, quibus Deo in pœnitentia operanti *Diſpoſitive* cooperamur, quorum actuum primum principium eſt Dei operatio convertentis cor, ſecundum illud: *Converte nos, Domine, ad te, & convertemur.* „„ *Primus* actus eſt motus fidei. *Secundus* eſt motus timoris ſervilis, quo quis timore ſuppliciorum a peccatis retrahitur. *Tertius* eſt motus ſpei, quo quis ſub ſpe veniæ conſequendæ aſſumit propoſitum emendandi. *Quartus* eſt motus charitatis, quo alicui peccatum diſplicet ſecundum ſe ipſum, & non jam propter ſupplicia. *Quintus* eſt motus timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis emendat, id eſt, vitæ melioris propoſitum, & ſatisfactionem, Deo voluntarius offert. *Igitur* Actus pœnitentiæ a timore ſervili procedit ſicut a primo motu affectus ad hoc ordinato; a timore autem filiali ſicut ab immediato, & proximo principio „„. Peccatum in Sacramenti ſuſceptione remitti non poteſt ſine actu pœnitentiæ; actus vero pœnitentiæ eſt a timore filiali ſicut ab immediato, & proximo principio; cum itaque timor filialis ſit a charitate, actus pœnitentiæ ſine charitate ſaltem inchoata eſſe non poteſt.

Art.

Art. 3. ejuſdem Quæſtionis docet, pœnitentiam virtutem ſpecialem non eſſe eo ſolum nomine, quod ſit dolor de malo perpetrato, (ad hoc enim ſufficeret charitas) „ Sed ex eo, quod pœnitens do„ let de peccato commiſſo, in quantum eſt offenſa „ Dei, cum emendationis propoſito „. Dolor porro de peccato quatenus eſt offenſa Dei, oritur ex charitate. Unde in Reſponſione ad quartum aſſerit, pœnitentiam, quatenus eſt juſtitia quædam hominis ad Deum, participare ea, quæ ſunt virtutum Theologicarum. Quamobrem „„ Pœnitentia eſt, cum fide Paſſionis Chriſti, per quam juſtificamur a peccato, & cum ſpe veniæ; & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem „„.

Et Art. 2. Pœnitentiam ſpecialem virtutem eſſe probat, quia in illa invenitur ſpecialis ratio actus laudabilis: „„ Scilicet; operari ad deſtructionem peccati præteriti, in quantum eſt Dei offenſa. *Et in Reſponſione ad primum*: Si ergo in actu pœnitentiæ conſideretur ſola diſplicentia peccati præteriti, hoc

tritionem dolorum omnium maximum esse debere probat, quia „ Omnis dolor in amore fundatur; „ amor *autem* charitatis, in quo fundatur dolor con„ tritionis, est maximus „. Ex quibus colligitur, sincerum non esse dolorem de peccatis conceptum, neque ad justificationem sufficere, etiam cum Sacramento, nisi in amore Dei fundetur.

His, ut opinor, momentis adducti sacræ Synodi Tridentinæ Patres, (quamvis Quæstionem, quam tractamus, finire noluerint) Sententiæ tamen amoris divini, saltem inchoati necessitatem ad justificationem peccatoris, etiam in Sacramento pœnitentiæ, asserenti, & attritionem ex solo pœnæ timore conceptam, vel cum ipso Sacramento sufficere neganti, non obscure faverunt. Docet nimirum sacra Syn. sess. 6. c. 6. Homines adultos justificari: „ „ Dum peccatores se esse intelligentes a divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt; ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam ante Baptismum agi oportet „ „. Ex quibus colligitur, inter dispositiones ad justificationem necessarias a Conc. Trid. inchoatum Dei amorem postulari. Qui quidem non est merus amor spei, sed benevolentiæ, quo Deus super omnia diligitur. Præter spem enim, in quam peccatores eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, S. Synodus postulat amorem, quo ipsum *Tanquam fontem omnis justitiæ diligere incipiant.* At amor a spe distinctus est amor benevolentiæ; Conc. igitur postulat amorem benevolentiæ, ceu dispositionem omnino necessariam ad justificationem primam, quæ fit per Baptismum.

Con. Trid. favet omnino opinioni propugnanti amorem Dei necessarium esse ad justificationem etiam in Sacramento pœnitentiæ.

Confirmatur ex Can. 3. ita sanciente: „ „ Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, dili-

diligere, aut pœnitere poſſe ſicut oportet, ut ei juſtificationis gratia conferatur, anathema ſit ,,,,. Quo ex Canone liquet, non ſolum fidem, & ſpem, ſed & dilectionem, qua Deum ſicut oportet, id eſt, ſuper omnia diligamus, a Concilio ſtatui inter diſpoſitiones neceſſarias ad juſtificationem; adeoque non de ſolo amore ſpei, qui a ſpe ipſa inſtinctus eſt, ſed de amore benevolentiæ eſſe intelligendum.

Amor Dei multo magis ad juſtificationem requiritur in Sacramento pœnitentiæ, quam Baptiſmi.

Ex quibus rurſus colligitur, multo magis amorem Dei ad juſtificationem in Sacramento pœnitentiæ neceſſarium eſſe; cum longe major diſpoſitio deſideretur ad juſtificationem peccatoris poſt Baptiſma, quam ante, pœnitentis. Quocirca Trid. Concil. ſeſſ. 14. cap 2. ait: ,,,, Ad quam tamen novitatem, & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus, divina id exigente juſtitia, pervenire nequaquam poſſumus; ut merito pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus a ſanctis Patribus dictus fuerit. *Id evidentius colligitur ex cap. 4. ejuſdem Seſſionis, ubi* Contritionis motum

ritus ſancti impulſum, nondum quidem inhabitantis, ſed tantum moventis; quo pœnitens adjutus, viam ſibi ad juſtitiam parat. Et quamvis ſine Sacramento pœnitentiæ per ſe ad juſtificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hoc enim timore utiliter concuſſi Ninivitæ, ad Jonæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & miſericordiam a Domino impetrarunt „„. Ex quibus colligo, Concilii Tridentini Patres in eam propenſos fuiſſe Sententiam, quæ Attritionem ex ſolo gehennæ metu conceptam, etiam cum Sacramento non ſufficere ad juſtificationem aſſerit, ſed neceſſarium eſſe Dei amorem, ſaltem inchoatum, & imperfectum; propugnat, primo, quia eum dolorem ſacra Synodus poſtulat, qui peccandi voluntatem excludat. Peccandi porro voluntas non excluditur niſi contraria voluntate, ſcilicet amore juſtitiæ, ſive amore Dei ſuper omnia. Timor enim pœnæ voluntatem non mutat. *Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur*; (inquit *S. Ambroſ.* lib. 8. in Lucam.) Et certe voluntas peccandi perſeverat, quamdiu mundus amatur, quamdiu cupiditas dominatur, amor autem mundi manet in corde radicatus, quamdiu non diligitur Deus. „„ Duo namque amores ſunt, ex quibus omnes prodeunt voluntates, ita diverſæ qualitatibus, ſicut dividuntur auctoribus. Rationabilis enim animus, qui ſine dilectione eſſe non poteſt, aut Dei amator eſt, aut mundi. In dilectione Dei nulla nimia; in dilectione autem mundi cuncta ſunt noxia „„; (inquit *S. Leo* Serm. 5. de Jejunio 7. Menſis.) Concinit S. Leoni *S. Gregor. magnus* lib. 18. *Moralium*, cap. 8. „„ Qui terrenarum rerum (*inquit*) amore vincitur, in Deo nullatenus ſolidatur. Eſſe quidem ſine dilectione animus nequaquam poteſt; nam, aut infimis delectatur, aut ſummis; & quanto altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto majori ſtudio torpeſcit ad infima; quantoque acriore cura inardeſcit ad infima,

tanto tempore damnabili frigeſcit a ſummis „„ Nulla porro in Sacramento pœnitentiæ virtus eſt, qua efficiat, ut in amore mundi cuncta non ſint noxia; ut acriore cura infimis bonis inardeſcens, tempore damnabili non frigeſcat a ſummis. Nulla itaque in Sacramento Pœnitentiæ virtus eſt, qua juſtus fiat, qui Deum non amat.

Secundo, quovis tempore Contritionis motum ad impetrandam veniam peccatorum neceſſarium fuiſſe, docet Sacra Synodus. Si quovis tempore, non igitur extra Sacramentum dumtaxat, ſed etiam in Sacramento. Cum igitur Contritio ſit dolor de peccato, quatenus Dei offenſa eſt, ex amore ipſius ſuper omnia conceptus; & Contritio perfecta, & imperfecta, quam Attritionem vocamus, differant tantum, ut perfectum, & imperfectum ſub eodem Contritionis genere, ut innuit ſacra Synodus his verbis: *Illam vero Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, &c.* ſequitur Attritionem non ex ſolo pœnarum timore conceptam eſſe debere, ut ſit diſpoſitio ad juſtificationem ſufficiens cum Sacra-

Attritio a Contritione non differt niſi ut imperfectum a perfecto in eodem ge-

[redacted]

ratorium Attritionem vocat : charitatem vero amorem, qui in Contritione perfecta continetur.

Ita *S. Thomas*, in 4. Sententiarum, dist. 17. qu. 2. art. 1. quæst. 2. ad 3. „ „ Attritio (*inquit*) dicit accessum ad perfectam Contritionem; unde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo sunt comminuta, sed non perfecte; sed Contritio dicitur, quando omnes partes tritæ sunt simul per diversionem ad minima; & ideo significat Attritio in spiritualibus quamdam displicentiam de peccatis commissis, sed non perfectam; Contritio autem perfectam. *Et art. 5. qu. 3.* Contritio (*inquit*) habet duplicem dolorem; unum rationis, qui est displicentia peccati commissi; & hic potest esse adeo parvus, quod non sufficiet ad rationem Contritionis, ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere separatio a fine, sicut etiam amor potest esse remissus, quod non sufficit ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, &c. „„.

Tertio declarat S. Synodus, hanc Contritionem non solum cessationem a peccato, & vitæ novæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: *Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor novum.* Atqui cor novum fieri non potest sine Dei amore. Ut enim ait *S. Augst.* Lib. contra *Adimantum* Manichæum, c. 17. „„ Hæc est brevissima, & apertissima differentia duorum Testamentorum, timor, & amor; illud ad hominem veterem, hoc ad novum pertinet „ „. In illam ergo sententiam propensa fuit sacra Synodus Tridentina, quæ Dei amorem, ceu dispositionem necessariam ad justificationem postulat. Ezech. 18.

Quarto in exemplum affert sacra Synodus pœnitentiam Ninivitarum, qui timore utiliter concussi, ad Jonæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt. Atqui pœnitentia Ninivitarum aliquem charitatis actum admixtum habuit. Nam *Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala*, &c. Deus porro nullam rationem habet operum in ordine ad justificationem, nisi procedant ex fide, Jonæ 3. 10.

quæ per dilectionem operatur. Ut enim ait *S. Auguſt.* Ser. 138. alias 50. *de Verbis Domini*, c. 2. „ Adde „ charitatem, proſunt omnia; detrahe charitatem, „ nihil proſunt cætera „.

Et Tract. 5. in Joan. „ Per hanc dilectionem pec„ cata ſolvuntur. Hæc ſi non teneatur, & grave „ peccatum eſt, & radix omnium peccatorum „. Synodus itaqne Tridentina in eam propenſa fuit ſententiam, quæ Contritionem imperfectam aliquem gradum amoris Dei includere neceſſario debere aſſerit, ut cum Sacramento juſtificet.

Merito igitur Clerus gallicanus in generali Conventu anni 1700. hanc Propoſitionem damnavit: „„ Conc. Tridentinum adeo expreſſe definivit attritionem, quæ non vivificet animam, quæque ſupponatur ſine amore Dei eſſe, ſufficere ad Abſolutionem, ut anathema pronuntiet adverſus negantes „„. Hanc, inquam, propoſitionem merito confixit his verbis.

Hæc propoſitio falſa eſt, temeraria, Conc. Trid. con-

Contritionem, eam, quæ ſit charitate perfecta, & quæ cum voto Sacramenti, antequam actu ſuſcipiatur, hominem Deo reconciliet, eliciat. Alterum, ne quis putet in utroque Sacramento ſecurum ſe eſſe, ſi præter fidei, & ſpei actus non incipiat diligere Deum tanquam omnis juſtitiæ fontem „ „.

„ „ Neque vero ſatis adimpleri poteſt utrique Sacramento neceſſarium vitæ novæ inchoandæ, ac ſervandi mandata divina propoſitum, ſi pœnitens primi, ac maximi mandati, quo Deus toto corde diligitur, nullam curam gerat, nec ſit ſaltem animo ita præparato, ut ad illud exequendum divina opitulante gratia ſeſe excitet, ac provocet „ „.

„ „ Placet etiam caveri a Sacramenti pœnitentiæ Adminiſtris, ne in hoc Sacramento, aliiſque Sacramentis conferendis ſequantur opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore. Neve pœnitentes ipſorum fidei animam ſuam committentes admonere ceſſent, ut in pœnitendo inchoatæ ſaltem dilectionis Dei ineant viam, quæ ſola ſecura ſit, graviter peccaturi in hoc ſalutis diſcrimine, vel eo ſolo, quod certis incerta præponant „ „.

Plurimos Auctores proferrem, qui Sententiam de neceſſitate amoris Dei in Contritione imperfecta, ive attritione cum Sacramento conjuncta, ante, & oſt Tridentinum Concilium propugnarunt; ſed um a minorum gentium Theologis hoc in opere tandis abſtinere decreverim; paucorum ſanctitate ariter, & doctrina inſignium teſtimoniis propoſi- onem noſtram confirmabo; imprimis *ſancti Raymundi* in Summa lib. 3. Tit. *de pœnitentiis, & Reſſionibus*, §. 11. dicentis: „ „ Qualiter autem hoc elligendum, utrum ſcilicet ſola contritio ſine con- ione tollat peccata, an contritio cum confeſſio variæ ſunt opiniones; *quas cum ſigillatim retu-*, *de tertia ſubdit*: Tertii vero dicunt, ſola cor- Contritione dimitti peccatum cuilibet adulto, re conteritur, & proponit ab aliis abſtinere, & confiteri, & de eo ſatisfacere ſecundum judi-

Sanctitate illuſtrium Theologorum ſuffragiis confirmatur ſententia neceſſitatem amoris [illegible] ad juſtificationem, [illegible] iam in Sacramento propugnans.

cium Eccleſiæ. . . Hæc ultima opinio celebrior eſt. *Et paulo poſt* : Quod iſta opinio etiam ſit vera, patet per exempla Lazari, quem primo ſuſcitavit Dominus, quam a diſcipulis ſolveretur; & per decem Leproſos, qui in via, antequam venirent ad Sacerdotes, mundati ſunt. *Subdit denique, quod hæc tria*, Contritio, Confeſſio, & Satisfactio ſunt in præcepto „„. Attritionis non meminit; nullam itaque agnovit, niſi quæ vere Contritio eſſet, adeoque verum, & prædominantem Dei amorem includeret. „„ Præcedit gratia, (*actualis ſcilicet*) ſequitur dilectio; quoniam, qui gratiam habet, diligit. Sequitur Contritio; qui enim diligit, conteritur. Sequitur remiſſio. Et iſte proceſſus colligitur, de Pœnit. *diſt.* 1. *Omnis, qui non diligit, manet in morte* „„. *Et Auguſt.* „ Sine charitate quomodo veram cordis „ Contritionem quis habere poterit? Quomodo er„go delictorum remiſſionem „?

S. Antonini, in Summa, 4. p. tit. 14. c. 5 „„ Quia (*inquit*) timor ſervilis non eſt in charitate, ideo non

crymæ illæ non fuerunt ex amore Dei, & principaliter propter Dei offenſam; ſed propter timorem inferni, ne ad illum deputarer, & ideo mihi non valuit „„.

S. Bernardini Senenſis, Sermone, quem habuit Feria 3. poſt Dominicam primam Quadrageſimæ: „„ Qui conteritur (*inquit*) principaliter propter timorem inferni, & non propter amorem Dei, non eſt in ſtatu ſalutis, quia non dolet amore Dei, ſed amore ſui; ut ſi ceſſaret damnatio ex propria culpa, ceſſaret & contritio illa. *Et continuo ſubdit*: Licet ad veram Contritionem concurrat timor humilians, debet tamen concurrere amor inflammans. Unde etſi in peccatore initiet timor pœnæ, ſuperveniens tamen amor talem timorem debet repellere „„.

Venerabilis *Ludovici Granatenſis*, Operum pietate, ac doctrina, vitæque ſanctimonia celebris, Conc. 1. in Feſto B. Mariæ Magdalenæ: „„ Conſtat plane (*inquit*) neminem ex injuſto fieri juſtum, niſi is peccatum ſuper omnia deteſtetur, illudque ſupra omnia vitare conſtituat; hæc vero duo habere nemo poteſt, niſi Deum diligat ſuper omnia. Hæc enim tria, dilectio Dei ſuper omnia, odium peccati, & propoſitum ejus omni opera, & ſtudio vitandi, ita ſe mutuo conſequuntur, ut alterum ſine altero conſiſtere nullo modo queat. At hujuſmodi dilectionem poſt naturæ lapſum nemo niſi præſente Dei ope adjutus habere poteſt „„. Et allata ratione, quod ſcilicet poſt peccatum homo totum amorem, quem Deo debebat, in ſeipſum inverterit, ſeque jam ſupra cætera omnia diligat, ſubdit: „„ Hæc igitur tanta erga ſe amoris vis in cauſa eſt, ut nemo Deum ſupra ſe ſine ſingulari ope diligere queat; ſine hac vero Dei dilectione, neque vera Contritio, neque firmum ſceleris vitandi propoſitum, ac proinde, neque juſtificatio conſtare poteſt „„.

S. Th. de Villa nova Sermone, quem habuit in Dominica Paſſionis: „„ Non de damno (*inquit*) vel

de pœna, vel de infamia vel de turpitudine, & vilitate peccati; ſed dolendum eſt de peccato, prout offenſa Dei, ſicut etiamſi nullum incommodum de peccato proveniret, neque eſſet infernus, aut judicium, neque aliquis ſciret, etiam diſpliceret peccatum, quia Deus fuit offenſus... Vera Contritio ex amore Dei debet procedere, non ex timore, aut amore ſui... Unde Attritio, & Contritio non tam differunt, quia Contritio eſt dolor intenſus, & Attritio eſt dolor remiſſus; ſed magis, quia Contritio eſt dolor perfectus propter Deum, & attritio eſt dolor imperfectus, & mixtus cum aliis reſpectibus „„.

Sancti denique *Franciſci Saleſii*, lib. 2. *de Amore Dei*, cujus verba Latino idiomate fideliter, & ſimpliciter reddo. „„ Pœnitentia (*inquit*) quæ non excludit amorem Dei, quamvis adhuc ſine ipſo ſit, eſt bona, & optanda pœnitentia, ſed imperfecta, & quæ ſalutem nobis dare non poteſt, donec ad amorem provecta ſit, & cum ipſo commixta; ita ut, ſicut magnus Apoſtolus dixit: Si corpus ſuum

rior, ſeu Sacramentalis, eſt ſibi ſuperflua, & inutilis „ „. Et redeuntes ex illa Secta ad Eccleſiam hæreticos *Martinus V.* interrogari jubet: „ Utrum cre„ dant, quod Chriſtianus ultra Contritionem cordis, „ habita copia Sacerdotis idonei, de neceſſitate ſa„ lutis ei confiteri teneatur „. Idem docet ſacra Synodus Trid. Seſſ. 13 cap. 7. ſtatuens; „ „ Ut nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali Confeſſione ad S. Euchariſtiam accedere debeat, &c. *Et Canone* 20. Statuit, atque declarat, illis, quos conſcientia mortalis peccati gravat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia Confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe Confeſſionem ſacramentalem, *antequam SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſumant*; ſi quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat „ „. Inutiles itaque Eccleſiæ claves, otioſum, & inane Sacramentum ſacra Synodus non exiſtimavit, etiamſi Contritio perfecta neceſſaria cenſeretur; multo minus ſi Contritio duntaxat imperfecta amorem Dei ſuper omnia inchoatum includens neceſſaria cum Sacramento aſſeratur. Nec vero inutile fore Sacramentum judicarunt ipſi Theologi, qui Contritionem perfectam ad remiſſionem peccati etiam in Sacramento velut neceſſariam poſtularunt; quia non remitti peccatum per Contritionem niſi in ordine ad claves Eccleſiæ agnovere; adeoque non uni Contritioni, ſed Sacramento pœnitentiæ, cujus illa votum includit, peccatorum remiſſionem tribuendam. Abſolutionem enim ſacramentalem in iis operari, qui ad ipſam votis ferventiſſimis inhiant, ſicut Chriſti Paſſio in iis operabatur, qui in Chriſtum venturum credebant, antequam re ipſa conſummata eſſet.

Sacramenti neceſſitas recte conciliantur.

Verum opinionem illam, quæ ſine Contritione perfecta peccatorem etiam in Sacramenti ſuſceptione non juſtificari aſſerit, merito rejicimus, & impro-

Merito rejicitur opinio Contritionem per-

fectam, etiam in Sacramento, ad juſtificationem eſſe neceſſariam aſſerunt.

bamus. Nam & *Pius V.* ſanctiſſimus Pontifex Propoſitiones illas *Michaelis Baii* anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo damnavit; „„ Charitas perfecta, & ſincera, quæ eſt ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, in Catechumenis, & pœnitentibus poteſt eſſe ſine remiſſione peccatorum „„.

„ Charitas illa, quæ eſt plenitudo legis, non ſem„ per eſt conjuncta cum remiſſione peccatorum „.

Et ſacra Facultas Pariſienſis in Comitiis generalibus congregata Kalendis Julii anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo octavo hanc Propoſitionem damnavit: „ Actus charitatis perfectæ, ſeu veræ, & perfectæ „ Contritionis abſolute neceſſarius eſt ad gratiam in „ Sacramento pœnitentiæ obtinendam „. Hanc Propoſitionem in lib. *de ſancta Virginitate* ex *S. Auguſtino* gallice reddito, & notis illuſtrato a *Claudio Seguenot* Presbytero ſacra Facultas merito proſcripſit. Cenſuræ ipſius verba adſcribo: „„ Quæ tradit de Attritionis ſufficientia, & Contritionis ex perfecta charitate abſoluta neceſſitate, ad recipiendum Sacramentum pœnitentiæ; & quæ addit, & approbat de Abſolutione, quod nihil aliud ſit, quam declaratio juridica peccati jam remiſſi, damnavit quoque Facultas, & cenſuit has Propoſitiones eſſe quietis animarum perturbativas, communi, & omnino tutæ praxi Eccleſiæ contrariſ, efficaciæ Sacramenti pœnitentiæ imminutivas, & inſuper temerarias, ac erroneas „„.

Quod autem objicitur, amorem Dei ſuper omnia juſtificare peccatorem abſque Sacramento, id concedimus de amore perfecto, non de amore inchoato. Seſſ. 14. c. 4. Quæ reſponſio ex Tridentino Conc. colligitur. „„ Etſi (*inquit*) Contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare prius, quam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominus reconciliationem ipſi Contritioni ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam „.

Idem-

Idemque confirmat Conc. Catechiſmus p. 2. *de Pœnitentia*, § 46. „„ Ut enim hoc concedamus (*inquit*) Contritione peccata deleri, quis ignorat illam adeo vehementem, acrem, intenſam eſſe oportere, ut doloris acerbitas cum ſcelerum magnitudine æquari, conferrique poſſit? Hæc eſt Contritio charitate perfecta, qua juſtificatur peccator abſque actuali Sacramenti ſuſceptione, cum ſolo illius voto. De imperfecta vero ſubdit: „„ At quoniam pauci admodum ad hunc gradum pervenirent, fiebat etiam, ut a pauciſſimis hac via peccatorum venia paranda eſſet. Quare neceſſe fuit, ut clementiſſimus Dominus facilliori ratione communi hominum ſaluti conſuleret, quod quidem admirabili conſilio effecit, cum claves regni cœleſtis Eccleſiæ traddidit. Etenim ex Fidei catholicæ doctrina omnibus credendum, & conſtanter affirmandum eſt; ſi quis ita animo affectus ſit, ut peccata admiſſa doleat, ſimulque impoſterum non peccare conſtituat; etſi hujuſmodi dolore non afficiatur, qui ad impetrandam veniam ſatis eſſe poſſit; ei tamen, cum peccata Sacerdoti rite confeſſus fuerit, vi clavium ſcelera omnia remitti, ac condonari; ut merito a ſanctiſſimis viris Patribus noſtris celebratum ſit, Eccleſiæ clavibus aditum in cœlum aperiri; de quo nemini dubitare fas eſt, cum a Florentino Concilio decretum legamus pœnitentiæ effectum eſſe Abſolutionem a peccatis „„.

Amor Dei imperfectus pœnitentem non juſtificat ante Abſolutionem.

Amor itaque Dei imperfectus, & inchoatus pœnitentem non juſtificat ante Abſolutionem, ſicut non juſtificat Catechumenum ante Baptiſmum. Utriuſque enim eadem ratio eſt. Porro Catechumenus imperfecto tantum, & inchoato amore Deum diligens, aut minori fervore Baptiſmum deſiderans, non juſtificatur ante ſuſceptionem Baptiſmi. Quo ſpectant illa S. *Auguſtini* verba Tract. 12. in Joannem: „„ Quantumcunque (*inquit*) Catechumenus proficiat, adhuc ſarcinam ſuæ iniquitatis portat, non ei dimittitur, niſi cum venerit ad Baptiſmum. Quomodo non canit populus Iſrael populo Ægyptiorum, niſi cum veniſ-

veniſſet ad mare rubrum ; ſic preſſuris peccatorum nemo caret , niſi cum ad fontem Baptiſmi pervenerit „„. Intelligit autem S. Auguſtinus *Catechumenum divina charitate flagrantem* (ut ipſe loquitur lib. 4. *de Baptiſmo contra Donatiſtas* , cap. 21.) Et certe negari non poteſt, quin *Auguſtinus* ipſe catechumenus charitate flagraret ſaltem imperfecta , & inchoata, quamvis nondum adulta , & robuſta ; ſiquidem de ſe ſcribit lib. 8. *Confeſſionum* , cap. 12. „ Flebam „ amariſſima Contritione cordis mei. *Et lib.* 9. *cap.* 2. „ Sagittaveras tu cor noſtrum charitate tua. *Et cap.* 4. Gaudens in fide laudavi nomen tuum „. Fides illa cum amore Dei ſaltem inchoato conjuncta erat ; & tamen peccata ſibi remiſſa non fuiſſe antequam Baptiſmum ſuſciperet, ibidem teſtatur. „ Et ea fides me „ ſecurum eſſe non ſinebat de præteritis peccatis meis, „ quæ mihi per Baptiſmum tuum remiſſa nondum „ erant „.

Verum (inquies) ſpiritualiter vivit , qui Deum amat ; quid igitur præſtabit Sacramentum , ſi amor

navit: „„ Illa diſtinctio duplicis vivificationis, alterius, qua vivificatur peccator, dum ei pœnitenti, vitæ novæ propoſitum, & inchoatio per gratiam inſpiratur; alterius, qua vivificatur, qui vere juſtificatur, & palmes vivus in Chriſto vite efficitur, commentitia eſt, & Scripturis minime conveniens judicatur „„. Et quamvis ante ſuſceptionem Sacramenti, ſeu ante Abſolutionem ſacramentalem vivat pœnitens, ſeu vita inchoata, & imperfecta, cum imperfecte contritus eſt, ſeu vita perfecta, cum perfectam Contritionem habet; pœnitentia nihilominus Sacramentum eſt mortuorum, quia peccatores vivificat per diſpoſitiones, vel partes ſibi prævias, ſibique connexas, quæ etiam efficaciam ab ipſa mutuantur. Præterea Baptiſmus adultorum, & pœnitentia lapſorum in peccatum mortale poſt Baptiſmum, Sacramenta ſunt mortuorum, qui jam divinæ gratiæ virtute excitati e tumulo, id eſt, ex affectu peccati prodire cœperunt; inſtar Lazari, quem prius vivificavit Dominus dicens: *Lazare veni foras*, & poſtmodum jam viventem ſolverunt diſcipuli. Ex quo *S. Gregorius* colligit: „ Quod illos debemus per paſtoralem Auctori- „ tatem ſolvere, quos Auctorem noſtrum cognoſcimus, „ per ſuſcitantem gratiam vivificare „. Hinc *S. Auguſt.* Serm. 2. in Pſal. 101. ait: „ Cum audis hominem pœ- „ nitere peccatorum ſuorum, jam revixit „. Et tamen nondum eſſe ſolutum, id eſt, nondum ipſi remiſſa peccata, ibidem aſſerit. „„ Remiſſio peccatorum (*inquit*) ſolutio eſt. Quid enim prodeſt Lazaro, quia proceſſit de monumento, niſi diceretur: *Solvite eum, & ſinite abire*? Ipſe quidem voce de ſepulcro ſuſcitavit ipſe clamando animam reddidit, ipſe terrenam molem ſepulto impoſitam vicit, & proceſſit ille vinctus; non ergo pedibus propriis, ſed virtute producentis. Fit hoc in corde pœnitentis; cum audis hominem pœnitere peccatorum ſuorum, jam revixit; cum audis hominem confitendo proferre conſcientiam, jam de ſepulcro eductus eſt, ſed nondum ſolutus eſt. Quando ſolvitur? A quibus ſolvitur? *Quæ ſolveritis*, inquit,

Homil. 26. in Evang.

Joan. 11.

Matth. 18.

quit, *in terra, erunt ſoluta & in cælo.* Merito per Eccleſiam dari ſolutio peccatorum poteſt, ſuſcitari autem ipſe mortuus nonniſi intus clamante Domino poteſt; hæc enim Deus interius agit „„.

Præterea, Sacramentum pœnitentiæ peccatorum medicina, ejuſque miniſtri Sacerdotes animarum medici frequentius a Patribus appellantur; mortuis vero medicina non datur, ſed viventibus. Unde pœnitentes ſemivivos potius, quam mortuos dicendos eſſe, S. *Cyprianus* aſſerit Epiſt. 52. „„ Opem noſtram (*inquit*) medelam noſtram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes jacere eos, quos perſecutione funeſta lauciatos videmus; qui ſi in totum mortui eſſent, nunquam de eiſdem poſtmodum & Confeſſores, & Martyres fierent „„. Idem aſſerit *S. Ambroſius*, lib. 1. *de Pœnitentia*, cap. 10. „„ Si mortuus eſt (*inquit*) cur ei dicitis agendam pœnitentiam qui jam curari non poteſt? Si ſemivivus eſt, infunde vinum, & oleum, &c „„.

Pœnitentes, ſemivivi potius, quam mortui dicendi.

Inſtabis: Minima charitas ſufficit ad delendum pec-

Deo non eſt, ſed ab homine, adeoque & hominem ipſum peccati labe adhuc inquinatum, & conſequenter æternæ pœnæ reatu obligatum, donec macula, & reatus, vel charitate perfecta, & Sacramenti in voto ſuſcepti efficacia, vel ipſius Sacramenti actuali ſuſceptione expungantur, & ſolvantur. Id perduellis exemplo explicari utcunque poteſt, quem etſi crimînis pœniteat, reus tamen manet, donec indulgentia Principis abſolvatur. Sic reus peccati manet pœnitens, qui perfecte contritus non eſt, nec Deum perfecte diligit, ſed diligere incipit; manet (inquam) reus peccati, & damnationis æternæ, donec a Deo per ejus miniſtros ſit abſolutus, quia id æterna, & immutabili Dei lege ſtatutum eſt, ut nulla iniquitas maneat impunita, niſi quam Sanguis Chriſti per Sacramenta defluens, & applicatus expiaverit.

Id confirmat præclarus *S. Auguſtini* locus lib. 6. *Contra Julianum*, cap. 9. „ „ Sicut (*inquit*) idolis immolatio, quæ jam, nec in actione eſt, quia præteriit; nec in voluntate, quia error, quo fiebat, abſorptus eſt, manet tamen reatus ejus, donec in Lavacro regenerationis peccatorum omnium remiſſione ſolvatur; ſic e contrario, quamvis reatus malæ concupiſcentiæ eodem Baptiſmate ſit ſolutus, manet tamen ipſa, donec ab eo, qui poſt ejecta dæmonia perficit ſanitates, medicina perficiente ſanetur... Sed quæſo te, cum & ipſe concedas peccati facti, atque tranſacti reatum manere, niſi ſacro Fonte abluatur, dic mihi, reatus iſte quis ſit, & ubi maneat in homine correcto, rectèque vivente, nondum tamen peccatorum remiſſione liberato „ „? Reſp. *Julianus*, Actu prætereunte, manere peccati reatum in ejus conſcientia, qui deliquit, donec remittatur. Quam reſponſionem *S. Auguſt.* ſic refellit: „ „ Quid ſi obliviſcatur ſe deliquiſſe, nec ejus conſcientia ſtimuletur? Ubi erit reatus ille, quem tranſeunte peccato manere concedis, donec remittatur? Non eſt certe in corpore, quia non eſt eorum accidentium, quæ accidunt corpori; non eſt in animo, quia ejus

memoriam delevit oblivio ; & tamen eſt. Ubi eſt igitur, cum jam bene vivat homo nihil tale committens, nec dici poſſit eorum peccatorum, ejus reatum manere, qui meminit ejus vero, qui oblitus eſt, non manere? Manet quippe omnino donec remittatur. Ubi ergo manet, niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, ut nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam Sanguis Mediatoris expiaverit? Cujus ſigno Crucis conſecratur unda Baptiſmatis, ut ea diluatur reatus tanquam in chirographo ſcriptus in notitia ſpiritualium poteſtatum, per quas pœna exigitur peccatorum „ „. Quod de Catechumeno *S. Auguſt.* dixit, idem de pœnitente dici poteſt. *Quæ enim baptiſmatis, eadem & pœnitentiæ ratio eſt*, ut ipſe aſſerit lib. *de Adulterinis Conjugiis*, cap. ultimo.

Sed (inquies) ſi pœnitens imperfecto illo Dei amore ſuccenſus moriatur, ſequitur, ipſum damnatum iri, poſito, quod amor inchoatus ad juſtificationem non ſufficiat extra Sacramentum. Quomodo

neficium Abſolutionis conſequi poſſit, & de homine, cui præſto eſt Sacerdos, cui peccata confiteri, & a quo abſolvi poſſit. Poſterior enim, quamvis Attritionem cum amore Dei ſuper omnia ſupponatur habuiſſe, ab illo tamen amore excidit, nec vere averſam a peccato, & ad Deum converſam habet voluntatem, quia contempti, vel neglecti Sacramenti reus eſt. Prior vero, ſi Sacramentum non contemnat, non negligat, ſed illud vehementer deſideret, ſi Contritione imperfecta, & peccandi voluntatem excludente, peccatum deteſtetur, Deumque tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipiat; nec tamen ſiſtere velit in illo converſionis & bonæ voluntatis exordio, in illis amoris naſcentis initiis, ſed pio deſiderio, ſinceroque cordis affectu Deum magis diligere exoptet, quantum neceſſe eſt, ut ei reconcilietur; antequam de vita migret, peccatorum remiſſionem conſequitur, Dei miſericordia complente, quod deeſt ei, qui, quod in ſe eſt, facit; divina ſcilicet bonitas naſcentem, & imperfectum amorem pœnitentis, in extremo illo diſcrimine ad illum perfectionis gradum provehit, qui ad juſtificationem neceſſarius eſt; quod fit & in Catechumenis Deum imperfecte diligentibus. Si enim Baptiſmum non recipiant, non juſtificantur, ſed portant iniquitatis ſuæ ſarcinam, ut ait *S. Auguſtinus*; quos tamen Baptiſmi voto juſtificari certum eſt, ſi mors intercipiat, antequam Baptiſmum ſuſcipere valeant; *complente Deo, quod non ex voluntate defuit*, ut loquitur idem S. Doctor lib. 4. *de Baptiſmo contra Donatiſtas*, cap. 24. Qui enim dimittit per hominem, poteſt dimittere & præter hominem, ut ipſe alibi ait. „ Sed tunc impletur „ inviſibiliter, cum miniſterium Baptiſmi non con„ temptus Religionis, ſed articulus neceſſitatis ex„ cludit „. Idem aſſerit, multiſque Patrum teſtimoniis probat *Theobaldus* Stampenſis in Galliis Abbas, in Ep. ad Lincolnienſem in Anglia Epiſcopum, edita Tom. 3. *Spicilegii*, quam ita concludit. „ „ Patet ergo, quod quicunque bonam voluntem habebit in terris,

neque copiam habens Sacerdotis, juſtificetur cum imperfecta Contritione ex amore Dei inchoato concepta.

Id Catechumenorum exemplo explicatur.

pacem indubitanter, & gloriam conſequetur in cœlis, Amen. Si quis vero hanc Epiſtolam improbare voluerit, & hos præfatos Doctores catholicos recipere noluerit, lapide percutiatur, percuſſus comminuatur, comminutus in pulverem redigatur „„. Idem docet *Innocent. III.* in Ep. Decretali, quam ea de Quæſtione interrogatus ſcripſit ad Epiſcopum Cremonenſem. „„ Inquiſitioni tuæ (*inquit*) taliter reſpondemus: Presbyterum, quem ſine unda Baptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſignificaſti, quia in ſanctæ Matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeveravit, ab originali peccato ſolutum, & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum aſſerimus incunctanter. Lege ſuper octavo libro Auguſtini de Civit. Dei, ubi inter cætera legitur: Baptiſmus inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus Religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Librum etiam B. Ambroſii de obitu Valentiniani, idem aſſerentis revolve. Sopitis igitur Quæſtionibus Doctorum, Patrum ſententias teneas „„. Refertur, Extra, *de Presbytero non bapti-*

[redacted]

fectus evadit, infuſo in animam habitu charitatis; a quo velut principio facile contritionis, & amoris perfecti actus oriuntur. Hinc *S. Bonaventura*, in 4. *Sententiarum*, diſt. 16. quæſt. 3. ad primum, & ſecundum ait: Tria eſſe in peccato, ſcilicet actionem malam, interiorem maculam, & ſequelam. „„ Actio mala (*inquit*) expellitur timore; macula, dolore; ſed ſequela, charitatis ardore. Unde timor ſervilis eſt in Juſtificatione (ut dicitur) præparatio ad juſtitiam; dolor, ut infuſio juſtitiæ; charitatis ardor, in conſummationem. *Et p.* 2. *diſt.* 17. *quæſt.* 4. Attritio (*inquit*) frequenter ob Confeſſionem ſuperadjunctam, & abſolutionem Sacerdotis, formatur per gratiam, ut fiat Contritio, ſive ut ad ipſam Contritio ſubſequatur, & multis ibi gratia conceditur. *Et ad quartum*: Ad illud, quod objicitur de Abſolutione, dicendum, quod nemo recipit effectum, niſi charitatem habeat ſaltem in principio Confeſſionis, vel in medio, vel in fine „„.

Idem confirmat *S. Carolus Borromæus* in Inſtructionibus de Sacramento pœnitentiæ. „„ Antequam (*inquit*) Confeſſarius pœnitentiam imponat, & Abſolutionem tribuat pœnitenti, videbit, an propter Deum veram peccatorum ſuorum Contritionem habeat; atque certum deliberatumque ei ſit impoſterum, quantum in ſe eſt, divina gratia adjuvante a peccatis abſtinere; & quæ antea commiſerit, pro iis ſatisfactionem perſolvere. Quod ſi ita animo affectum viderit, monebit, valdeque hortabitur, ut pro tanto beneficio maximas gratias Deo agat, ab eoque cœleſtis gratiæ præſidium petere nunquam deſinat; quo adjutus, pravis cupiditatibus facile reſiſtere poſſit. Si vero talem Contritionem illum non habere intellexerit, illius deſiderium accendere conabitur, hoc admonens, propter Deum ipſum uſque adeo, quantum poteſt, eum peccata dolere oportere, ut ſaltem adjutrice divina gratia, quam a Deo intime precetur, ex Sacramentique virtute, ex attrito contritus fiat „„. Contritio igitur imperfecta ex amore

Dei inchoato procedens, inchoatio quædam eſt novæ vitæ, novique hominis conceptioni ſimilis; verumtamen non ſolum concipi, ſed naſci opus eſt ad ſalutem. Fit autem nativitas illa, ſeu perfectio novæ vitæ vi Sacramenti, Contritionem imperfectam perficientis, & amorem inchoatum virtute Paſſionis Chriſti ad perfectionem charitatis promoventis. Contritionem igitur Sacramentum non ſupplet, quæ divina Lege, & Chriſti inſtitutione neceſſaria eſt; ſed complet, ac perficit gratia ſanctificante, & charitate in animo producta; pios conatus, & affectus hominis Deum, ceu omnis juſtitiæ fontem diligere incipientis, & magis, ac magis diligere cupientis adjuvat, roborat, ad maturitatem, & perfectionem peducit. Hoc ſenſu pœnitens virtute Sacramenti *Ex attrito fit contritus.*

ARTICULUS IV.

De Contritionis objecto.

I. Contritionis objectum ſunt peccata propria, &

pœnis temporalibus hujus vitæ loquamur; nec eas deteſtari, ſed amplecti debet pœnitens, ut a Deo ordinatas ad expiationem peccatorum ſuorum. Pœnarum vero alterius vitæ debitum, maximeque æternarum ſe incurriſſe merito dolet; ſed hæc non eſt proprie dicta contritio, niſi quatenus dolor eſt de peccatis, propter quæ pœnis illis obnoxius eſt. Unde & quod *S. Auguſt.* ait, Ser. 351. alias 50. inter Homilias quinquaginta: „ Nemo vitam æternam, „ incorruptibilem, immortalemque deſiderat, niſi „ eum vitæ hujus temporalis, corruptibilis, mor„ taliſque pœniteat „ „; ita intelligendum eſt, pœnitentiam agendam eſſe de hac vita mortali, & corruptibili, non ratione mortalitatis, & corruptibilitatis, ſed ratione peccatorum, quæ mortis, & corruptionis, ac miſeriarum hujus vitæ cauſæ ſunt.

Objectum itaque Contritionis actualis ſunt peccata, ſeu mortalia, ſeu venialia; ſed actualis Contritio ad mortalium veniam obtinendam neceſſaria eſt, ut ſcilicet ſingulis peccatis mortalibus diligenti examine in memoriam revocatis, ſingula peccator deteſtetur; ad venialium autem remiſſionem obtinendam ſufficit virtualis contritio (ut loquuntur Theologi) quæ quidem in eo poſita eſt, ut quis eo affectu, eoque charitatis fervore in Deum feratur, ut ſi ſingula peccata venialia ejus memoriæ actu occurrerent, illi diſplicerent, ac de illis ex animo doleret. Nec ad venialium duntaxat, ſed & mortalium, quæ poſt accuratum, & diligens conſcientiæ examen memoriæ non occurrunt, virtualis illa contritio ſufficit. Quæ *S. Thomæ* doctrina eſt 3. p. qu. 87. art. 1.

Contritionis actus in omnia, & ſingula peccata mortalia ferri debet.

Virtualis Contritio ad venialium remiſſionem ſufficit.

Quamvis autem neceſſe non ſit, ut tot Contritionis actus eliciantur, quot numero commiſſa ſunt peccata; neceſſe tamen eſt, ut ſingulis diſcuſſis, collectis, & in memoriam ſingulatim revocatis, unus contritionis actus in omnia, & ſingula feratur, & ad omnia, & ſingula terminetur. Unde Conc. Tridentinum ſeſſ. 14. can. 5. „ „ Contritionem parari

ARTICULUS V.

De Contritionis Vehementia.

PROPOSITIO PRIMA.

Summus, & maximus dolor de peccatis Contritio eſſe debet, ita ut nullus major excogitari poſſit.

ar. 17. de
œnit. 35.

Duplici ratione hanc Propoſitionem probat Concilii Trid. Catechiſmus; prima hæc eſt: Cum perfecta Contritio ſit charitatis actio, a timore, qui filiorum eſt, profecta, idem ſtatuendus eſt charitatis, & contritionis modus. Charitas porro, qua Deum diligimus, perfectiſſimus eſt amor; Contritio itaque ſummus, & maximus animi dolor eſſe debet. Ut enim maxime diligendus eſt Deus; ita quæ nos a Deo alienant, maxime deteſtari debemus. Hinc eodem loquendi genere charitatis, & contritionis magnitudo in ſacris Litteris ſignificatur. De charitate dictum eſt: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* De Contritione clamat Dominus per Prophetam:

Deut 6.
Matth. 22.
oel. 2.

tiarum, diſt. 17. quæſt. 2. art. 3. quæſt. 2. & Propoſitionem noſtram his rationibus probat.

Omnis dolor in amore fundatur; ſed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, eſt maximus; dolor itaque contritionis eſt maximus.

Secundo, dolor eſt de malo, ac proinde gravius malum doloris majoris objectum eſt; at culpa gravius eſt malum pœna; dolor itaque de culpa conceptus, qui eſt contritio, omnem alium dolorem excedit.

Tertio, quantum aliquid placet, tantum contrarium ejus diſplicet; finis autem ſuper omnia placet; cum omnia propter ipſum deſiderentur; & ideo peccatum, quod a fine ultimo avertit, ſuper omnia diſplicere debet.

PROPOSITIO II.

Contritionem non ſolum maximam eſſe neceſſe eſt, ſed vehementiſſimam eſſe decet, ita ut ignaviam omnem, & ſocordiam excludat.

Diſertis Scripturæ ſacræ teſtimoniis Propoſitio probatur. Deut. enim 4. ſcriptum eſt: *Cum quæſieris Dominum Deum tuum, invenies eum; ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Et Jer. 29. *Quæretis me, & invenietis, cum quæſieritis me in toto corde veſtro, & inveniar a vobis, ait Dominus.*

Idem confirmat *S. Cæſarius Arelatenſis* Hom. 1. „„ Homo ipſe (*inquit*) ſe decipit, ſi cum in medullis ſibi fervere ſentiat morbum, per ſuperficiem corporis molle deducat unguentum. Hæc itaque principalia mala ingenti rugitu, & gemitu, & fonte indigent lacrymarum; atque per lacrymas clamandum eſt cum Propheta: *Rugiebam a gemitu cordis mei...* Pſal. 37. 9. Oportet itaque ſicut ſuper mortuum conclamatum, ita magnos ſuper extinctam animam dare planctus. Et quomodo ſolet mater orbata ſuper amiſſione unici filii ſui fracto pectore lamentari; ita convenit ſu-

[illegible]

PROPOSITIO III.

[illegible]

Saepe enim [illegible] [illegible] Quare nonnulli [illegible] Verumtamen [illegible] Concilii [illegible]

crymis non parvo tempore perſeverant. Rogo vos, Fratres, exhibeamus animæ noſtræ, quod illi exhibent alienæ carni. Carnem, quam non poſſumus ſuſcitare, plangimus; & animam noſtram mortuam non plangimus, quam poſſumus per pœnitentiam ad ſtatum priſtinum revocare „„?

Vita animæ noſtræ Deus.

Præclare *S. Auguſt.*, Sermone 65. alias 13. inter editos a Theologis Pariſienſibus, c. 4. ait: „„ Vita corporis anima eſt; vita animæ Deus eſt. Sicut adeſt vita corporis, id eſt, anima, ne moriatur corpus; ſic debet adeſſe vita animæ, hoc eſt Deus, ne moriatur anima. Corpus quomodo moritur? Anima deſerente. Anima, inquam, deſerente moritur corpus, & jacet cadaver paulo ante appetibile, modo aſpernabile. Inſunt membra, oculi, aures; ſed hæ feneſtræ ſunt domus, habitator abſceſſit. Qui plangit mortuum, ad feneſtras habitaculi fruſtra clamat; non eſt intus, qui audiat. Quanta dicit plangentis affectus, quanta enumerat, quanta commemorat; & per quantam, ut ita dixerim, doloris inſaniam, quaſi cum ſentiente loquitur, cum loquatur cum abſente? Enumerat mores, enumerat indicia benevolentiæ circa ſe. Mortuum eſt corpus. Quare? Quia diſceſſit vita ejus, hoc eſt, anima. Vivit corpus, & impius eſt, infidelis eſt, ad credendum durus, ad corrigendos mores ferreus; vivente corpore mortua eſt anima, per quam corpus vivit. Interrogo corpus, an vivat? Reſpondet mihi: Vides ambulantem, vides operantem, audis loquentem, cernis appetentem, & fugientem, & non intelligis corpus vivere?. Et interrogo ipſam animam, an vivat? Habet & ipſa opera ſua, per quæ oſtendat vitam ſuam. Ambulant pedes, intelligo corpus vivere. Sed quo ambulant? Ad adulterium, inquit. Ergo mortua eſt anima. Sic enim veraciſſima Scriptura dixit: *Mortua eſt vidua, quæ in deliciis vivit.* Cum multum interſit inter delicias, & adulterium, quomodo poteſt anima, quæ in deliciis mortua dicitur, in adulterio vivere? Mortua eſt. . . Sic etiam cum

1. Tim. 5.

au-

[illegible] corpus vivit; quæ[illegible] [illegible] anima vivat? Menda[illegible] [illegible] loquitur, ergo mor[illegible] [illegible] interrogemus, quæ ait: [illegible] Plangis mor[illegible] [illegible] plange impium, [illegible] *mortuus*, *fe*[illegible] [illegible] *dies vitæ illo*[illegible] [illegible] miserationis [illegible] a quo recessit ani[illegible] [illegible] Deus [illegible]?

[illegible] Episcopus [illegible] In [illegible] & sic deinde [illegible] quodammodo pre[illegible] [illegible] sed me[illegible]

PROPOSITIO IV.

[illegible] esse nimia,

PROPOSITIO V.

Gravioribus peccatis major Contritio reſpondere debet.

Major enim ratio doloris eſt in uno, quam in alio peccato, ſcilicet offenſa Dei; ex actu ſiquidem magis inordinato Deus gravius offenditur. Præterea idem ordo eſſe debet in dolore, qui in amore, cum ex ipſo ortum habeat; ſed majus bonum ſecundum ordinatam dilectionem magis amandum eſt; pari ergo ratione gravius malum eſt magis deteſtandum. Nec ſolum intelligenda eſt Propoſitio de dolore quatenus affectus eſt animi peccatum deteſtantis, ſed etiam quatenus ſenſum afficit, & libere ſuſcipitur quaſi pœna peccati. Majori etenim culpæ major pœna debetur. Ita docet *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. quæſt. 3. Quod a Patribus didicerat, ſancto ſcilicet *Cypriano* in Tr. *de Lapſis*, dicente: „„ Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens, & longa medicina non deſit. Pœnitentia crimine minor non ſit. „„. Et *S. Ambroſio* lib. 1. *de Pœnitentia*, cap. 2. ſcribente: „„ Qui culpam exaggeravit, exaggeret etiam pœnitentiam. Majora enim crimina majoribus abluuntur fletibus. Ita nec Novatianus probatur, qui veniam intercluſis omnibus, nec vos ejus diſcipuli imitatores ejuſdem, & condemnatores, qui ibi minuitis ſtudia pœnitentiæ, ubi augeri oportet; quia graviora peccata majoribus ſuſtentanda fulcris docuit Chriſti miſericordia „„. *S.* denique *Hieronymo*, Ep. 27. ad *Euſtochiam* data: „„ In Paula (*inquit*) crederes fontes lacrymarum; ita levia peccata plangebat, ut illam graviſſimorum criminum crederes ream „„.

menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire; apud quem nullas patitur veniæ moras vera con-
. 30. verſio, dicente Spiritu Dei per Prophetam: *Cum*
a. 43. 26 *converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* Et alibi: *Die*
ecundum *tu iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Et iterum:
. *Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum*
Pſal. 129. 7. *redemptio.* In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe lacrymas, gemituſque negligere, cum ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam „„

Confirmat ex Canone, *Talis*, Diſt. 3. *de Pœnitentia*, qui ex *S. Joan. Chryſ. in Epiſtola ad Theodorum Lapſum* ſumptus eſt. „„ Talis, (*inquit*) mihi crede, talis eſt erga homines pietas Dei; nunquam enim ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſincere, & ſimpliciter offeratur. Etiamſi ad ſummum quis perveniat malorum; & inde tamen velit reverti ad virtutis viam, ſuſcipit, & libenter amplectitur; facit omnia quatenus ad priorem revocet ſtatum; & quod eſt adhuc præſtantius, & eminentius, etiamſi non potuerit quis explere omnem ſatisfaciendi ordinem, quæ[illegible]

ARTICULUS VII.

REGULÆ MORUM

Contritionem ſpectantes explicantur.

REGULA I.

Qui ſolo pœnæ timore concuſſus de peccatis dolet; ab iiſque abſtinere proponit, ita ut Deum tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere non incipiat, ſacramentali Abſolutione donari non debet.

Incertum enim vero eſſe fatentur ipſi ſervilis Attritionis defenſores, an ſervilis attritio cum Sacramento ſufficiat ad juſtificationem peccatoris. Unde ſſerunt, eum, qui in mortis periculo conſtitutus ſt, abſolvi non poſſe, ſi ſolam illam Attritionem ɔſum habere perſpectum ſit, nec facere, quod in e eſt, ut vere conteratur; quia damnationis æterıæ periculo ſe exponit, qui ita affectus eſt. „„ Nam ıbi eſt morale dubium, eſt morale periculum, ıræſertim in re tam gravi; hic autem eſt morale lubium, cum illa opinio nec valde antiqua, nec nultum communis ſit „„; (ut loquitur *Suarezius* ı. P. Q. 90. Diſp. 15. A. 4. Num. 17.) Idem aſſeunt *Sanchez* lib. 2. c. 9. Num. 34. *Becanus*, Tr. 1. :. 4. Q. 9. *de Bonitate, & malitia humanorum actuum*, ıd tertium. *Comitolus*, lib. 1. *Quæſt. Moral.* Q. 32. Num. 8. inſignes, & eruditi Societatis Jeſu Theologi, & *P. Gamachæus*, Doctor, & Profeſſor Sorboıicus in Tract. *de Pœnitentia*, c. 8. Porro ſi in morıis diſcrimine hæc ſententia non eſt omnino tuta, & periculo violandi Sacramentum ſe exponit, qui llam ſequitur: nec ſequenda eſt toto vitæ curriculo, :um periculum ſit non minus ſacrilegii committenıi, ſi hæc opinio falſa ſit, quæ ſervilem attritionem ſufficere cenſet, ut forſan falſa eſt, eruditis illis Theologis fatentibus. Et certe cum Chriſtianus quiſque eo animo, eaque pietate diſponere ſe debeat ad Sacramentum ſuſcipiendum, cum ſanus eſt, qua ad

illud ſe diſponit morti proximus; & parem gerere ſalutis ſuæ curam teneatur; ſiquidem mors eſt ſemper in januis; conſequens eſt, non magis licere ſanis quam moribundis, ſequi opinionem, quæ non eſt omnino certa, nec tuta, qualis illa eſt, quæ attritionem omni Dei amore deſtitutam ſufficere ad juſtificationem cum Sacramento aſſerit. „„ Graviter *enim* peccaret *homo* in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus, vel eo ſolo, quod certis incerta præponeret „„, (inquit *S. Auguſt.* lib. 1. *de Baptiſmo*, cap. 3.)

REGULA II.

Qui nihil timet magis quam a Deo ſeparari, ejuſque Viſione beatifica privari, ſufficienter contritus cenſendus eſt, ut Sacramentali abſolutione donetur.

caſtus Hic enim Deum tanquam omnis juſtitiæ fontem, gratis amore caſto diligit, ut docet *S. Auguſt.* Serm. 173 alias 19. *de Verbis Apoſtoli*, cap 10. „„ Aliud eſt (*inquit*) timere pœnam; aliud eſt ama-

[redacted]

gratis amaſti „„ Quicunque ergo Deum, ut bonum ſuum, ac æternam ſuam beatitudinem diligit, illum amicitiæ, non concupiſcentiæ deſiderio expetit. Non enim illum ad commodum ſuum deprimit, verum diligit, ut ſe illi omnino ſubdat, illi obtemperet, in illoque tanquam in fine ſuo ultimo requieſcat. Caſtus quidem non eſt amor, quo Deus ut origo, & auctor bonorum externorum, fonſque terrenæ felicitatis tantum diligitur. Qui Deum hoc modo diligunt, illum non tam propter ipſum, quam propter iſta, quæ ab ipſo accipiunt, vel ſperant, bona diligunt Hinc *S. Auguſt.* Enar. in Pſalm. 43. ait: „ Exigitur a te, ut tu eum gratis colas, non quia „ dat temporalia; ſed quia præſtat æterna„. Sed caſtus eſt amor, quo quis Deum diligit tanquam ſuum, & omnis creaturæ rationalis beatificum bonum.

Qui Deum diligit, ut finem ſuæ beatitudinis, non eſt mercenarius. Pſalm. 126.

Id confirmat *S. Bernardus*, Serm. 8. de Diverſis: „„ Nunquid (*inquit*) mercenarium eum quis æſtimet, qui paternæ inhiat hæreditati, eamque toto affectu expetit, & expectat, quam nimirum filii mercedem eſſe, non mercenarii, Propheta teſtatur. *Cum dederit*, inquit, *dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filii merces fructus ventris.* Invenitur tamen alter gradus ſublimior, & affectus dignior iſto, cum penitus caſtificato corde nihil aliud deſiderat anima, nihil aliud a Deo quærit, quam ipſum Deum. Crebro ſiquidem didicit experimento, quoniam bonus Dominus ſperantibus in ſe, animæ quærenti ipſum, ita ut jam ex affectu cordis, atque ex ſententia clamet illud in Pſalmo: *Quid enim mihi in cœlo, & a te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Neque enim ſuum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quidquam tanquam privato ſui ipſius amore deſiderat anima, quæ ejuſmodi eſt; ſed tota pergit in Deum, unicumque ei, ac perfectum deſiderium eſt, ut introducat eam Rex in cubiculum ſuum, ut ipſi adhæreat, ipſo fruatur „„. Pſalm. 72.

Purus amor Dei non excludit, ipſius deſiderium quatenus beatitudo noſtra eſt.

Id confirmat *Hugo a S. Victore*, lib. 2. *de Sacramentis*, cap. 8. „„ Sed forte (*inquit*) mercenarius eris, ſi diligis Deum, & ſervis ei, ut præmium ab illo accipias. Dicunt hoc ſtulti quidem, & tam ſtulti, ut ſe ipſos non intelligant: Diligimus Deum, & ſervimus illi; ſed non quærimus præmium, ut mercenarii ſimus; etiam ipſum non quærimus. Dabit ſi voluerit, ſed nos non quærimus. In tantum enim excutimus manus ab omni munere, ut etiam ipſum non quæramus, quem diligimus. Pura enim & gratuita, & filiali dilectione diligimus, nihil quærimus. Ipſe cogitet, ſi quid dare voluerit, nos nihil requirimus. Diligimus ipſum, ſed non quærimus, aliquid, etiam ipſum non quærimus quem diligimus. Audite, homines ſapientes. Diligimus, inquiunt, ipſum; ſed non quærimus ipſum. Hoc eſt dicere: Diligimus ipſum; ſed non curamus de ipſo. Ego homo ſic diligi nollem a vobis. Si me ſic diligeretis, ut de me non curaretis, ego de veſtra dilectione non curarem. Vos videritis, ſi dignum eſt, ut Deo

REGULA III.

Qui dolet, quod Deum, ut par eſt, non diligat, ipſumque magis diligere deſiderat, Deum ut omnis juſtitiæ fontem diligere incipit; ac proinde ſufficienter contritus cenſendus eſt ad abſolutionem Sacramentalem recipiendam.

Deſiderium enim amoris, initium amoris eſt. Siquidem, ut ait *Guilielmus Pariſienſis*, lib. *de Sacramento pœnitentiæ*, cap. 6. „ „ Qui quærit amare Deum, utique jam amat Deum, licet nondum ex amore, quem quærit. Cum enim quærat amare Deum, utique deſiderat amare Deum; qui autem deſiderat, amat; amat ergo amare Deum, & non amat illud niſi propter Deum „ „. Hinc a *S. Auguſt.* Epiſt. 127. alias 45. ſcriptum eſt: „ „ Juſta vita, cum volumus, adeſt, quia eam ipſam plene velle, juſtitia eſt; nec plus aliquid perficienda juſtitia, quam perfectam voluntatem requirit. Vide ſi labor eſt, ubi velle ſatis eſt. . . Sed hæc voluntas ut plena ſit, oportet, ut ſana ſit. Erit autem ſana, ſi medicum non refugiat, cujus ſolius gratia ſanari poteſt a morbo deſideriorum noxiorum „ „. Igitur & qui Deum vera, & ſincera voluntate vult amare, ipſum amare incipit. Quicunque enim actus ita a voluntate dependent, ut ad eos producendos externis membris, aut inſtrumentis minime indigeat, illi hoc ipſo producuntur, quo eos ipſa vere, & ſincere, fortiter, & integre vult eſſe productos, poteſt quis vere, & ſincere velle ambulare, ſcribere, ædificare, qui tamen nec ambulet, nec ſcribat, nec ædificet, quod vires corporis, inſtrumenta, & facultates voluntatem deficiant. Verum nemo ſincere vult amare, qui revera amare non incipiat. Hunc enim actum, ſi voluntas omnino, & ſincere velit, ſtatim adeſſe neceſſe eſt, cum eum producere nihil aliud ſit, quam illum velle. Qui autem firmum propoſitum habet non peccandi de cætero, quod neceſſarium eſt ad fructum Abſolutionis conſequendum, is certe Deum

Qui deſiderat amare Deum, amat.

ſuis in oratione gemunt, nec tamen ab iniqua operatione diſcedunt. Fatentur ſe male feciſſe, nec ullum finem volunt malefactis ſuis imponere. Accuſant humiliter in conſpectu Dei peccata, quibus tenentur oppreſſi, & eadem peccata, quæ humilitate ſermonis accuſant, corde perverſo contumaciter cumulant. Indulgentiam, quam lacrymoſis gemitibus poſcunt, ipſi ſibi pravis operibus adimunt. Medelam poſtulant a medico, & in perniciem ſuam ſubrogant adjutorium morbo. Inaniter verbis quærunt placare Judicem, quem factis iniquis magis irritant ad futurum. Tales nunquam diluunt gemendo peccatum, quia non deſinunt peccare poſt gemitum. *Rectiſſime igitur* dicit Deus homini: *Si converſus fueris, & ingemueris, ſalvus eris.* Apud Deum quippe ſeverum, & bonum, tunc oratio gementis auditur, tunc poſcentis fletus attenditur, tunc flenti conceditur ſalus, ſi fuerit ad Deum contriti cordis humilitate converſus „„. Non eſt autem vera converſio, niſi hominis animus, qui finem ſuum ultimum in creatura peccando

REGULA V.

Quamvis Confeſſarius explorare debeat animum pœnitentis, an ſit vere contritus; ipſum tamen interrogare non debet, an hæc, & illa ſupplicia, v. gr. rotas, ignes, pellis detractionem, &c. uxoris, filiorum, bonorum omnium amiſſionem, pœnas ipſas inferni, ſecluſa Dei offenſa, pati mallet, quam vel unum peccatum mortale perpetrare.

Nititur hæc Regula *S. Thomæ* auctoritate, Q. 3. Supplementi, Art. 1. ad quartum. „ „ Sciendum eſt (*inquit*) quod quamvis talis debeat eſſe contriti diſpoſitio, non tamen de eis tentandus eſt, quia affectus ſuos homo non de facili menſurare poteſt; & quandoque illud, quod minus diſplicet, videtur magis diſplicere; quia eſt propinquius nocumento ſenſibili, quod magis eſt nobis notum „ „.

REGULA VI.

Vera Contritio renovatio pacti cum Deo in Baptiſmate initi eſſe debet.

Hinc *S. Joannes Climacus*, Gradu 5. ait: „ „ Pœnitentia eſt revocatio Baptiſmatis; pœnitentia eſt pactum cum Deo initum de vita priore emendanda & meliore inſtituenda „ „. Hinc *Gregorius VII.* Pontifex Maximus, lib. 7. Epiſt. 10. ad Britanniæ Epiſcopos, & Sacerdotes ſcribit: „ „ Quiſquis digne vult pœnitere, neceſſe eſt, ut ad fidei recurrat originem, & quod in Baptiſmo promiſit, diabolo ſcilicet, pompiſque illius abrenunciare, & in Deum credere, videlicet recta de eo ſentiendo, mandatis ipſius obedire, ſolicitus ſit vigilanter cuſtodire „ „. Hinc pœnitentes non prius olim abſolvebantur, quam elata in altum manu promiſiſſent ſe deinceps non peccaturos, ſed acturos vitam Chriſtianis dignam, teſte *S. Eligio*, Hom. 7. de Pœnitentia. „ „ Si (*inquit*) quantum humanæ fragilitati ſcire permittitur, digne pœnituiſtis, & deinceps ne talia facere

velitis, tota mentis contentione promittitis, dexteras manus veſtras in ſublime extendite, & ad hanc cœleſtem converſationem, & vitam Deo dignam gerere oſtendatis „ „.

REGULA VII.

Quamvis formulæ quædam precum, quæ inſcribuntur, *Actus Contritionis*, piæ ſint, & pœnitentibus utiles, non tamen cenſendi ſunt Contritionis actum edidiſſe, quicunque preces hujuſmodi recitarunt.

Utiles quidem ſunt ad gratiam Contritionis a Deo poſtulandam, quam ex nobis ipſis habere, propriiſque viribus conſequi non poſſumus; ſed actus contritionis non ſunt. Contritio namque, & amor Dei ſunt actus, & motus voluntatis, non cogitationes mentis. Illæ porro precum formulæ ſive ore proferantur, ſive interius abſque ſono verborum concipiantur, non ſunt actus voluntatis, non propenſiones cordis in Deum, ſed actuum ſignificationes,

Alterum veræ contritionis ſignum eſt frequens de Deo cogitatio. Si enim Deus ſuper omnia diligitur, ſuper omnia de illo cogitatur. „ „ Vis ſcire (*inquit S. Bonavent.*) ſi Deum perfecte diligas, vel aliud plus Deo amas? attende, ſi de Deo plus, quam de aliis rebus cogitas, quia de illo plus cogitas, quod plus amas, *Ubi enim theſaurus tuus, ibi cor tuum eſt.* Veritas hoc docet, quæ mentiri non poteſt; ergo ſi plus cogitas de mundo, plus de lucro, plus de carnali amico, vel ſocio, quam de Chriſto, amas iſta plus quam Chriſtum „ „. Hanc ob cauſam Dominus ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Nam (ſicut S. Bernardus dicit.) „ „ Diligere Deum ex toto corde, eſt diligere toto intellectu ſine errore; diligere Deum tota anima, eſt diligere tota voluntate ſine contradictione; diligere vero tota mente, eſt diligere tota memoria ſine oblivione „ „.

2. Frequens de Deo cogitatio. Concione 2. de B. Maria Magdalena. Matth. 6. Matth. 22.

Tertium veræ contritionis ſignum eſt ſtudium ardens quærendi Deum, cum illum noſtris peccatis amiſimus. Ut enim ait *S. Gregorius*, Hom. 25. in Evangelia: „ Vis amoris intentionem multiplicat in„ quiſitionis „. Sic Sponſa præ amore, & abſentia ſponſi languens, illum ardentiſſima ſolicitudine quærit.

3. Studium ardens quærendi Deum. Cant. 3.

Quartum veræ contritionis ſignum, eſt ſtudium bonorum operum, & deſiderium, quo anima fertur ad omnia, quæ Deo ſunt placita. „ „ Da mihi vacantem amorem, & nihil operantem (*inquit S. Auguſt.*) Dilectio vacare non poteſt, niſi & mali nihil operetur, & quidquid poteſt boni, operetur. Quid enim facit dilectio? *Declina a malo, & fac bonum* „ „.

4. Studium bonorum operum. Pſalm. 33.

Quintum veræ contritionis ſignum eſt vindicta peccati. Cum enim ordo juſtitiæ poſtulet, ut peccatum impunitum non maneat; puniatur neceſſe eſt aut ab homine pœnitente, aut a Deo vindicante.

5. Vindicta peccati.

Sextum veræ contritionis ſignum eſt conſtantia, & perſeverantia in fuga peccati, & obſervatione divinorum mandatorum. *Si quis diligit me* (inquit Chri-

6. Perſeverantia in bono. Jo. 14. 23.

Christus) *sermonem meum servabit.* Hæc omnia sinceræ conversionis, & veræ Contritionis indicia complectitur Apostolus 2. ad Cor. 7. scribens: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam.* Tristitia (inquit *S. Thomas* in hujus loci Commentario) ex amore oritur. Tristatur enim quis quia caret eo, quod amat. Qualis autem est amor, talis est tristitia ex amore orta. Est autem duplex amor; unus, quo diligitur Deus, ex quo nascitur tristitia secundum Deum; alius, quo amatur sæculum, ex quo nascitur tristitia sæculi. „ „ Amor quo diligimus Deum, facit nos libenter servire Deo, solicite quærere honorem Dei, & vacare Deo dulciter. Et quia peccando impedimur a servitio Dei, & ideo ei non vacamus, nec ejus honorem quærimus, ideo amor Dei causat tristitiam de peccato; & hæc est tristitia secundum Deum „ „. Hæc autem tristitia operatur *Pœnitentiam stabilem*, & constantem, non fugacem, desultoriam, vacillantem. Secundo, *Solicitudinem* operatur ad vitanda mala, & facienda bona. Tertio, *Defensionem* parat contra illos, qui nos ad malum inducunt, facitque, ut eis resistamus fortes in fide, illisque armaturam Dei opponamus. Quarto, *Indignationem* operatur. Pœnitens enim sibi ipsi irascitur, quod ob vilia, & peritura Deum dereliquerit. Quinto, *Timorem*, quo metuit, ne Deum offendat, illique displiceat. Sexto, *Desiderium*, quo anima fertur ad omnia, quæ Deus jubet, secundum illud Regis pœnitentis; *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.* Septimo, *Æmulationem*, qua æmulatur carismata meliora, & eos, qui in via mandatorum Dei incedunt, imitari studet. Octavo *Vindictam*, qua pœnitens a se ipso pœnas exigit, Deique justitiæ satisfacere pro virili conatur.

Tristitiæ salutaris effectus.

Ps. 119. 20.

RE-

REGULA VIII.

Ad Contritionis actum eliciendum tenetur homo in periculo mortis, & quotieſcunque Sacramentum aliquod ſuſcipiendum, vel adminiſtrandum eſt; quoties tandem ſe a Deo averſum eſſe per peccatum mortale cognoſcit, de quo alias contritus non fuit.

Hanc Regulam tradit *S. Thomas*, quæſt. 3. Supplementi, art. 5. his verbis: „„ Cum propoſitum confitendi ſit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propoſitum, quando ad Contritionem tenetur, ſcilicet quando peccata memoriæ occurrunt, præcipue, cum in periculo mortis exiſtit, aut in aliquo articulo, in quo ſine peccati remiſſione oporteat eum peccatum incurrere. Sicut cum tenetur Sacerdos ad celebrandum, ſi non deſit copia Sacerdotis, confiteri tenetur; aut ſi deſit, ſaltem conteri tenetur, & habere propoſitum confitendi, copia Sacerdotis oblata „„.

Nec obſtat, quod præceptum de contritione ſit affirmativum, quod etſi obliget ſemper, non tamen pro ſemper. Nec enim dicimus pro ſemper teneri hominem ad excitandam contritionem, *ſed pro loco, & tempore, videlicet cum recogitat mala ſua, in quibus offendit Deum*; (inquit *S. Bonavent.* in 4. *Sententiarum*, diſt. 16. quæſt. 2. primæ Partis.)

Idem confirmat *S. Antoninus* 3. P. Tit. 14. cap. 18. „„ Quantum (*inquit*) ad peccata mortalia, de quibus nondum quis habuit contritionem, videtur, quod ſemper teneatur, quando peccatum menti occurrit, ad actu odiendum, & deteſtandum peccatum. Alias peccat mortaliter peccato omiſſionis, quouſque conteratur. Dicit enim D. Thomas, quod poſt mortale peccatum non tenetur quis ad ſtatim confitendum; tenetur tamen ad ſtatim conterendum; nec enim per momentum licet ſtare in peccato. Unde Eccli. 21. dicitur: *Quaſi a facie colubri fuge peccatum*, Imminet enim tali maximum periculum; cum

enim

enim nulla neceſſitas excuſet a Contritione, ſi moriatur ante Contritionem, etamſi non potuit confiteri, quia ſubito moritur, nihilominus damnatur „ „.

Et certe graviter peccare hominem, qui ſe a Deo averſum animadvertens, pœnitentiam differt, confirmat ſacrum oraculum Eccl. 5. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Quæ verba conſilium duntaxat, non præceptum exprimere, per abſurde diceretur. Præterea, lex naturæ docet nos, reconciliationem cum eo, quem offendimus, non eſſe differendam, ubi datur opportunitas; quo pertinet illud Domini mandatum, Matth. 5. *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Et filium nemo novi criminis reum non cenſeret, qui monitus, ut patrem offenſum placare conetur, cum facile id poſſit, nihilominus in ejus inimicitia adhuc permanere

CAPUT V.

De Confessione sacramentali.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Confessio.

Confessionis definitio.

Confessio definitur in Catechismo Concilii Trid. *Peccatorum accusatio, ad Sacramenti genus pertinens, eo susceptа, ut veniam virtute clavium impetremus.*

Accusatio dicitur, quia peccata ita commemoranda non sunt, quasi scelera nostra ostentemus, ut ii faciunt, qui lætantur, cum male fecerint; aut omnino enarranda, quasi rem aliquam gestam otiosis auditoribus delectandi causa exponamus. Verum accusatorio animo ita enumeranda sunt, ut ea etiam in nobis vindicare cupiamus. Hinc *Tertullianus*, lib. *de Pœnitentia*, cap. 9. „ „ Exomologesis (*inquit*) qua delictum Domino nostro confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus Satisfactio Confessione disponitur, Confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Exomologesis prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ ilicem, de ipso quoque habitu, atque victu mandat, sacco, & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, tristi tractatione mutare. Plerumque vero jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies, noctesque ad Dominum Deum suum, Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere. Hæc omnia Exomologesis, ut pœnitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat „ „.

Dicitur *ad Sacramenti genus pertinens*; Christus enim,

enim, qui bene omnia, & unius salutis nostræ causa fecit, hoc Sacramentum instituit singulari bonitate, & misericordia, cum Apostolis post Resurrectionem
Joan. 20. unum in locum congregatis insufflavit, dicens: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Dicitur *venia impetranda causa*, quia hoc judicium longe dissimile est forensibus capitalium rerum quæstionibus, in quibus confessioni pœna, & supplicium, non culpæ liberatio, & erati venia constituta est.

In eamdem fere sententiam Confessionem definierunt SS. Patres, & veteres Theologi. Ita quippe definitur ex S. Augustino: *Confessio est, per quam morbus latens spe venia aperitur.* Quæ definitio colligitur ex ejus Enarr. in Ps. 65. ad illa verba: *Confiteantur tibi populi Deus*, quæ ita commentatur: „ Tuam iniquitatem confitere, gratiam Dei confitere; te accusa, illum glorifica; te reprehende, illum laude; ut & ipse veniens inveniat te punitorem tuum, & exhibeat tibi Salvatorem tuum. Confiteri times Deo,

nem, ut liberet humilem; ad hoc damnat non confitentem, ut puniat ſuperbum. Ergo triſtis eſto, antequam confitearis; confeſſus exulta, jam ſanaberis Conſcientia tua ſaniem collegerat, apoſtema tumuerat, cruciabat te, requieſcere non ſinebat; adhibet medicus fomenta verborum, & aliquando ſecat, adhibet medicinale ferrum in correptione tribulationis; tu cognoſce medici manum; confitere, exeat in Confeſſione, & defluat omnis ſanies; jam exulta, jam lætare; quod reliquum eſt, facile ſanabitur... Advocatum miſit tibi (*Deus*:) propter illum, & per illum confitere; age cauſam tuam, & defenſor eſt pœnitentis, & petitor veniæ confitentis & iudex innocentis „„.

Quid eſt Confeſſio ſacramentalis?

Sic vero definitur a S Gregorio: „ Confeſſio eſt „ peccatorum detectio, & ruptio vulneris „. Quæ definitio colligitur ex Homilia illius 40. in Evangelia. „ Quid eſt (*inquit*) peccatorum Confeſſio, niſi quædam „ vulnerum ruptio? Quia peccati virus ſalubriter aperitur in Confeſſione, quod peſtifere latebat in mente „.

Sic definitur a *S. Raymundo*, lib. 3 Tit. *De pœnitentiis, & remiſſionibus*, §. 13. „ Confeſſio eſt coram „ Sacerdote legitima peccatorum declaratio „.

Sic denique definitur a beato *Alberto magno*, in 4. Sentent. diſt. 16. art 16. & ab antiquioribus Theologis: „ Confeſſio eſt ſacramentalis delinquentis accuſatio, ex erubeſcentia, & per claves Eccleſiæ ſatisfactoria, obligans ad peragendam pœnitentiam injunctam „.

ARTICULUS II.

De Confeſſionis Utilitate.

Confeſſionis utilitas.

Confeſſio medium efficaciſſimum eſt ad iram Dei placandam, ad ſatisfaciendum illius juſtitiæ pro peccatis noſtris; ad mores denique in melius emendandos.

Confeſſio Deum placat.

I. Quam utilis ſit ad iram Dei placandam ſincera peccatorum Confeſſio, ſacræ Litteræ teſtantur. Adamum, ſtatim atque peccavit, Deus ad peccati Confeſſionem benigna vocatione hortatus eſt, ut a peccato liberaret. Gen. 3. *Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es?* Quæ verba expendens *S. Joan. Chryſoſt.* Homil. 17. in Geneſim, ait. „„ Vel ex ipſa interrogatione hac dignum eſt, ut obſtupeſcamus ad eminentem Dei clementiam, non ſolum quod vocavit, ſed quod per ſe ipſum vocavit „„. Non ita judices terreni, qui reos ad tribunal ſuum per lictores vocant. Verum Deus non ſic agit: „„ Ipſe per ſeſe vocat. *Et vocavit Dominus Adam, & dixit illi: Adam ubi es?* Vide in brevi hac actione quanta vis recondita ſit. Nam & ipſum vocare, magnæ, & ineffabilis eſt clementiæ; tum ob benignam interrogationem, quæ erubeſcentem, & neque os aperire, neque linguam movere audentem animabat; tum quod ipſum dicere: *Ubi es*, plurimam una cum benignitate vim habet. *Adamum, & Evam non ignorans in-*

lierem fecit; & Eva culpam ad Dominum referens, qui ſerpentem in Paradiſo poſuiſſet. Sic ergo reatum ſuum dum defendere moliuntur, addiderunt, ut culpa eorum atrocior diſcuſſa fieret, quam fuerat perpetrata. Unde nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt; ut cum de vitio ſuo quiſque arguitur, ſub defenſionum verba, quaſi ſub quædam ſe arborum folia abſcondat, & velut ad quædam excuſationis ſuæ opaca ſecreta faciem Conditoris fugiat, dum non vult cognoſci, quod fecit. In qua videlicet occultatione non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippe, ne omnia videntem videat, non autem ne ipſe videatur. Quo contra cuique peccatori jam exordium illuminationis eſt humilitas Confeſſionis; quia ſibimet ipſi jam parcere renuit, qui malum non erubeſcit confiteri, quod fecit; & qui defendendo accuſari potuit, accuſando ſe celerrime defendit. Unde & mortuo Lazaro, qui magna mole premebatur, nequaquam dicitur: Reviviſce, ſed *Veni foras.* Ex qua ſcilicet Reſurrectione, quæ geſta in illius eſt corpore, ſignatur, qualiter nos reſuſcitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur: *Veni foras*; ut nimirum homo in peccato ſuo mortuus, & per molem malæ conſuetudinis jam ſepultus, quia intra conſcientiam ſuam abſconſus jacet per nequitiam, a ſemetipſo foras exeat per Confeſſionem. Mortuo enim, *Veni foras*, dicitur, ut ab excuſatione, atque occultatione peccati ad accuſationem ſuam ore proprio exire provocetur... Quia igitur hæc occultationis culpa in humano genere vehementer excrevit, bene B. Job cum diceret: *Si abſcondi peccatum meum*, interpoſuit, *quaſi homo.* Hominis quippe eſſe proprium conſpicit, quod ex parentis veteris imitatione deſcendit „.

Joan. 11.

Job. 31.

Tanta inter juſtitiam Dei, & peccatoris confeſſionem conſenſio eſt, ut Dei juſtitia placetur ſimul, ac peccator iniquitates ſuas confitetur. Quod his Prophetæ verbis: *Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cœlo proſpexit*, ſignificatum obſervat *S. Auguſt.*

Pſalm. 84.

Enarr. in Pſ. 84. „„ Veritas (*inquit*) de terra orta eſt: Confeſſio ab homine. Homo enim peccator
Gen. 3. eras. O terra, qui quando peccaſti, audiſti: *Terra es, & in terram ibis*, Oriatur de te veritas, ut reſpiciat de cœlo juſtitia. Quomodo a te oritur veritas, cum tu peccator ſis, cum tu iniquus ſis? Confitere peccata tua, & orietur de te veritas. Si enim cum ſis iniquus, dicis te juſtum, quomodo a te veritas orietur? Si autem, cum ſis iniquus, dicis te iniquum, *Veritas de terra orta eſt.* Intende illum publicanum longe a phariſæo in templo orantem, qui neque oculos ad cœlum audebat levare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: *Domine, propitius eſto mihi peccatori.* Ecce *Veritas de terra orta eſt*; quia confeſſio peccatorum ab homine facta eſt. Orta eſt veritas de terra in confeſſione peccatorum. *Et juſtitia de cœlo proſpexit*, ut deſcenderet juſtificatus publicanus ille magis, quam ille phariſæus. Nam ut noveritis, quia veritas pertinet ad Confeſſionem pec-
1. Joan. 1. 8. catorum, ait Joannes Evangeliſta: *Si dixerimus, quia*

& juſtitia de cælo proſpexit; tanquam diceretur ei: Quid eſt, quod dixiſti: *Juſtitia de cælo proſpexit? Etenim*, inquit, *Dominus dabit ſuavitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Nos ergo reſpiciamus nos; & ſi nihil in nobis invenerimus niſi peccata, oderimus peccata, & deſideremus juſtitiam. Cum enim cœperimus odiſſe peccata, jam ipſum odium peccatorum ſimiles nos incipit facere Deo; quia hoc odimus, quod odit & Deus. Cum ergo cœperis odiſſe peccata, & confiteri Deo, & cum delectationes illicitæ te rapiunt, & ducunt ad ea, quæ tibi non proſunt, ingemiſce ad Deum; & confitens illi peccata tua, mereberis ab illo delectationem, & ſuavitatem juſtitiæ faciendæ dabit tibi, ut incipiat te delectare juſtitia, quem primo delectabat iniquitas; ut qui primo gaudebas in ebrietate, gaudeas in ſobrietate; & quem delectabat rapere, delectet donare; quem delectabat ſpectare, delectet orare; quem delectabant cantica nugatoria, & adulterina, delectet hymnum dicere Deo; currere ad Eccleſiam, qui primo currebas ad theatrum. Unde nata eſt iſta ſuavitas, niſi quia Dominus dabit ſuavitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum? *Juſtitia ante eum ambulabit, & ponet in vias greſſus ſuos.* Juſtitia illa eſt, quæ eſt in Confeſſione peccatorum; veritas enim ipſa eſt. Juſtus enim debes eſſe in te, ut punias te. Ipſa eſt prima hominis juſtitia, ut punias te malum, & faciat te Deus bonum. Quia ergo ipſa eſt prima hominis juſtitia, ipſa fit via Deo, ut veniat ad te Deus; ibi illi fac viam, in Confeſſione peccatorum. Ideo & Joannes cum baptizaret in aqua pœnitentiæ, & vellet ad ſe venire pœnitentes de ſuis prioribus factis, hoc dicebat: *Parate viam Domino & rectas facite ſemitas ejus.* Placebas tibi in peccatis tuis, o homo; diſpliceat tibi, quod eras, ut poſſis eſſe, quod non eras. *Parate viam Domino*; præcedat iſta juſtitia, ut confitearis peccata. Veniet ille, & viſitabit te, quia ponet in via greſſus ſuos. Eſt enim jam ubi ponat greſſus ſuos, eſt ubi ad te veniat. Luc. 3. 4.

niat. Ante autem quam confitereris peccata, intercluderas ad te viam Dei, non erat, qua ad te veniret. Confitere vitam, & aperis viam; & veniet Chriſtus, & ponet in via greſſus ſuos, ut te informet veſtigiis ſuis „„.

Et in Pſ. 66. „„ Confiteri times Deo, ne confeſſum damnet? Si non confeſſus lates, confeſſus damnaberis. Times confiteri, qui non confitendo eſſe non potes occultus; damnaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus.. *Lætentur, & exultent gentes.* Unde? Per ipſam Confeſſionem? Quare? Quia bonus eſt, cui confitentur; ad hoc exigit confeſſionem, ut liberet humilem; ad hoc damnat non confitentem, ut puniat ſuperbum. Ergo triſtis eſt, antequam confitearis; confeſſus exulta, jam ſanaberis „„.

Confeſſio ſuum animæ decorem reſtituit.

Peccatorum confeſſione decorem ſuum recuperat anima. Unde *S. Bern.* Epiſt. 113. ad *Sophiam* virginem ſcribit: „„ Ama confeſſionem, ob quam amaris; ama confeſſionem, ſi affectas decorem. Confeſſioni jungitur decor, jungitur pulchritudo. Habes

crimen fateri, nec derivare culpam, ſed recognoſcere. Mitigat judicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium „ „.

Idem confirmatur ex Canone, *Quem pœnitet*, 88. Diſt. 1. *de Pœnitentia*, qui ſumptus eſt ex libro *de vera, & falſa Pœnitentia*, ſub nomine *ſancti Auguſtini* olim edito, capite 10. „ „ Quem pœnitet (*inquit*) omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat; repræſentet vitam ſuam Deo per Sacerdotem; præveniat judicium Dei per confeſſionem.. Erubeſcentia partem habet remiſſionis. Ex miſericordia enim hoc præcepit Dominus, ut neminem pœniteret in occulto. In hoc enim, quod per ſeipſum dicit Sacerdoti, & erubeſcentiam vincit timore Dei offenſi, fit venia criminis... Multum ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ commiſit, Nuntio Dei denegavit. Deus enim miſericors, & juſtus eſt; ſicut conſervat miſericordiam in juſtitia, ita & juſtitiam in miſericordia. Opus enim eſt miſericordiæ peccanti peccata dimittere; ſed oportet, ut juſtus miſereatur juſte. Oportet enim, ut non ſolum quid, ſed in quo doleat, conſideret, ſi dignus eſt, non dico juſtitia, ſed miſericordia. Juſtitia enim ſola damnat. Sed dignus eſt miſericordia, qui ſpiritali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubeſcentiam. Et quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia „ „.

Et *S. Auguſt.* Tract. 12. in *Joannem*, explicans hæc verba: *Et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem; erant enim mala opera eorum. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus, ait*: „ „ Qui confitetur peccata ſua, jam cum Deo facit. Accuſat Deus peccata tua; ſi & tu accuſas, conjungeris Deo. Quaſi duæ res ſunt, homo & peccator. Quod audis homo, Deus fecit; quod audis peccator, ipſe homo fecit. Dele quod feciſti, ut Deus ſalvet, quod fecit. Oportet, ut oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum

autem cœperit tibi displicere, quod fecisti: inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, confessio est operum malorum. Facis veritatem, & venis ad lucem. Quid est, Facis veritatem? Non te pulpas, non tibi blandiris, non te adulas, non dicis: Justus sum, cum sis iniquus, & incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem, ut manifestentur opera tua, quia in Deo sunt facta; quia & hoc ipsum, quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, & ejus veritas se tibi ostenderet. Sed qui & admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem, & fugit eam, ut non arguantur opera ejus mala, quæ diligit. Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua; non sibi parcit, non sibi ignoscit, ut Deus ignoscat; quia, quod vult, ut Deus ignoscat, ipse agnoscit, & venit ad lucem, cui gratias agit, quod illi, quid in se odisset, ostenderit. Psalm. 50. Dicit Deo: *Averte faciem tuam a peccatis meis*. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat: *Quoniam faci-*

III. „ Utilis etiam confeſſio eſt ad emendationem „ morum. Iis enim quorum eſt corrupta vitæ con- „ ſuetudo, nihil tam prodeſſe ad mores emendan- „ dos experimur, quam ſi interdum occultas animi „ tui cogitationes, facta, dictaque omnia prudenti, „ & fideli amico patefaciant, qui eos opera, & con- „ cilio juvare poſſit. Quare ob eamdem rationem „ maxime ſalutare exiſtimandum eſt iis, qui ſcele- „ rum conſcientia agitantur, ut Sacerdoti, tanquam „ Chriſti Domini Vicario, cui perpetui ſilentii ſe- „ veriſſima lex propoſita eſt, animæ ſuæ morbos, „ & vulnera aperiant; ſtatim enim parata ſibi me- „ dicamenta invenient, quæ non ſolum præſentis „ ægritudinis ſanandæ, verum ita præparandæ ani- „ mæ cœleſtem quamdam vim habent; ut deinceps „ facile futurum non ſit, in ejuſdem morbi, & vitii „ genus recidere. Conſtat denique, ſi ſacramentalem „ Confeſſionem e chriſtiana diſciplina exemeris, „ plena omnia occultis, & nefandis ſceleribus futura „ eſſe; quæ poſtea, & alia etiam multo graviora, „ homines peccati conſuetudine depravati palam com- „ mittere non verebuntur. Etenim confitendi vere- „ cundia, delinquendi cupiditati, & licentiæ tan- „ quam frenum injicit, & improbitatem coercet; „ (inquit Conc. Trid. Cat. P. 2. *de Pœnit.* §. 48. & „ 49.) *Addit*: Quidquid hoc tempore ſanctitatis, „ pietatis, & religionis in Eccleſia conſervatum eſt, „ id magna ex parte confeſſioni tribuendum eſſe, „ ut nulli mirandum ſit, humani generis hoſtem, „ cum Fidem catholicam funditus evertere cogitat, „ per miniſtros impietatis ſuæ, & ſatellites hanc ve- „ luti chriſtianæ virtutis arcem totis viribus oppu- „ gnare conatum eſſe. Quod enim ajebat *Tertull.* de Ethnicis ab idolorum cultu ad Chriſtum converſis, & Baptiſmo initiatis, idem de Lapſis poſt Baptiſmum pœnitentibus, & ſacramentali Confeſſione peccata ſua luentibus dici poteſt „ Non aliunde noſcibiles, „ quam de emendatione vitiorum priſtinorum „. Et Apologetici c. 3. teſtatur, gentiles fuiſſe ſolitos, cum

Confeſſio utilis ad morum emendationem.

cum viderent, quantam morum emendationem in illis Deus operabatur, qui Chriſto nomen dabant, his verbis exclamare: „„ Quæ mulier! quam laſciva, quam feſtiva! Qui juvenis! Quam luſius! Quam amaſius! Facti ſunt Chriſtiani. Ita (*inquit*) nomen emendationi imputatur „„. Sic olim quidam adoleſcens poſt amores meretricios peregre profectus, & abolito amore regreſſus, poſtea veteri dilectæ, cum occurriſſet, illaque non interpellata, ſe non recognitam miraretur, & rurſus occurrens dixiſſet: *Ego ſum*; reſpondit ille: *Sed ego non ſum ego*; (ut refert *S. Ambroſius*, lib. 2. *de Pœnit.* cap. 10.) Par mutatio in iis, qui rectam peccatorum confeſſionem edunt, conſpicitur. Hinc Dominus ait: *Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Etenim (inquit S. Ambr.) „ Qui mortui, & ſepulti Chriſto ſunt, non debent „ iterum velut viventes de hoc mundo decernere „.

Matth. 16. 23.

Quatuor Confeſſionis effectus

Quatuor confeſſionis effectus aſſignat *S. Th.* in 4. Sent. diſt. 17. q. 3. ar. 5. Primo liberat a culpa, ſeu

lantis: *Amen dico vobis; Quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Et Joan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Singularem quamdam, & excellentem poteſtatem ligandi, & ſolvendi, remittendi & retinendi peccata Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, vice ſua, Chriſtum tradidiſſe, ex his locis perſpicuum eſt. Hanc porro poteſtatem exercere non poſſunt, niſi Chriſtiani poſt Baptiſmum lapſi omnia peccata mortalia, in quæ ceciderint, Sacerdoti aperiant, & confiteantur. Alligatio namque, & ſolutio, remiſſio, & retentio peccatorum, judicium eſt, quod quidem exerceri non poteſt incognita cauſa: ut ait Conc. Trid. ejuſdemque Conc. Catechiſmus. Enim vero ſi Sacerdos in foro pœnitentiæ conſtitutus eſt a Domino Judex ad ſolvendum, & ligandum, ad remittendum, & retinendum, neceſſe eſt, ut non præcipiti judicio, neque pro libito, ſed juſto, ac prudenti arbitrio, juxta merita cauſarum, utatur tradita ſibi poteſtate; alioqui ratum non habebitur a Chriſto in cœlis, quod ipſe fecerit in terris. Id autem præſtare non poteſt, niſi peccata, & peccatis cauſam, de qua judicium ferre debet, plene cognitam habeat, & perſpectam. Quæ cognitio cum haberi non poſſit abſque ſpontanea peccatoris Confeſſione, qua peccata ſua ſingulatim exponat Sacerdoti, recte colligitur, Confeſſionem ſacramentalem ex inſtitutione Chriſti neceſſario faciendam eſſe Sacerdotibus ab iis, qui poſt Baptiſmum in peccatum aliquod mortale lapſi ſint.

Catholici dogmatis probatio ex Script. Sacra.

Ad eam præterea ligandi, & ſolvendi poteſtatem pertinet, ut Sacerdotes pœnitentiæ opera, quibus divinæ juſtitiæ fiat ſatis, & radices peccatorum exſcindantur, iteratæque prolapſionis periculum avertatur, in ſacro illo judicio pœnitentibus imponant, ut docet ſacra Synodus Tridentina Seſſ. 14. cap. 8. Ut autem in operibus pœnitentiæ injungendis ita ſe gerant Sacerdotes, neceſſe eſt, ut peccata pœnitentium particula-

ticulatim cognoſcant. Quam notitiam, cum nonniſi ex ſpontanea ipſorum Confeſſione comparare poſſint, neceſſe eſt, ut pœnitentes peccata mortalia, quorum ſunt rei, Sacerdotibus ſingulatim exponant.

Neceſſitas Confeſſionis probatur ex Traditione.

Nemo vero dixerit, poteſtatem remitendi, retinendique peccata a Chriſto ſuis miniſtris conceſſam, nudum eſſe jus, ac officium Legatorum, Nuntiatorum, Præconum, qui peccatorum veniam, ac remiſſionem pœnitentibus annuntient. Illud enim hæreticorum commentum falſum eſſe, & verba ipſa Chriſti, & veteris Eccleſiæ doctrina, quam Patres ab Apoſtolis ad ſua tempora tranſmiſſam ſcriptis conſignarunt, invictiſſime probant. Chriſtus enim vero non dicit Apoſtolis: Quorum remiſſa nuntiaveritis, & promulgaveritis peccata, remiſſa jam ipſis, ſed, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Porro nec præco, nuntius, vel caduceator, qui gratiam a Rege factam annuntiat, dicitur gratias impartiri; nec apparitor, qui ſententiam judicis promulgat, dicitur damnare reum, aut inſontem abſolvere.

Deinde antiqui Patres apoſtolicæ doctrinæ &

cunque inferne Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſuperne rata habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem illis a Deo conceſſam? *Quorumcunque* enim ait *peccata remiſeritis, remittuntur eis, & quorumcunque retinueritis, retenta ſunt.* Quænam, obſecro, poteſtas hac una major eſſe queat? Pater omne judicium Filio dedit; cæterum video ipſum omne judicium a Deo Filio illis traditum. Nam quaſi jam in cœlum translati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris ab affectibus exempti, ſic illi ad Principatum iſtum perducti ſunt. Quid multa? Rex aliquis, ſi cui ex ſubditis ſuis hunc honorem detulerit, ut poteſtatem habeat, quoſcunque velit, in carcerem conjiciendi, eoſdemque rurſus laxandi, beatus ille, & admirandus judicio omnium fuerit; at vero, qui a Deo tanto majorem accepit poteſtatem, quanto cœlum terra pretioſius eſt, quanto etiam animæ corporibus præſtant, hic vilem eo uſque dignitatem accepiſſe nonnullis videri debet, ut vel in illorum cogitationem deſcendere queat, reperiri poſſe quandoque unum aliquem ex eorum numero, quibus tanta illa fuerint a Deo concredita; cui ipſi munus ſuum ſordeſcat, quique donum ſibi a Deo datum deſpiciat „„

Idem confirmat *S. Ambroſius*, lib. 1. *de Pœnitentia*, cap. 3. Novatianorum hæreſim convellens, qui poteſtatem peccata remittendi ſoli Domino reſervandam aſſerebant „„ Sed ajunt (*inquit*) ſe Domino deferre reverentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſervent. Immo nulli majorem injuriam faciunt, quam ei, cujus volunt mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cum ipſe in Evangelio ſuo dixerit Dominus Jeſus: *Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum detinueritis, detenta ſunt*; quis eſt, qui magis honorat, utrum, qui mandatis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in utroque ſervat obedientiam, ut peccatum & alliget, & relaxet. Hæreſis in

altero

altero immitis, in altero inobediens, vult ligare, quod non reſolvat, non vult ſolvere, quod ligavit; in quo ſe ſua damnat ſententia. Dominus enim par jus & ſolvendi eſſe voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permiſit... Certum eſt, Eccleſiæ utrumque licere, hæreſi utrumque non licere. Jus enim hoc ſolis permiſſum Sacerdotibus eſt. Recte igitur hoc Eccleſia vindicat, quæ veros Sacerdotes habet; hæreſis vindicare non poteſt, quæ veros Sacerdotes non habet „„.

Suffragatur eidem veritati *S. Hieron.* Epiſt. 1. ad *Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ*, ubi jus triplex, ac officium, ſeu triplicem poteſtatem in Sacerdotibus agnoſcit, quæ maximam ipſis venerationem conciliare debet; primo conficiendi Corpus Chriſti, ſeu conſecrandi Euchariſtiam; ſecundo, parturiendi Chriſtianos per Baptiſmum; tertio, reconciliandi Deo, qui poſt Baptiſmum peccaverunt, quod pertinet ad poteſtatem clavium, & forum pœnitentiæ; & hanc poteſtatem judiciariam eſſe docet. „„ Abſit (*inquit*)

His concinit *S. Greg. magnus*, Hom. 26. in Evangelia, exponens laudatum Chriſti oraculum (Joannis 20.) „ „ Libet intueri (*inquit*) illi diſcipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriæ ſint perducti. Ecce non ſolum de ſemetipſis ſecuri fiunt, ſed etiam alienæ obligationis poteſtatem relaxationis accipiunt; Principatumque ſuperni judicii ſortiuntur, ut vice Dei quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent.. Ecce, qui diſtrictum Dei judicium metuunt, animarum judices fiunt; & alios damnant, vel liberant, qui ſe ipſos damnari metuebant. Horum profecto nunc in Eccleſia locum Epiſcopi tenent. Ligandi, atque ſolvendi auctoritatem ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur „ „.

Recte itaque ſacra Synodus Tridentina docet Seſſ. 14. cap. 5. „ „ Ex inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ univerſam Eccleſiam ſemper intellexiſſe, inſtitutam etiam a Domino integram peccatorum confeſſionem, & omnibus poſt Baptiſmum lapſis jure divino neceſſariam exiſtere; quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus e terris aſcenſurus ad cœlos, Sacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam Præſides, & Judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti Fideles ceciderint, quo pro poteſtate clavium remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuntient. Conſtat enim, Sacerdotes judicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe; neque æquitatem quidem in pœnis injungendis illos ſervare potuiſſe, ſi in genere duntaxat, & non potius in ſpecie, ac ſigillatim ſua ipſi peccata declaraſſent „ „.

Dogma catholicum inde confirmatur, quod pœnitentia medicina ſit, curandis peccatorum morbis a Chriſto inſtituta; & qui illius adminiſtrationi præſident Sacerdotes, ſub ſummo, primarioque, ac cœleſti medico Chriſto Domino, ac Salvatore noſtro ſint animarum medici ab ipſo conſtitui. Quomodo vero peccatorum morbos curabit Sacerdos, niſi ipſos particulatim cognoſcat? Quomodo vero cognoſcet,

niſi

niſi illos aperuerit ægrotus, id eſt, ipſe peccator ſacramentali Confeſſione? Hinc *Origenes* Hom. 2. in Pſ. 37. explicans illa verba: *Quoniam iniquitatem meam pronuntiabo*, hæc habet: „„ Pronuntiationem iniquitatis, confeſſionem peccati frequentius diximus. Vide ergo quid edocet nos Scriptura divina, quia oportet peccatum non celare intrinſecus. Fortaſſis enim ſicut ii, qui habent intus incluſam indigeſtam eſcam, aut humoris, vel phlegmatis ſtomacho graviter, & moleſte imminentis, ſi vomuerint, relevantur; etiam hi, qui peccaverint, ſiquidem occultant, & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus urgentur, & propemodum ſuffocantur a phlegmate, vel humore peccati. Si autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum, & confitetur, ſimul evomit & delictum, atque omnem morbi digerit cauſam. Tantummodo circumſpice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum; proba prius medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui

judicant, idem confirmat: „ „ Major (*inquit*) in eo tibi fiducia ſit, qui te in Deo genuit, quam in illis, a quibus corpore procreatus es. Audacter oſtende illi, quæ ſunt recondita. Animi arcana tanquam occulta vulnera medico detege. Ipſe & honoris, & valetudinis tuæ rationem habebit. *Et paullo infra*: Tu vero, cujus animus æger eſt, cur non ad medicum properas? cur non ei confitendo morbum oſtendis tuum „ „?

S. Joan. Chryſ. lib. 2. *de Sacerdotio*, c. 3. „ „ Multa (*inquit*) arte opus eſt, ut iis, qui laborant, chriſtianis perſuadeatur, ut ultro ſe, ac volentes Sacerdotum curationibus ſubmittant; neque id ſolum, ſed etiam ut curationis, ac medicinæ nomine gratiam illis habeant „ „. Et Hom. 9. in Epiſt ad Heb. „ „ Cujuſmodi (*inquit*) eſt medicamentum pœnitentiæ, & quomodo conficitur? Primum ex ſuorum peccatorum condemnatione, & ex confeſſione. *Delictum*, inquit, *meum cognitum tibi feci, & peccatum meum non abſcondi. Pronuntiabo contra me iniquitatem meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Et iterum: *Dic peccata tua prior, ut juſtificeris*; Et, *Juſtus eſt ſui accuſator in primo ſermone.* Secunda, ex multa humilitate. Eſt enim veluti quædam catena aurea, & ſi initium acceperit, ſequuntur omnia. Nam ſi peccatum fueris confeſſus, ut oportet confiteri, fit humilis anima „ „. Ibidem inter præcipuas pœnitentiæ conditiones recenſet: *Se in Sacerdotes, ut convenit, gerere.* Subditque paullo infra, peccata particulatim eſſe detegenda; „ „ Sin autem dicit: Sum peccator; ea autem per ſpecies non cogitat, ac ſupputat, & non dicit: Hoc, & illud peccatum admiſi; nunquam ceſſabit, ſemper quidem confitens, curam autem nullam gerens correctionis „ „.

Pſal. 31. 5.

Prov. 18. 17.

S. Hieron. in cap. 10. Eccleſiaſticis: „ „ Si quem ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio eum peccati veneno infecerit; ſi tacuerit, qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vul-

nus ſuum fratri, & Magiſtro voluerit confiteri; Magiſter, qui linguam habet ad curandum facilem, ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat „ „. Fratris autem, & medici nomine Sacerdotem intelligit, cui ex officio convenire aſſerit ligandi, ſolvendique poteſtatem, *Cum peccatorum audierit varietates*, ab ipſo utique peccatore ea figillatim confeſſo, ut ipſemet *S. Hieronymus* explicat Commentario in cap. 16. *S. Matthæi.* Quamobrem ſicut æger non tantum detegere generatim debet medico morbum occultum, quo forte laborat; ſed ipſi debet indicare, quid ſibi doleat, eique omnia morbi ſymptomata, cauſas, & circumſtantias aperire, ut congruis curet eum remediis, maxime ſi gravis ſit morbus, qui naturæ vi, aut facilibus, obviiſque remediis ſanari non poſſit, utpote partes internas, quibus vita fovetur, afficiens; ita confeſſio peccatorum, quæ vitæ ſpiritalis principium, id eſt, gratiam, & charitatem deſtruunt, & ob id mortalia nuncupantur, omnium admiſſorum figillatim, &

cælis. Quod ad ſolum Petrum non pertinere, ſed ad cæteros etiam diſcipulos, Chriſti verba confirmant cap. 18. ver. 18. Unde *Tertullianus*, cap. 11. *Scorpiaci* ait: „ Cœli claves hic Dominum Petro, „ & per eum Eccleſiæ reliquiſſe „. Et *S. Optatus Mi-levitanus* lib. 1. contra *Parmenianum* ait: „ Petrum cla„ves regni cœlorum cæteris communicandas ſolum „ accepiſſe „. Sicut ergo locum aliquem ingredi nemo poteſt ſine ejus opera, cui claves commiſſæ ſunt; ſic intelligimus neminem in cœlum admitti, niſi fores a Sacerdotibus, quorum fidei claves Dominus tradidit, aperiantur. Aliter enim nullus plane clavium uſus in Eccleſia eſſe videbitur; ac fruſtra is, cui clavium poteſtas data eſt, quempiam cœli aditu prohibebit, ſi tamen alia via introitus patere queat. Unde *S. Auguſt.* Serm. 392. alias 49. inter Homil. 50. ait: „„ Qui poſt uxores veſtras vos illicito concubitu maculaſtis, ſi præter uxores veſtras cum aliqua concubuiſtis; agite pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia, ut oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat: Occulte ago, apud Deum ago; novit Deus, qui mihi ignoſcat, quia in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in cælo*? Ergo ſine cauſa ſunt claves datæ Eccleſiæ Dei? Fruſtramus Evangelium? Fruſtramus verba Chriſti? Promittimus vobis, quod ille negat „„?

Sacramentalis confeſſionis figuræ.

Plurimis vero figuris adumbrata eſt Sacramentalis confeſſio, & in veteri Teſtamento, & in exordio novi. Peccatorum ſcilicet confeſſionem quodammodo delineabant varia illa Sacrificiorum genera, quæ ad expianda diverſi generis peccata a Sacerdotibus fiebant. In nova autem Lege Chriſtus figuras inſignes illius inſtitutioni præmiſit. Ad eam enim pertinet, quod Chriſtus iis, qui a lepra in itinere curati ſunt, præceperat, ut Sacerdotibus ſe oſtenderent, illorumque judicium ſubirent, (Luc. 17. 14.) Sicut Sacerdotium leviticum Sacerdotii Evangelici figura fuit; ita oſtenſio lepræ leviticis Sacerdotibus facta, & ſanitas leproſis, ad illos ex mandato Chri-

ſti euntibus collata, figura fuit confeſſionis peccatorum Sacerdotibus Evangelicis faciendæ, & veniæ, ac ſalutis eorum miniſterio obtinendæ. „„ Corporis quippe lepram purgare, ſeu (ut verius dicam) haud purgare quidem, ſed purgatos probare, Judæorum Sacerdotibus ſolis licebat. At vero noſtris Sacerdotibus non corporis lepram, verum animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt „„; (inquit *S. Joan. Chryſ.* lib. 3. *de Sacerdotio*, c. 5.)

Ligandi, ſolvendique poteſtatem, quam novi Teſtamenti Sacerdotibus collaturus erat, ſignificaſſe etiam viſus eſt Dominus, cum Apoſtolis id negotii dedit, ut Lazarum a mortuis excitatum vinculis ſolverent, quibus conſtrictus erat, *Joannis* 11. Quem locum ita *S. Auguſt.* explicat, Serm. 67. alias 8. de Verbis Domini: „„ Mortuus eſt peccator, maxime ille, quem moles conſuetudinis premit, quaſi ſepultus eſt Lazarus. Quis eum ſuſcitavit, niſi qui remoto lapide clamavit, dicens: *Lazare, prodi foras?* Quid eſt autem foras prodire, niſi quod occultum erat, foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non poſſet, niſi viveret; vivere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet. Ergo in confeſſione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. Dicit ergo aliquis: Quid prodeſt Eccleſia, ſi jam confeſſor voce Dominica reſuſcitatus prodit? Quid prodeſt Eccleſia confitenti, cui Dominus ait: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo?* Ipſum Lazarum attende; cum vinculis prodit. Jam vivebat confitendo; ſed nondum liber ambulabat, vinculis irretitus. Quid ergo facit Eccleſia, cui dictum eſt: *Quæ ſolveritis, ſoluta erunt*, niſi quod ait Dominus continuo ad diſcipulos: *Solvite illum, & ſinite abire?* Sive ergo nos accuſemus, ſive Deum laudemus, bis Deum laudamus. Quando Deum laudamus, tanquam eum, qui ſine peccato eſt, prædicamus; quando enim nos ipſos accuſamus ei, per quem reſurreximus, gloriam damus. Hoc ſi feceris, nullam occaſionem invenit inimicus,

8 Joan. 11.

micus, qua te circumveniat ante Judicem. Cum enim tu ipſe fueris acculator, & Dominus liberator; quid erit ille niſi calumniator „„?

Catholici dogmatis de confeſſionis Sacramentalis neceſſitate probationes concludat Canon ſextus Seſſionis 14 Concilii Trid. „„ Si quis negaverit, confeſſionem Sacramentalem, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe jure divino; aut dixerit, modum ſecreto confitendi ſoli Sacerdoti, quem Eccleſia catholica ab initio ſemper obſervavit, & obſervat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inventum eſſe humanum; anathema ſit „„.

Confeſſionis cæremoniæ.

Ritus tamen, & ſolemnes cæremonias ad confeſſionem adhiberi ſolitas, non Chriſtus inſtituit, ſed Eccleſia. Quamvis autem illæ ad Sacramenti rationem non ſpectent, ejus tamen dignitatem magis ante oculos ponunt, & confitentium animos pietate accenſos, ad Dei gratiam facilius conſequendam præparant (inquit Concilii Catechiſmus) Cum enim aperto capite ad pedes Sacerdotis abjecti, demiſſo in terram vultu, ſupplices manus tendentes, aliaque hujuſmodi chriſtianæ humilitatis ſigna dantes, quæ ad Sacramenti rationem neceſſaria non ſunt, peccata confitemur, ex his perſpicue intelligimus, tum in Sacramento cœleſtem vim agnoſcendam; tum a nobis divinam miſericordiam ſummo ſtudio requirendam, atque efflagitandam eſſe.

Objectionis ſolutio.

Objicitur, ſacras Litteras paſſim omni Fideli contrito, & vere pœnitenti remiſſionem peccatorum polliceri abſque ulla apud hominem prævia confeſſione. Iſai. 1. 16. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur; & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Et Ezechielis 18. 21. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & juſtitiam; vita vivet, & non morietur. Omnium iniqui-*

quitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor. Cum igitur Deus veraciſſimus ſit, ei, qui hæc præſtiterit, quæ a Prophetis deſcribuntur, plenam atque abſolutam confert remiſſionem peccatorum. Noſtra certe conditio deterior non eſt, quam Judæorum olim ſub Lege; atqui deterior erit, ſi illis quidem ſola apud unum Deum peccati confeſſio veniam obtinuit, nobis vero idem conſequi non licet, niſi homini inſuper confeſſi fuerimus. Huc accedit, quod cum veteris Teſtamenti ſervitus, novi libertas propria ſit, conveniens non videtur, ut confeſſionis jugum nobis quidem ſub novo imponatur; Judæis vero ſub veteri degentibus nullum impoſitum fuerit.

Reſpondetur, pœnitentibus quidem Deum optimum maximum veniam peccatorum polliceri, ſi ſecundum ſtatutas ab eo leges pœnitentiam agant, & remedia ſibi procurent, quæ pro vario generis humani ſtatu ejus providentia variis temporibus alia, atque alia præparavit. Alioquin pœnitentia vera, & ſincera non eſſet. Sicut ergo in veteri Lege interior

cundum ſtatutas a Chriſto leges pœnitentiam non agat.

Nec ſequitur, noſtram conditionem deteriorem eſſe, quam Judæorum olim erat ſub Lege; immo potior eſt abſolute, ſiquidem excuſſo per Chriſtum veterum Sacramentorum, Sacrificiorum, Cæremoniarum, & Obſervantiarum legalium jugo; „ Alia „ nobis Sacramenta data ſunt virtute majora, effectu „ meliora, actu faciliora, numero pauciora „; ut ait *S. Auguſt.* lib. 9. *Contra Fauſtum*, cap. 13. Confeſſionis autem jugum, ut vocant hæretici, cum a Chriſto fuit impoſitum, cujus *Jugum ſuave eſt, & onus leve*, legi libertatis non magis repugnat, quam præceptum Baptiſmi, & alia Chriſti mandata, quæ *non* ſunt *ſarcina onerati, ſed alæ volaturi*, ut ait alibi *S. Auguſt.* & quæ charitas facillima efficit. Nec vero gravior eſt confeſſio Sacramentalis, immo longe levior, ac facilior veterum Sacrificiorum apparatu, quæ lex Moſaica ad expianda peccata præſcribebat. Denique cum non timore pœnæ ſed amore juſtitiæ; non Lege extrinſecus terrente per litteram, ſed ſpiritu intus ſanante per gratiam, homines, quos vere peccatorum pœnitet, ad præceptum confeſſionis implendum adducantur, non ſervi ſunt, ſed liberi ea libertate, qua Chriſtus ipſos donavit. Quidni enim liberi eſſent, cum ad illud remedium quærendum obligantur, quo a peccati ſervitute, qua nulla turpior eſt, ac durior, liberantur?

Objicitur ſecundo celebre factum *Nectarii* Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui pœnitentiarium Presbyterum Conſtantinopoli abrogavit, occaſione nobilis cujuſdam mulieris, quæ, diaconum cum ipſa ſtupri conſuetudinem habuiſſe, confeſſa erat; & *Unumquemque pro arbitrio, & pro animi ſui conſcientia ad Sacramentorum Communionem accedere* permiſit; ut referunt *Socrates* lib. 5 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ*, cap. 19. & *Sozomenus* lib. 7. cap. 16. Ex quo Sacramentalem confeſſionem, vel tunc in uſu non fuiſſe, vel certe fuiſſe abrogatam a *Nectario*, colligitur. Objectioni ex facto Nectarii petitæ reſpondetur.

Sed & *Nectarii* in eadem Sede Succeſſor *S. Joan. Chryſoſt.* confeſſionem ſoli Deo factum ſufficere aſſerit ad peccatorum veniam obtinendam. Homil. 21. ad populum Antiochenum ; „„ Neque hoc (*inquit*) tantum eſt admirabile, quod nobis peccata dimittit; verum & quod ipſa non revelat, nec manifeſta facit, aut conſpicua; nec cogit in medium procedentes, quæ peccavimus, enuntiare, ſed ſibi ſoli rationem reddere jubet, & ſibi confiteri. *Et Homil. 2. in Pſalm.* 50. Peccata tua dicito, ut ea deleas. At pudet dicere, te peccaſſe ; dic ea quotidie in oratione. Num enim dico, ut ea conſervo dicas, qui tibi exprobret? Dic Deo, qui eis medetur. *Homil. etiam* 31. *in Ep. ad Hebræos* : Non tibi dico, ut peccata tanquam pompam in publicum efferas, neque ut apud alios oculos accuſes ; ſed ſuadeo, ut pareas Prophetæ dicenti : *Revela Domino viam tuam.* Apud Deum ea cofitere ; apud judicem confitere peccata tua, orans, ſi non lingua, ſaltem memoria ; & ſic miſericordiam impetra „„. Pſalm. 36.

Reſpondetur ad Primum, publicam tantum arcanorum peccatorum confeſſionem cum pœnitentiario Conſtantinopolitano abrogatam eſſe a *Nectario*, quæ chriſtianæ plebi graviſſimam offenſionem creaverat occaſione mulieris a diacono vitiatæ, quæ abdicando pœnitentialis diſciplinæ Præfecto locum dederat; ſed ſacramentalem confeſſionem, (quæ an publica ſit, an ſecreta, perinde eſt ad Sacramenti ſubſtantiam) *Nectarium* abrogaſſe negamus. Peccata etiam occulta palam renuntiata fuiſſe aliquando coram clero, & plebe chriſtiana, ex conſilio, vel mandato Sacerdotis, diſcimus ex *Origene*. Hom. 2. in Pſ. 27. „„ Circumſpice (*inquit*) diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum ; proba prius medicum, cui debeas cauſas languoris exponere. Ut ita demum ſi quid ille dixerit, qui ſe prius, & eruditum medicum oſtenderit, & miſericordem, ſi quid conſilii dederit, facias, & ſequaris ; ſi intellexerit, & prævideric talem eſſe languorem tuum, qui in con-

conventu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facile ſanari; multa hoc deliberatione, & ſatis perito medici illius conſilio procurandum eſt „ „. Publicam fuiſſe mulieris, quæ ſe a diacono vitiatam prodidit, confeſſionem conſtat, ſive ſponte, ſive juſſu, aut conſilio pœnitentiarii illam peregerit; confeſſio enim ſecreta non adeo Eccleſiam turbaſſet, aut offenſioni fuiſſet. Conſtat nihilominus confeſſionis peccatorum lethalium, etiam occultorum, uſum & tunc temporis, & antea in Eccleſia receptum fuiſſe. Non enim publicum fuiſſe videtur mulieris illius peccatum. Quod niſi ignotum fuiſſet, tanta chriſtianæ plebi offenſionem illius confeſſio non creaſſet. Id *Sozomeni* verba probant: *A diacono ſe ſtupratam prodidit.* Quid eſt enim prodere, niſi rem occultam, atque intus latentem referare? Conſtat inſuper non quædam ſolum capitalia crimina, ſed ſigillatim omnia poſt Baptiſmum commiſſa explicari ſolita Sacerdoti pœnitentiæ Præfecto. De illa enim muliere *Socrates* refert, quod *Delicta poſt Baptiſmum a ſe perpetrata ſigillatim confeſſa erat.* Conſtat tertio, Pœnitentiarium pro aliis peccatis præter crimen ſtupri, quæ confeſſione detexerat hæc mulier, pœnitentiam publicam impoſuiſſe. „ „ Presbyter vero (*inquit Socrates*) præcepit mulieri, ut jejuniis, & orationibus continuis vacaret, quo ſcilicet una cum delictorum confeſſione opus etiam pœnitentiæ conveniens oſtenderet „ „. Opus autem conveniens pœnitentiæ occultæ non oſtenditur. Peccata igitur occulta, præter ſtuprum, hæc mulier pœnitentiario confeſſa fuerat, pro quibus pœnitentiam cum in Eccleſia perageret, a diacono vitiata eſt. Quarto, id confirmat *Sozom.* lib. 7. *Hiſt. Eccl.* c. 16. ubi ait: „ „ In petenda venia peccatum neceſſario confiteri oportere; *uſumque confeſſionis, & pœnitentiæ* Epiſcopos urbis Romæ jam inde ab ultima vetuſtate ad ſuam uſque ætatem cuſtodiſſe „ „. Denique teſtatur *Sozomenus*, pœnitentiarium Presbyterum, qui Novatianorum oc-

caſione albo Eccleſiaſtico ab Epiſcopis adjectus eſt, hominem fuiſſe prudentia, & taciturnitate inſignem; ad quid autem neceſſaria fuiſſet taciturnitas, niſi occultorum etiam criminum arcanam confeſſionem excepiſſet? „ , Grave (*inquit*) ac moleſtum ab initio jure merito viſum eſt Sacerdotibus, id eſt, Epiſcopis, tanquam in theatro circumſtante totius Eccleſiæ multitudine, crimina ſua evulgare. Itaque ex Presbyteris aliquem, qui vitæ integritate ſpectatiſſimus eſſet, & taciturnitate, ac prudentia polleret, huic officio præfecerunt; ad quem accedentes ii, qui deliquerant, actus ſuos confitebantur; ille vero pro cujuſque delicto quid aut facere ſingulos, aut luere oporteret, pœnæ loco indicens, abſolvebat confitentes a ſe ipſis pœnas criminum exacturos „ „.

Quod vero ait Socrates, *Nectarium* permiſiſſe, ut „ Unuſquiſque pro arbitrio, & pro animi ſui con„ ſcientia ad Sacramentorum Communionem acce„ deret „ , nihil aliud ſignificat, niſi jugo publicæ confeſſionis, & publicæ pariter pœnitentiæ ob oc-

Deum optimum maximum confeſſionem a peccatoribus exigere, quæ ipſos in diſcrimen conjiciat ſalutis, vel honoris, qualis exigitur ab iis, qui capitalium criminum rei ad Magiſtratuum tribunalia deferuntur; nullam ipſis infamiæ labem aſpergi, ait, quia non coguntur „ Præſentibus quibuſdam ea „ enuntiare, & in medium procedentes palam con„ fiteri, ſicut capti latrones, vel effoſſores ſepulcro„ rum a ſæcularibus judicibus „ ad confeſſionem coguntur. Negat, Deum confeſſionem illi ſimilem exigere, quæ fit a furciferis coram frequenti hominum cœtu, qui *Crimen exprobrent*, ac *velut in medio theatro*. Negat confeſſionem exigi a Deo, ut peccator *puniatur*, non negat exigi, *ut relaxetur*. Negat denique confeſſionem a Deo exigi, quæ in publico judicio, probatione per teſtes inſtituta fiat; & qua peccata *Tanquam pompam in publicum proferamus*; non negat Confeſſionem ſecretam.

Loquitur etiam quandoque *S. Joan. Chryſoſt.* de quotidiana pœnitentia, de examine conſcientiæ ſingulis diebus a Fidelibus inſtituendo, & de contritione, ac lacrymis, quæ illius examinis comites eſſe debent. Hæc autem intus in conſcientiæ ſecreto, ſine teſte, ſolo Deo præſente, fieri poſſunt. Eo collineat Hom. 2. in Pſalm. 50. „„ Cum autem (*inquit*) in lectum, hoc eſt, ad tranquillum portum te conjeciſti, nec ullus eſt, qui tibi moleſtiam exhibeat, dic cordi tuo, atque animæ tuæ: Exegimus hodiernam diem, o anima; quid boni fecimus, aut quid mali admiſimus? Ac gehennæ recordare, ut metu affectus, bonum augeas, malum autem de medio tollas. Si in lecto ſis, atque tibi peccata tua in memoriam venerint, collacryma; atque ea hac ratione in lecto delere potes. Deum tuum roga, atque obſecra, ſicque corpus ſomno trade, poſteaquam prius peccata confeſſus fueris „ „„ Hac confeſſione ſoli Deo facta peccata quotidiana, & leviora curantur, atque delentur abſque miniſterio Sacerdotis, ſed ad gravia, atque lethalia peccata expian-

pianda non ſufficit abſque Sacerdotis opera, & abſque Confeſſione ſacramentali apud eum facta, vel ejus ſaltem propoſito, cum peccator perfecte, contritus eſt. Quod ex Homil. 30. ejuſdem Patris in Geneſim diſerte confirmatur: „„ Quia (*inquit*) in magnam hanc hebdomadam pervenimus Dei gratia, nunc maxime & jejunii curſus intendendus, & magis continuandæ ſunt preces, faciendaque diligens, & pura peccatorum Confeſſio. *Et infra*: Scit enim inimicus noſter, quod per tempus illud poſſumus de iis, quæ ad noſtram ſalutem attinent, loqui, & peccata declarare, ſeu aperire, & detegere vulnera medico, & ſanitatem conſequi. *Et Homil.* 20. *in Geneſim*: Attamen, qui hæc fecit, ſi voluerit, ut decet, uti conſcientiæ adjumento, & ad Confeſſionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere ulcus, qui curet, & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, & ſoli ei loqui, nullo alio conſcio, & omnia dicere cum diligentia, facile peccata ſua emendabit. Confeſſio enim peccatorum abolitio etiam eſt deli-

[redacted]

nis apud Sacerdotem edendæ neceſſitatem propterea non excludit *S. Ambroſius*; immo diſerte adſtruit lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 6. „ „ Si vis juſtificari, fatere delictum tuum; ſolvit enim criminum nexus verecunda Confeſſio peccatorum. *Et cap.* 10. An quiſquam ferat, ut erubeſcas Deum rogare, qui non erubeſcis rogare hominem? Et pudeat te Deo ſupplicare, quem non lates, cum te non pudeat peccata tua homini, quem lateas, confiteri „ „ ?

Objicitur quarto, Canon *Quidam*, Diſt. 1. *de Pœnitentia*, ex *Theodori Cantuarienſis* pœnitentiali a *Gratiano* citatus: „ „ Quidam (*inquit*) Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci. Quidam vero Sacerdotibus confitenda eſſe peccata percenſent, ut tota fere ſancta Eccleſia, quod utrumque non ſine magno fructu intra ſanctam fit Eccleſiam „ „. Ex quibus verbis colligitur, Confeſſionem peccatorum Sacerdoti factam, non eſſe jure divino neceſſariam, cum Eccleſia græca Confeſſionem ſoli Deo factam ſufficere cenſeat ad veniam peccatorum obtinendam.

Ex Theodori Cantuarienſis pœnitentiali, & ex Concilio Cabilonenſi, nihil contra Confeſſionis neceſſitatem colligi poteſt.

Reſpondetur. In pœnitentiali *Theodori Cantuarienſis* Archiepiſcopi, nihil ejuſmodi occurrere, ut conſtat ex codicibus manuſcriptis, & ex editione Pariſiis facta ſtudio *Jacobi Petit* anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Imo vero ex capitulis *Theodori*, ad finem ejuſdem pœnitentialis editis, conſtat, ejuſdem Archipræſulis tempore, qui anno Chriſti circiter nonageſimo ſupra ſexcenteſimum vita deceſſit, uſum ſacramentalis Confeſſionis generalem fuiſſe. Fidem enim ejus rei facit capitulum ſexageſimum. Cap. *Quidam* a *Gratiano* laudatus legitur in Conc. Cabilonenſi Can. 33. ſed fœde interpolatus eſt in editione *Gratiani*, ſiquidem & in illo Concilio, & in Capitularibus adjectis, in quibus eſt quinquageſimus octavus, legitur abſque illis verbis: *Ut Græcis*, itemque ſine iſtis, *Ut tota fere ſancta Eccleſia*. Quidam, fateor, ea tempeſtate cenſebant, peccatorum Confeſſionem ſoli Deo factam ſufficere, quæſtione nondum eliquata in plenario totius orbis Concilio;

lio ; ſed hi graviter errabant ; neque hanc opinionem probabilem eſſe , aut in Eccleſia catholica tolerandam ſignificat Synodus Cabilonenſis ; ſicut nec *S. Gregor.* eorum opinionem , qui de carnis Reſurrectione dubitabant, cum eodem fere loquendi modo ait Hom. 26. „ „ Sunt nonnulli , qui de Reſurrectione carnis incerti ſunt. *Canonis hic titulus eſt* : Quod Deo , & Sacerdoti confitenda ſint peccata. *Sic vero habet* : Quidam Deo ſolummodo confiteri debere dicunt peccata , quidam vero Sacerdotibus confitenda eſſe percenſent ; quod utrumque non ſine magno fructu intra ſanctam ſit Eccleſiam „ „. Pronomen *Utrumque* , ſignificat confeſſionem Deo , & homini factam individuo nexu conjungi in Eccleſia, nec unam ab altera diſſociandam eſſe , ut ſpiritualis fructus , ſcilicet peccatorum venia referatur. „ Con- „ feſſio itaque , quæ Deo fit , purgat peccata ; ea ve- „ ro , quæ Sacerdoti fit , docet , qualiter ipſa purgen- „ tur peccata „. Non ait Synodus , quæ ſoli Deo fit , ſed quæ Deo fit ; Deo enim fieri confeſſionem

triarchæ Conſtantinopolitani Reſponſo I. ad articulos Auguſtanæ confeſſionis, a Wirtembergenſibus Lutheranæ ſectæ Pſeudo-Theologis ad eum miſſæ, c. 11. ex Synodo apud *Jaſium*, contra *Cyrilli Lucanis* Capitula a *Parthenio* Patriarcha Conſtantinopolitano celebrata anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, & ex Synodo Bethlëemitica ſub *Doſitheo* Hieroſolymorum Patriarcha celebrata anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, cap. 15. Quæ loca ſatis ſit indicaſſe.

Cæterum de neceſſitate ſacramentalis confeſſionis ſi quis plura velit, adeat Diſſertationem ſingularem de hoc argumento a me editam contra *Dallæum* miniſtrum Calvinianum.

ARTICULUS IV.

De clavibus Eccleſiæ a Chriſto traditis.

Cum poteſtatem remittendi, retinendique peccata Chriſtus clavium nomine appellaverit, operæ pretium eſt, ut de clavibus breviter agamus, earumque notionem, & diviſionem tradamus, quantum neceſſe eſt ad clericorum inſtitutionem.

Clavis nomine in Scriptura ſacra quid intelligatur.

Clavis in Scriptura ſacra ſummam quamdam auctoritatem, poteſtatem, gubernationem, & domeſticam adminiſtrationem deſignat. Nam & in profanis, ac civilibus rebus clavium traditio translationem dominii, ac poſſeſſionis ſignificat. Nec abs re, quod habenti claves non ſolum omnia, quæ in domo ſunt, pateant, ſed & ei poteſtas ſit quoslibet vel admittendi, vel excludendi, atque etiam ſecretiſſima quæque cubicula reſerandi, vel occludendi. Cum itaque Chriſtus in domo Dei non tanquam ſervus, ſed tanquam filius in domo ſua fuerit, ſumma, eademque æterna auctoritate adminiſtrationis a Patre accepta fruitur; quemadmodum ipſe ait Matth. ult. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Item Joan. 5. *Pater omne judicium dedit Filio.* Et ut Apoſtolus ad Epheſios 1. ſcribit: *Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus;*

&

& ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. Idcirco Iſaiæ 22. de ipſo legimus: *Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus; & aperiet, & non erit, qui claudat; & claudet, & non erit, qui aperiat.* Et Apocalypſis 3. *Hæc dicit Sanctus, & Verus, qui habet clavem David; qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Et cap. 1. *Ego ſum Primus, & Noviſſimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum; & habeo claves mortis, & inferni.* Quibus verbis nihil aliud ſignificatur, quam Chriſtum eſſe ſummum caput ſuper univerſam Eccleſiam, atque adeo accepiſſe eum a Patre auctoritatem ſuper omnem Principatum, & virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed & in futuro, ut ei omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; qui properantes ad ſe per veteris vitæ pœnitentiam a peccatorum vinculis abſolveret, abſolutoſque in Regnum ſuum intromitteret; averſos vero, & ad ſua deſideria converſos a Regni cœle-

Quæ ut magis perſpicua facerent, claves partiti ſunt in *Clavem Ordinis*, & *Clavem Juriſdictionis*; & rurſus utramque in *Clavem Scientiæ*, quam & *diſcretionis* appellant, & *Clavem Poteſtatis*. Clavis multiplex acceptio.

Clavis Ordinis, eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi, cum Ordine ſacerdotali collata, qua Judex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet a regno. Quam definitionem tradit *Joannes XXII.* Pontifex maximus in Extravaganti, *Quia quorumdam*, Tit. *de Verborum ſignificatione*, & ante ipſum magiſter Sententiarum, & *S. Thomas*. Clavis Ordinis.

Clavis juriſdictionis eſt auctoritas in alterum tanquam in ſubditum data, per quam Sacerdos velut Judex ſententiam in eum rite ferre valeat, eumque ligare, vel ſolvere. Clavis juriſdictionis.

Clavis, ſeu Poteſtas jurisdictionis duplex eſt, alia in foro interiori, ſeu in Tribunali pœnitentiæ, alia in foro exteriori Eccleſiaſtico exercenda. Prima confertur vel paſtoralis Beneficii canonica collatione, & inſtitutione; vel approbatione Epiſcopi, ſive ordinarii Prælati ad audiendas Confeſſiones ſuorum ſubditorum. Quæ quidem Poteſtas ſolis Sacerdotibus conferri poteſt; nec ſimul confertur cum ordine Sacerdotali. Unde hæc verba Epiſcopi Sacerdotes inaugurantis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, Clavem, ſeu Poteſtatem ordinis duntaxat, non juriſdictionis conferunt. Quod aliis verbis exprimit *S. Thomas*, quæſt 13. Supplementi, Art. 2. ad ſecundum. „„ Omnis (*inquit*) poteſtas ſpiritualis datur cum aliqua conſecratione; & ideo Clavis cum Ordine datur. Sed executio Clavis indiget materia debita, quæ eſt plebs ſubdita per juriſdictionem; & ideo antequam juriſdictionem habeat, habet Claves, ſed non habet actum Clavium; & quia Clavis per actum definitur, ideo in definitione Clavis ponitur aliquid ad juriſdictionem pertinens „„. Hæc duplex.

Clavis juriſdictionis in foro Eccleſiaſtico exteriori, eſt poteſtas coercendi peccatores ſive vi corporali,

quæ adhibetur, non ut homines, ſed ut error, & crimen tollantur, non ut homines lædantur, ſed ut curentur; non ut perdantur, ſed ut corrigantur. Hæc eſt poteſtas excommunicationis, aliarumque Cenſurarum ferendarum in publicos peccatores, & contumaces, eoſque abſolvendi, & reconciliandi, ſi pœnitentes Abſolutionem petant. Quæ poteſtas iis etiam, qui Sacerdotali caractere non ſunt inſigniti, modo ſint Clerici, conferri poteſt a ſummo Pontifice, vel ab Epiſcopo.

Poteſtas juriſdictionis in utroque foro, alia eſt ordinaria, alia delegata. Ordinaria in iis duntaxat reſidet, quibus animarum cura, & regimen ex officio competit, ſcilicet in ſummo Pontifice, Epiſcopis, Parochis, & Prælatis regularibus. Summo Pontifici convenit ſumma, & plena poteſtas juriſdictionis in utroque foro per univerſam Eccleſiam. Epiſcopo convenit utriuſque fori poteſtas ordinaria in ſua duntaxat dioeceſi. Parochis convenit poteſtas ordinaria juriſdictionis in foro duntaxat interiori, & in ſuos duntaxat parochianos. Prælatis regularibus compe-

nomine capituli. Pœnitentiarii ordinarii Cathedralium Eccleſiarum, ubi ſacrum illud officium Dignitati, & Beneficio annexum eſt, ordinariam pariter in dioeceſanos omnes juriſdictionem habent in foro interiori. Pœnitentiarii vero in aliis Eccleſiis ob Fidelium commodum ab Epiſcopis deputati ad caſuum reſervatorum Confeſſiones audiendas, & Abſolutionem ab hujuſmodi caſibus impartiendam, habent juriſdictionem delegatam.

Poteſtas Ordinis, quam & *Sacramentalem* vocat *S. Thomas*, remanet in homine, qui per conſecrationem eam eſt adeptus, quamdiu vivit, ſive in ſchiſma, ſive in hæreſim labatur, ſive excommunicetur, ſuſpendatur, aut degradetur. Poteſtas vero juriſdictionis non immobiliter adhæret. Unde in hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, degradatis non manet. Poteſt etiam ab iis, qui animarum curam habent, cum Beneficio, ſive ſacra Præfectura penitus auferri, vel ſuſpendi juſtis, & canonicis de cauſis, multo magis ab aliis, quibus demandata eſt.

Clavis ſcientiæ, & Clavis poteſtatis.

Clavem utramque, ſcilicet ordinis, & juriſdictionis, duplicem eſſe dixi, nempe *Clavem ſcientiæ*, & *Clavem poteſtatis*. Neque hanc diviſionem mirabere, cum ſimiles (licet non ejuſdem dignitatis, & excellentiæ) claves etiam Synagogæ conceſſas doceat Chriſtus, abuſum illarum Scribis, & Phariſæis interim exprobans. De Clave ſcientiæ ipſos increpat *Lucæ* 11. quod eam abſtulerint, & ſibi ſolis vindicaverint. *Væ vobis Legis peritis, qui tuliſtis clavem ſcientiæ; ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis.* De Clave poteſtatis. *Matthæi* 23. ait: *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite.* Clavem etiam jurisdictionis habuerunt; ſed ea pariter abuſi ſunt, ejicientes extra Synagogam eos, qui nomen Jeſu confitebantur. Quod ſi in Synagoga hæ claves conjunctæ fuerunt, quanto magis in Eccleſia eaſdem conjunctas eſſe oportet? Neque enim Chriſtus poteſtatem, quam dedit Apoſtolis, cæcam,

& temerariam eſſe voluit, alioqui alibi non dixiſſet: h. 15. *Sinite illos: Cæci ſunt, & duces cæcorum; cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.* Quin & ipſa vocabula remittendi, & retinendi, ligandi, & ſolvendi, claudendi, & aperiendi, indicant non ſolum auctoritatem illam, qua Chriſti miniſtri peccata remittunt, ac retinent, ſed etiam inter ligandos, ac ſolvendos diſcretionem, claves eſſe, hanc *Poteſtatis*, illam *Scientiæ* merito nuncupatam. Ambas illas claves in Chriſto conjunctas agnoſcimus. Ipſe eſt enim, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei ſunt abſconditi, qui ſolus docet hominem ſcientiam; qui ſolus dignus inventus eſt aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. Ipſe, cui dedit Pater judicium facere, & diſcernere inter paleam, & triticum; ipſe, de quo dixit Deus, Iſaiæ 42. *Dedi Spiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet... Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet; in veritate educet judicium.* Quamobrem & Apoſtolos, quos ſua poteſtate ornavit, ac pro ſe legatione fungi voluit, ambabus

quo Sacerdotes leprosos faciant, & immundos, sed quo habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere, qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum, vel immundum facit; sic & hic alligat, vel solvit Episcopus, & Presbyter, non eos, qui insontes sunt, vel noxii; sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit, qui ligandus sit, quive solvendus „ „.

Cum autem *Clavem scientiæ* dicunt Theologi ad sacrum judicium, sive in foro interno pœnitentiæ, sive in externo Ecclesiæ foro necessariam, non intelligunt clavis nomine scientiam ipsam, quæ mentis habitus est, vel acquisitus, vel infusus, sed auctoritatem exercendi actum scientiæ in sacro Tribunali, & judicio. Quæ quidem auctoritas quandoque sine scientia est, quandoque autem scientia sine ipsa; quod sæcularium judiciorum exemplo compertum est. Aliquis enim Judex sæcularis habet auctoritatem judicandi, qui non habet juris scientiam; & aliquis e contrario habet juris scientiam, qui non habet auctoritatem judicandi. Et quia judicium sine utroque rectum esse non potest, ideo auctoritatem judicandi sine peccato suscipere non potest, qui scientia destitutus est; ut observat *S. Thomas* in Supplemento, Quæst. 17. Art. 3. in Responsione ad secundum.

ARTICULUS V.

REGULÆ MORUM.

Circa necessitatem, & præceptum sacramentalis Confessionis.

REGULA I.

Unusquisque Christianus, cum ad annos discretionis pervenerit, id est, ad eam ætatem, qua rationis usum habere potest, & inter bonum, ac malum discernere, Confessionis lege tenetur.

Hæc Regula colligitur ex Concilio Lateranensi 4. Can. 21. cujus initium est: *Omnis utriusque sexus.*

Neque tamen ea ætas certo aliquo annorum numero definita eſt, (inquit Catechiſmus Concilii Trid.) „„ Sed illud univerſe ſtatuendum videtur, ab eo tempore Confeſſionem puero indictam eſſe, cum inter bonum, & malum diſcernendi vim habet, in ejuſque mentem dolus cadere poteſt. Nam cum ad id vitæ tempus quiſque pervenerit, in quo de ſalute æterna deliberandum eſt, tum primum Sacerdoti peccata confiteri debet; cum aliter ſalutem ſperare nemini liceat, qui ſcelerum conſcientia premitur „„.

„„ Optimæ vero conſuetudinis erit (*inquit* S. Carolus *in inſtructione* Confeſſorum) puellos, & puellulas, etiamſi ſex tantum annorum, accerſere, ut paullatim a prima ætate edoceantur, & ad hujus Sacramenti uſum, & cognitionem aſſuefiant. Obſervent Sacerdotes ſacramentalem eis Abſolutionem non largiri, in quibus materia non ſolet reperiri, nec talis rationis uſus, unde eos ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum capaces judicent. Qui vero ad ſeptem, aut octo annos pervenerint, pro modulo de neceſ-

ſancta Synodus perpetuo ſervandum eſſe decrevit. *Et Can.* 11. Ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem ſumatur; ſtatuit, atque declarat ipſa ſancta Synodus, illis, quos conſcientia peccati mortalis gravat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia Confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe Confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat „„. Idem docet Concilii Catechiſmus. „„ Quoties (*inquit*) aliquam rem tractare aggredimur, cujus tractatio homini peccatis contaminato non convenit; veluti cum Sacramenta adminiſtramus, aut percipimus, toties Confeſſio præmittenda eſt „„.

Quamvis autem Confeſſio venialium non ſit abſolute neceſſaria, monitum tamen *S. Caroli* in Inſtructione de Sacramento Communionis auſcultandum eſt. „„ Nec Sacerdoti (*inquit*) ſatis eſſe videatur, vacare a culpa mortali, ſed & a venialibus debet abſtinere, & de iis, ſi quæ ſint, confiteri. Licet enim ex ſe ipſis hominem a Sacrificio non removeant; fervorem tamen charitatis, guſtum, & conſolationem, quam Juſti horum peccatorum immunes ſentiunt, ſolent minuere; timendumque, ne dum talia peccata nonnulli negligunt, & cum iis celebrant, occultum aliquod peccatum mortale eos forſan lateat, in quod ex venialium negligentia inciderunt „„.

REGULA III.

Confeſſionis lege tenemur, quotics mortis periculum imminet.

Hanc Regulam tradit Concilii Trid. Catechiſmus. Ita *S. Thomas* in 4. Sentent. Diſt. 17. Qu. 3. A. 1. Quæſtiuncula 4. „„ Quia (*inquit*) ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis tenetur homo in hac vita implere, ideo ſi periculum mortis immineat, etiam

per ſe loquendo obligatur aliquis ad confeſſionem faciendam tunc, vel ad Baptiſmum ſuſcipiendum; & propter hoc etiam S. Jacobus ſimul præceptum edidit de confeſſione facienda, & Extrema Unctione ſuſcipienda „„. Hinc medicis præceptum eſt ſub pœna Excommunicationis, ut ad infirmos periculoſe decumbentes vocati, „ Ipſos ante omnia moneant, „ ut medicos advocent animarum „ Ita ſtatuit Concilium Lateranenſe 4. ſub *Innocentio III.* Can. 22. Eamdem conſtitutionem innovavit *Clemens V.* Pontifex Maximus in Concilio Ravennate 2. cap. 15. *de Pœnitentiis*, prohibuitque, ne medici ad infirmos vocati ulterius redeant, & eoſdem curare pergant; „ Niſi prius eis conſtiterit, quod infirmi prædicti me„dicum advocaverint animarum, & eis fuerit de ani„marum ſalute proviſum „. Eamdem Sanctionem confirmavit beatus Pontifex *Pius V.* Conſtitutione, quæ incipit, *Super gregem*, edita 8. Martii, anno 1566 cujus executionem imperat *S. Car.* in Conc. Mediolanenſi 2. Decreto 17. „„ Quod (*inquit*) ſum-

tinent. „„ Salutariter (*inquit*) ex doctrina Spiritus ſancti cautum eſt, Chriſti Fideles de peccatis confiteri debere, quotieſcunque rem, actionemve aliquam aggrediuntur, in qua præſens mortis periculum pertimeſcendum ſit. Quamobrem parochus curet, atque efficiat, ut præter id, quod *Pii V.* Conſtitutione, Decretoque provinciali de ægrotante ſancitum eſt, ſi quis etiam parochialis eo profecturus eſt, ubi ſit, aut peſtis, aut hæreſis, aut ubi nullam Confeſſarii copiam habere poſſit, aut ad bellum iturus ſit, aut pugnam initurus, aut iter infeſtum, navigationemque periculoſam facturus; antequam viæ, navigationive ſe committat, peccata confiteatur. Idem officium præſtet de mulieribus proxime parituris „„

REGULA IV.

Pium conſilium eſt peccata ſacramentaliter confiteri, quoties rem arduam, & difficilem aggredimur.

Hanc Regulam tradit *S. Carolus* in eodem Concilio; „„ Moneat quoque ſæpe numero Parochus, cohorteturque, ut quoties quis rem arduam, & difficilem, etiam in qua nullum mortis periculum extimeſcendum ſit, aggreditur, primo confeſſus, itidem faciat, ut tanto Sacramento corroboratus, (*ſcilicet Euchariſtia*) ſpe erectior fiat rei bene gerendæ „„

REGULA V.

Præceptum confeſſionis obligat, cum veremur, ne nos alicujus culpæ lethalis, quam admiſerimus, oblivio capiat; vel ne Confeſſarii copiam intra annum non habeamus, cui peccatum mortale, cujus forte rei ſumus, confiteri poſſimus.

Primam partem docet Concilii Trid. Catechiſmus; & merito; neque enim peccata confiteri poſſumus; quæ non meminimus; neque peccatorum veniam a Domino impetramus, niſi ea pœnitentiæ Sacramentum per confeſſionem deleat.

in Concilio generali ſub Innocentio III. Tum ut quilibet ſe peccatorum recognoſcat, quia *Omnes peccaverunt, & egent gratia Dei*; tum ut cum majori reverentia ad Euchariſtiam accedat; tum ut Eccleſiarum Rectoribus ſui ſubditi innoteſcant, ne lupus intra gregem lateat „ „.

Rom. 3.

REGULA VIII.

Quamvis annuæ Confeſſioni nullum certum tempus Eccleſiæ præcepto præfixum ſit, ratione tamen Communionis Paſchalis in Paſchate implendum eſt.

Confeſſionis præceptum.

Cum enim ad Euchariſtiam accedere nemini liceat, qui ſibi mortalis peccati conſcius fuerit, niſi Confeſſione ſacramentali prius fuerit expiatus; peccatique mortalis reus ſit, qui Eccleſiæ præceptum de annua Confeſſione contemnit, vel negligit; ſequitur illud in Paſchate impleri ab illis neceſſario oportere, qui intra annum eo chriſtianæ religionis, & obſervantiæ functi non ſunt officio; alioqui Eu-

eos, nisi resipiscant, ab Ordinario Censuris agendum esse declaramus „„. Et Concilium Bituricense anno 1584. „ Omnes Christiani cujuscunque sexus, pec„ catâ suâ, saltem semel in anno, ad diem Paschæ, „ proprio Sacerdoti confiteantur „. Ex veteris porro Ecclesiæ instituto, & consuetudine manavit usus Confessionis Paschali tempore a Christianis omnibus faciendæ, ut Pascha Domini sancte celebrarent, & digne Eucharistiam perciperent, ut constat ex *S. Joan. Chrysostomo*, Homilia 30. in Genesim, Antiochiæ habita in magna, seu sancta, ut vocatur, Hebdomada. „„ Qemadmodum (*inquit*) naucleri & cursores, & athletæ, ubi ad finem veniunt, magis emituntur, & vigilant, eodem modo & nos facere oportet; quia in magnam hanc pervenimus Hebdomadam Dei gratia, nunc maxime & jejunii cursus intendendus, magis continuandæ sunt preces, faciendaque diligens, & pura peccatorum Confessio „„.

Hanc Regulam, superioresque confirmat *S. Thomas*, Quodlibeto 1. Q. 6. A. 2. „„ Quidam (*inquit*) dixerunt, quod tenetur confiteri, quam cito opportunitas confitendi se obtulerit, ita quod si differat, peccat; sed hoc est contra rationem præcepti affirmativi, quod licet obliget semper, non tamen obligat ad semper, sed pro loco, & tempore; tempus autem implendi præceptum de Confessione videtur, quando imminet aliquis casus, in quo necesse est homini, quod sit confessus; puta si immineat ei mortis articulus, vel necessitas accipiendi Eucharistiam, aut sacrum Ordinem, vel aliquid hujusmodi, ad quod oportet hominem per Confessionem purgatam præparari; unde si aliquid horum immineat, & aliquis confiteri prætermittat, peccat, dummodo debita opportunitas adsit. Et quia ex præcepto Ecclesiæ omnes Fideles tenentur saltem semel in anno (præcipue in Festo Paschæ) Sacramenti Communionem accipere; ideo Ecclesia ordinavit ut semel in anno, quando imminet tempus accipiendi Eucharistiam, omnes Fideles confiteantur „„.

REGULA IX.

Optat vehementer Eccleſia, ut Fideles initio Quadrageſimæ ſacramentalem peccatorum Confeſſionem edant; ad idque ipſos ferventer adhortari Parochi, & Concionatores debent.

Hæc ſacri Concilii Trid. mens eſt, cum morem illum ſaluberrimum commendat Confeſſionis a Fidelibus faciendæ ſacro Quadrageſimæ tempore, *Seſſ.* 14. cap. 5. „ „ Jam (*inquit*) in univerſa Eccleſia cum ingenti animarum fructu obſervatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadrageſimæ; quem morem hæc ſancta Synodus maxime probat, & amplectitur tanquam pium, & merito retinendum „ „.

Et Canone 8. Anathemate ferit eum, qui dixerit: „ „ Confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti Fideles,

poſtremos illos Quadrageſimæ dies, quibus Sacerdotes, vel ob Myſteriorum celebritatem, aſſidua divinorum occupatione ab audiendis Confeſſionibus impediuntur; vel frequenti tunc concurſu Fidelium defatigati, ita in eo ipſo munere præſtando fere opprimuntur, ut tantum, tamque ſalutare Miniſterium in confertiſſima multitudine vix recte illis præſtare queant „„. Idem repetit in Inſtructionibus *de Sacramento pœnitentiæ*, & in inſtructionibus Confeſſorum.

Confirmatur iterum ex Concilio Bituricenſi anno 1584. celebrato, Tit. *de Pœnitentia, & ejus partibus*, Canone 10. „„ Qui curam animarum habent, veram confitendi rationem populo ſuo exponant, præſertim tempore Quadrageſimæ, & Adventus Domini, nec non circa ſolemniores Feſtivitates anni; & ab initio Quadrageſimæ confeſſiones incipiant audire, ut adveniente Feſto Paſchæ omnes Fideles Euchariſtiam ſuſcipiant „„.

Idem in Synodis pleriſque Provincialibus, & Dioceſanis ſtatutum eſt. Ita Statuta ſynodalia Eccleſiæ Trecenſis, apud *L. Bochellum*, lib. 2. Decretorum Eccleſiæ gallicanæ. „„ Sacerdotes frequenter moneant Laicos, & alios Parochianos ſuos venire ad Confeſſionem, & præcipue in principio Quadrageſimæ; quia jejunium, vel eleemoſyna facta ab illo, qui eſt in peccato mortali, parum prodeſt „„.

Odo Pariſienſis Epiſcopus in Synodo: „ Frequen„ ter Presbyteri moneant ad Confeſſionem, & præ„ cipue ab initio Quadrageſimæ inſtanter præcipiant „ venire generaliter ad Confeſſionem „.

Synodus Senonenſis anno 1524. „„ Quoniam hominum labilis eſt memoria, periculoſiſſimumque ſit diutius in peccato remanere mortali, ac etiam damnoſum, cum bona opera in mortali peccato ad ſalutem directe non proſint; ſtatuimus, ut Curati de cætero ex parte noſtra diligenter Parochianos ſuos moneant, & hortentur, ut ſua frequenter, & præſertim in Feſtis ſolemnibus, confiteantur peccata, in

Fe-

Feſto ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, in Feſto omnium Sanctorum, Natalis Domini, & Dominica prima Quadrageſimæ. Inſuper ſingulis diebus Dominicis Quadrageſimæ moneant, & inducant eoſdem Parochianos ſuos, ut nullus eorum, qui per annum confiteri diſtulit peccata ſua, uſque ad diem mercurii hebdomadæ ſanctæ confiteri differat; vel expectet, comminando eis, & dicendo: Quod ſi quis eorum abſque excuſatione notoria, & juſta ita confiteri diſtulerit, prædicto die elapſo non admittetur „„. Idem ſtatuit Synodus Carnotenſis anno 1526. celebrata.

Willelmus Pariſienſis Epiſcopus in Synodo ſtatuit: „„ Ut Presbyteri Parochianos ſuos moneant, & frequenter in Eccleſiis ſuis denuncient, quod omnes, ſaltem patresfamilias, & matres, ad Confeſſionem veniant ante Paſcha floridum; & qui in hoc negligentes fuerint, in pœnam uſque poſt Octavas Paſchæ ad Confeſſionem non admittantur, ſed uſque ad illud tempus a carnibus jejunabunt, ſicut in Quadrageſima „„.

Saluberrimam illam diſciplinam initio Quadrageſimæ confitendi commendat *Petrus Bleſenſis*, Sermone in die Cinerum. „„ Cum initio jejunii (*inquit*) debet eſſe initium confitendi. Unde in fine Quadrageſimæ de ablutione pedum diſcipulorum legitur: Joan. 13. 10. *Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus.* Non dixit: Qui lavandus eſt, ſed lotus; nec dixit: Niſi ut faciem, & pedes lavet, ſed tantum pedes. Ac ſi dicat: In principio jejunii debet quis criminalia peccata lavare, pure, & humiliter confiteri; in fine venialia, quæ contraxit „„.

Eamdem commendat, & obſervari jubet *Teodulfus* Aurelianenſis Epiſcopus in Capitulari ad Presbyteros ſuæ Diœceſis, anno 835. „„ Hebdomada una ante initium Quadrageſimæ Confeſſiones Sacerdotibus dandæ ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia jurgia ſedanda, & dimittere debent debita invicem de cordibus ſuis, ut li-

liberius dicant : *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Et ſic ingredientes in beatæ Quadrageſimæ tempus, mundis, & purificatis mentibus ad ſanctum Paſcha accedant, & per pœnitentiam ſe renovent, quæ eſt ſecundus Baptiſmus „ „.

REGULA X.

Qui ſola venialia admiſit, Confeſſionis annuæ præcepto nihilominus tenetur.

Confeſſionis præceptum.

Ita *S. Thomas*, in 4. Sent. diſt. 17. Q. 3. A. 1. Quæſtiuncula 3. ad primum. „ „ Quamvis (*inquit*) homo in hac vita poſt Baptiſmum naufragium evadere poſſit, quod eſt per peccatum mortale; non tamen poteſt evadere venialia, quibus ad naufragium diſponitur; contra quæ etiam pœnitentia ordinatur; & ideo manet pœnitentiæ locus etiam in illis, qui non mortaliter peccant; & per conſequens locus Confeſſionis. *Et ad tertium* : Ex vi (*inquit*) Sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, ſed ex inſtitutione Eccleſiæ, quando non habet alia, quæ confiteatur „ „. Accedit, quod multa ſint mortalia, quæ interdum a peccatoribus venialia exiſtimantur.

Quantumcunque ergo provectus ſit homo in vita ſpirituali, confiteri peccata ſua ſemel in anno tenetur ſub reatu peccati mortalis; & alias ſacramentalem Confeſſionem frequentare debent, qui ad Euchariſtiam frequenter accedunt, quantumvis in via interna provecti ſupponantur. Unde inter cæteros Michaelis Molinos errores ab Innocentio XI. merito hæc damnata eſt Propoſitio : „ „ Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt; & eo etiam perveniunt, ut ſint mortuæ, Deus Confeſſionem aliquando efficit impoſſibilem; & ſupplet ipſe tanta gratia præſervante, quantam in Sacramento reciperent; & ideo hujuſmodi animabus non eſt bonum in tali caſu ad Sacramentum pœnitentiæ accedere, quia id eſt illis impoſſibile „ „.

Propoſitio damnata.

REGULA XI.

Annuæ Confeſſionis præceptum ſacrilega Confeſſione non impletur.

Una enim, eademque Confeſſio a Deo, & ab Eccleſia præcipitur; Eccleſiæque præceptum determinatio eſt divini præcepti ad certum tempus. Nemo autem dixerit, ſacrilega Confeſſione divinum præceptum impleri. Deus enim Confeſſionem præcepit ex veræ, & ſinceræ pœnitentiæ affectu editam; adeoque conjunctam cum omnium peccatorum mortalium, quæ ſingulatim apud Sacerdotem deponit, *Contritione*, (ſaltem imperfecta,) *quæ eſt de eſſentia Sacramenti*, ut docet *S. Thomas*, Q. 8. Supplementi, Art. 2. ad primum; & quæ „ Primum locum tenet „ inter actus pœnitentiæ, fuitque quovis tempore „ ad impetrandam veniam peccatorum neceſſaria „, ut docet Tridentina Synodus. Quamobrem qui Confeſſionem invalidam fecit, ut Eccleſiæ præceptum implere videretur, non ſolum accuſare ſe debet de ſa-

ximus uſus in abluendo ; ita in Confeſſione ſacramentali, ad manifeſtandum ordinarie aſſumitur ille actus, quo maxime conſuevimus manifeſtare, ſcilicet proprium verbum. Alii autem modi ſunt inducti in ſupplementum iſtius (*inquit S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, *Diſt.* 17. *Q.* 3. *Art.* 4. *Quæſtiuncula* 3.) *Et Quodlibeto* 1. Q. 6. *Art.* 1. Ex inſtitutione Eccleſiæ (*inquit*) tenetur homo, qui poteſt, ut verbo confiteatur; non ſolum propter hoc, ut ore confitens magis erubeſcat, & qui ore peccavit, ore purgetur; ſed etiam, quia ſemper in omnibus Sacramentis accipitur id, cujus eſt communior uſus. Unde & in manifeſtatione peccatorum convenit uti verbis, quibus homines communius, & expreſſius ſuos conceptus ſignificare conſueverunt „ „. Et certe cum Sacerdos in pœnitentiæ tribunali ſedeat, ut judex vice Dei, jus habet interrogandi pœnitentem, ut cauſam ipſius, ac ſtatum omnino exploratum habeat; adeoque ore proprio reſpondere pœnitens debet. Hinc Trid. Concilium Seſſ. 14. c. 2. ait: „ „ Eos, qui ſe crimine aliquo poſt Baptiſmum contaminaverint, ante hoc tribunal tanquam reos ſiſti voluit Chriſtus, ut per Sacerdotum ſententiam, quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari „ „.

Per litteras, aut per internuntium abſenti Sacerdoti peccata confiteri non licet.

Confirmatur ex Canone, *Quem pœnitet*, Diſt. 1. *de Pœnitentia*, ubi de leproſis a Chriſto mundatis, & ad Sacerdotes miſſis dicitur: „ „ Præcepit Dominus mundandis, ut oſtenderent ora Sacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata; non per nuntium, aut per ſcriptum manifeſtanda; dixit enim: Ora monſtrate, & Omnes, non unus pro omnibus; non alium ſtatuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus a Moyſe ſtatutum; ſed, qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. In hoc enim, quod per ſeipſum dicit Sacerdoti, & erubeſcentiam vincit timore offenſi, fit venia criminis „ „. Qui Ca-

ab intra, & a nobis; & ideo quando non poſſumus uno modo, debemus, ſecundum quod poſſumus, confiteri „„; (*inquit S. Thomas* loco ſupra laudato in Reſponſione ad ſecundum.)

ARTICULUS VI.

De Conditionibus Confeſſionis.

Confeſſionis ſacramentalis conditiones ſexdecim vulgo numerantur his verſibus expreſſæ:

Sit ſimplex, humilis Confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Quæ conditiones ad quatuor, aut quinque capita brevitatis, & facilitatis cauſa revocandæ ſunt, ut ait *S. Carolus* in inſtructione Confeſſorum.

§. 1.

Confeſſio integra eſſe debet.

conſcientiæ ſuæ pondus exponere, medicinam ſalutarem ab ipſis exquirere. „ „ Quanto (*inquit*) & fide majores, & timore meliores ſunt, qui quamvis nullo ſacrificii, aut libelli facinore conſtricti; quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipſum apud Sacerdotem Dei dolenter, & ſimpliciter confitentes, Exomologeſim conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam parvis licet, & modicis vulneribus exquirunt „ „. Quod autem non ſpontanea tantum animi religione, ſed publica lege id officii lapſi præſtare deberent, ſequentia verba oſtendunt: „ „ Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres dilectiſſimi, dilectum ſuum, dum adhuc, qui deliquit, in ſæculo eſt, dum adhuc admitti Confeſſio ejus poteſt, dum ſatisfactio, & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt. Convertamur ad Dominum mente tota, & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Dei miſericordiam deprecemur „ „.

Idem docet *Origenes*, Homil. 3. in Leviticum. „ „ Eſt (*inquit*) aliquod in hoc mirabile ſecretum, quod jubet pronuntiare peccatum. Etenim omni genere pronuntianda ſunt, & in publicum proferenda cuncta, quæ egerimus, ſi quod in occulto egerimus, ſi quod in ſermone ſolo, vel etiam intra cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri. „ „.

Idem docet *S. Auguſt.*, Serm. 350. alias 50. inter Homilias 50. ubi loquens de pœnitentia pro illis peccatis, *quæ legis Decalogus continet*, & de quibus Apoſtolus ait: *Quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non poſſidebunt*; hæc habet: „ „ Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claves Eccleſiæ, quibus ſolvatur in terra, ut ſit ſolutus in cœlo, & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantum Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri? .. Judicet ergo ſeipſum homo in iſtis voluntate, dum poteſt, & mores convertat in melius; ne cum jam Gal. 5. 21.

non poterit, etiam præter voluntatem, a Domino judicetur. Et cum ipſe in ſe protulerit ſeveriſſimæ medicinæ, ſed tamen medicinæ ſententiam, veniat ad Antiſtites, per quos illi in Eccleſia claves miniſtrantur; & tanquam bonus jam incipiens eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito, a Præpoſitis Sacramentorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modum „ „.

Confeſſionem integram eſſe debere omnium peccatorum mortalium ſingulatim, conſtat & ex Canone Concilii 2. Cabilonenſis 22. „ „ Sed & hoc emendatione indigere perſpeximus, quod quidam, dum confitentur peccata ſua Sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, ut ex utriſque plena ſit Confeſſio; ſcilicet, ut ea confiteantur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea, quibus in ſola cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor, ut de

aperta, & verecunda Confeſſione a Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ memoria occurrunt, peccata Chriſti Fideles confiteri ſtudent, procul dubio omnia divinæ miſericordiæ ignoſcenda exponunt; qui vero ſecus faciunt, & aliqua ſcienter retinent, nihil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat „„

Circumſtantias peccati ſpeciem mutantes confiteri neceſſe eſt.

Ad integritatem quoque Confeſſionis pertinet circumſtantiarum, quæ ſpeciem peccati mutant, declaratio. Si quis enim hominem interemerit, explicandum eſt, utrum ille Sacris initiatus, an profanus fuerit. Item ſi cum muliere concubuit, aperiendum eſt, an Matrimonii lege libera ſit, an alterius uxor, an propinqua, aut alicujus voti ſponſione Deo conſecrata. Hæc enim diverſa peccatorum genera conſtituunt; primum quidem ſimplicis fornicationis, alterum adulterii, tertium inceſtus, quartum ſacrilegii. Furtum etiam in peccatis numerandum eſt; verum ſi quis rem ſacram furetur, malitiam furti cumulat ſacrilegio; ſimiliter ſi quis in loco ſacro occidat hominem, aut graviter percutiat, vel fornicetur, ſeu quodvis aliud peccatum luxuriæ perpetret. Hæ igitur circumſtantiæ ſunt enumerandæ; „„ Cum ſine illis peccata ipſa neque a pœnitentibus integre exponantur, nec judicibus innoteſcant; & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere „„; (inquit Tridentina Synodus ſeſſ. 14. cap. 5.) Quod fidei dogma eſt, quantum ad circumſtantias ſpeciem mutantes, ut conſtat ex can. 7. „„ Si quis dixerit, in Sacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe jure divino confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt contra duo ultima Decalogi præcepta, & circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, ſed eam Confeſſionem tantum eſſe utilem ad erudiendum, & conſolan-

ſolandum pœnitentem, & olim obſervatam fuiſſe tantum ad Sactisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle divinæ miſericordiæ ignoſcendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia; anathema ſit „„.

De his *Petrus Bleſenſis*, in Tr. de Confeſſione „„ Omnes (*inquit*) circumſtantias peccatorum is, qui confitetur, aperiat; cauſam, locum, tempus, modum, & quidquid menſuram reatus exaggerat. Sic enim B. Auguſt., (*ſeu potius Auctor libri de vera, & falſa pœnitentia, cap.* 14. *ſcribit*: Pœnitens ſuorum criminum exprimat qualitatem, in loco, in tempore, in perſeverantia, in varietate perſonæ, ut attendatur excellentia officii ſui, turpitudo operis; ſi in ſacro loco, ſi in die feſtivitatis, vel orationi conſecrata, aut jejunio; quanta tentatione impulſus ſit. Et ut gratia evidentiæ ponamus hujus rei exemplum; qui fornicatur, non ſolum ſuam, ſed illius animam perimit, quam in conſenſum, & participium ſuæ iniquitatis alle-

quis aureum numum furetur, levius omnino peccat, quam is, qui centum, vel ducentos, vel ingentem aliquam auri vim, præſertim vero, qui ſacram pecuniam abſtulit. Quæ etiam ratio ad locum, & tempus pertinet. Hæc igitur enumeranda ſunt; quæ vero pravitatem rei magnopere non augent, ſine crimine omitti poſſunt „„. Cenſet igitur Eccleſia, cujus doctrina cenſenda eſt, quæ in illo Catechiſmo traditur, circumſtantias illas, quæ pravitatem facinoris magnopere augent, ſine crimine omitti non poſſe. Hinc *S. Carolus Borromæus*, in Inſtructionibus Confeſſorum, a quarta Synodo provinciali Mediolanenſi approbatis, monet confeſſarium apprime ſcire debere „ Circumſtantias peccati ſpeciem „ mutantes, aut augentes; nam hæ duæ circumſtantiarum ſpecies debent neceſſario explicari „„. Verbi grat. vir conjugatus, qui commiſit adulterium cum aliena conjuge, debet circumſtantiam illam confiteri, quæ tametſi peccati ſpeciem non mutet, certe plurimum auget malitiam. Qui commiſit inceſtum, explicare debet, in quo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis conjunctus ſit cum muliere, cui ſtuprum intulit. Qui puellam alteri pactam, & ſponſaliorum ſolemni ritu deſtitutam violavit, circumſtantiam illam tenetur exprimere, quæ plurimum auget gravitatem facinoris, facitque, ut proxime ad adulterium accedat. Qui furatus eſt pecuniæ ſummam, aut rei ablatæ naturam, quantitatem, & pretium declarare tenetur quantum poteſt. Qui lethalia peccata ex habitu, & conſuetudine commiſit, circumſtantiam conſuetudinis explicare debet. Unde *Innocent. XI.* Pontifex maximus hanc inter alias ſexaginta quinque Propoſitionem damnavit 58. „ Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus „ conſuetudinem „. Et certe ratio, qua Concil. Tridentinum probat, circumſtantias peccati ſpeciem mutantes in Confeſſione aperiendas eſſe, probat pariter illas oportere declarari, quæ intra eamdem ſpeciem plurimum augent malitiam, ſcilicet „„ Quod

fiae

ſine illis peccata ipſa, neque a pœnitentibus integre exponantur, nec judicibus innoteſcant; & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere „„. Congruam namque pœnitentiam ſpectatis peccatorum circumſtantiis imponendam, ſacri Canones ſtatuunt. *Innoc. III.* cap. *Deus qui*, Extra, de pœnitentiis,& remiſſionibus: „„ Conſideratis (*inquit*) circumſtantiis omnibus, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout ſaluti eorum videritis expedire. *Et cap. Omnis utriuſque*, *ibi.* Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumſtantias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat illi præbere conſilium, & cujuſmodi remedium adhibere diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum „„.

Hæc ſententia probabilior, & tutior eſt, & in praxi omnino ſequenda. Nec *S. Thomam* in aliam opinionem iturum exiſtimo, ſi poſt Tridentinam Synodum, & ejus Catechiſmum ab Eccleſia approbatum, & Paſtoribus traditum ſcripſiſſet, quamvis in 4. *Sententiarum*, diſt. 16. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 5. rotunde aſſeruerit, quod „„ Circumſtantiæ aggravantes, quæ aliam ſpeciem peccato non tribuunt, (vel quæ tribuunt quidem, ſed non mortalis peccati) non ſunt de neceſſitate Confeſſionis; tamen eaſdem confiteri, perfectionis eſt; ſicut de venialibus dictum eſt „„. Idemque confirmat Opuſculo 12. ad Lectorem Biſuntinum, quæſt 6. Nemini Thomiſtæ religioni ſit, ab ea *S. Thomæ* opinione diſcedere, quam junior propugnavit, & quam ipſum ejuraturum fuiſſe, ac retractaturum veriſimile eſt, ſi poſt Synodum Tridentinam ſcripſiſſet. Unde ſelecti ex Ordine Dominicano Theologi, qui Conc. Catechiſmo adlaborarunt, contrariam opinionem aſſeruerunt Eccleſia approbante; & *Dominicus Soto*, qui Concilio magna cum eruditione, pietatiſque laude interfuit, illam propugna-

ire non dubitavit in 4. *Sententiarum*, dist. 18. . 2. art. 4 „ „ Pro mea (*inquit*) ingenii tenuita- tuerem septimam conclusionem: *Omnis ci-* antia notabili modo ad judicium sapientis ag- ns peccatum, sive mutet, sive non mutet spe- est necessario confitenda „ „. Hancque anti- im Theologorum sententiam fuisse ait. Et li- . *Thomas* contrarium scripserit in 4. *Sententia-* cum junior esset, *Forte esse in Summa, quæ suum ostremum testamentum, sententiam mutasset.*

integritatem Confessionis pertinet multo ma- it gradus malitiæ, & qualitas individua peccati natur. Unde, qui copulam habuit cum mulie- trimonii lege soluta, integram Confessionem acit, dicendo se grave peccatum contra casti- cum soluta commisisse. Idcirco *Alexander VII.* plurimas alias Propositiones hanc damnavit or- 5. „ „ Qui habuit copulam cum soluta, sa- t confessionis præcepto, dicens: Commisi cum grave peccatum contra castitatem, non expli- copulam „ „.

Propositio damnata.

integritatem denique Confessionis pertinet, ut rus peccatorum, quoad fieri potest, explicetur. ui pudore impediti, vel timore deterriti, pec- onfitear non audent, Confessarius ipsis animos : debet, & monere, nihil esse, quod vitia sua e vereantur, neminem hominem esse, qui in- , fragilisque non sit, & in gravia peccata ca- ion possit; Sacerdotem hominem esse pœni- us similem peccatorem, qui compati sciat pec- bus; Christum non Angelis, sed hominibus ad- randæ pœnitentiæ auctoritatem commisisse, ne es peccata sua detegere vererentur iis, qui a ad peccandum proclivitatem habetent. Pu- , & cruciatum æternum temporali pudore, lore redimi Eos, qui stulta quadam verecun- ccatum aliquod mortale, aut circumstantias m peccati mutantes, vel aggravantes in Con- e studiose omittunt, pudore suffendendos co-

Nec pudore, nec timore, deterreri debent peccatores ab integritate Confessionis.

ram

ram Chriſto, & Angelis ejus, omnibuſque Sanctis, quibus eorum peccata in ſupremi judicii die manifeſta erunt. Timendum non eſſe, cum ſe non habeat confeſſio pœnitentium ut confeſſio reorum coram ſæculari judice; iſtos torqueri, ut crimen fateantur, confeſſos ad patibulum duci; illos Dei benignitate, & patientia ad peccatorum Confeſſionem invitari; confeſſos abſolvi, & in Regnum cœlorum recipi. Eo ſpectat præclarus *Tertulliani* locus, lib. *de Pœnitentia*, cap. 10. „„ Pleroſque (*inquit*) hoc opus, aut publicationem ſui ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores quam ſalutis; velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Intolerandum ſcilicet pudori, Domino offenſo ſatisfacere, ſaluti productæ reformari. Ne tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero ſubducens. Ego rubori locum non facio, cum plus de detrimento ejus aquiro.

ferum eſt ſecari, & cauterio exuri, & pulveris alicujus mordacitate cruciari; tamen quæ per inſuavitatem medentur, ea & emolumento curationis offenſam ſui excuſant, & præſentem injuriam ſuperventuræ utilitatis gratia commendant „ „.

Ad malum illum pudorem vincendum pariter opem ferent *S. Auguſtini* verba, locum illum Pſ. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra te faciem tuam*, explicantis: „ „ Quando (*inquit*) Deus manifeſtus veniet, Deus noſter, & non ſilebit: *Arguam te.* Et quid tibi faciam arguendo te? Modo te non vides, facio, ut videas te. Quia ſi videres te, & diſplicores tibi, placeres mihi; quia vero non te videns placuiſti tibi, diſplicebis, & mihi, & tibi; mihi, cum judicaberis; tibi, cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? *Conſtituam te ante faciem tuam.* Quid enim vis latere te ipſum? In dorſo tuo tibi es, non te vides; facio, ut te videas; quod poſt dorſum poſuiſti, ante faciem ponam; videbis fœditatem tuam, non ut corrigas, ſed erubeſcas. Modo ergo tu fac, quiſquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te a tergo tuo, ubi te videre non vis diſſimulans a factis tuis, & conſtitue te ante te. Aſcende tribunal mentis tuæ, eſto tibi judex, torqueat te timor, erumpat a te Confeſſio, & dic Deo tuo: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper.* Quod erat poſt te, fiat ante te; ne tu poſtea a Deo judice fias ante te, & non ſit, quod fugias a te „ „. Pſalm. 50.

S. Bernardus, Serm. 104. *de Diverſis* quatuor impedimenta confeſſionis recenſet, & quomodo removenda ſint, docet. „ „ Quatuor ſunt, (*inquit*) quæ impediunt confeſſionem, pudor, timor, ſpes, deſperatio. Quoſdam enim impedit pudor, qui ſcilicet pro ſola confuſione dicere erubeſcunt peccata, quæ commiſerunt. De quo per Salomonem dicitur: *Eſt confuſio adducens peccatum.* Quo contra de his, qui confitentur, iterum dicitur: *Eſt confuſio adducens gloriam.* Alios impedit timor. Timent enim ſi confiteantur, Eccli. 4.

Quatuor Confeſſionis impedimenta quomodo removenda.

fiteantur, ne gravis eis pœnitentia injungatur; &
Job 6. hos arguit Job dicens: *Qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix.* Sunt autem nonnulli, qui in hoc mundo adhuc aliquid concupiſcunt, nec putant ſe adepturos, quod deſiderant, ſi hominibus, quales ſint, innoteſcant. Horum confeſſionem impedit ſpes, id eſt, cupiditas potiendi deſiderii; talibus comminatur Dominus in Evangelio: *Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus!* Sunt item alii, qui nihil horum verentur, ſed ſolum hoc timent, quia poſt peccatorum confeſſionem ab ipſis abſtinere minime poſſent. Et his obeſt deſperatio. Quibus non incongrue illud poteſt aptari: *Peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnit.* Fit vero nonnunquam, ut hæc omnia ſimul confeſſionem impediant. Sed qui quatuor his malis premitur, recte jam in monumento jacet, & velut ille Evangelicus Quatriduanus fœtet. Scriptum eſt enim: *A mortuo, velut qui non ſit, perit Confeſſio.* Quod ſi is mortuus eſt, qui non confitetur, utique reviviſcet, qui confite-

Matth. 24.

Prov. 18.

Eccli. 17.

rabiliora; ad quorum comparationem quidquid in hoc mundo desiderari potest, modicum est, & incertum, & ut ita dicam, momentaneum. Ita contra desperationem vincendi peccatum tria sunt remedia. Primum est, vigor ipse propositi boni, quem assumit ex Confessione. Secundum est gratia Dei, quam meretur ex humilitate. Tertium est auxilium, quod ex ejus habet, cui confitetur, compassione „„ Fortis est, quæ hæc impedimenta removet, Confessio; fortis (inquam) quæ pudorem, timorem, spem, desperationemque vincit.

§. II.

Confessio simplex, & nuda esse debet.

Confessionis simplicitas.

Altera Confessionis conditio est, ut nuda, simplex, & aperta sit, non artificiose composita, ut a nonnullis fit, qui potius vitæ suæ rationem exponere, quam peccata confiteri videntur. Ea enim Confessio esse debet, quæ nos tales Sacerdoti aperiat, quales nos ipsos novimus, certaque pro certis, ac dubia pro dubiis demonstret. Quod si vel peccata non recensentur, vel alieni a re, quam tractamus, sermones inseruntur, perspicuum est, ipsam hac virtute carere. Cum tamen narrantur a pœnitente quædam ad peccata, & eorum circumstantias minime spectantia, eo consilio, ut peccata sua detegat, ut fit ab hominibus rudioribus, & mulierculis imperitis, non vitiatur propterea Confessio; sed prudens Confessarius auctor esse debet, quamtum fieri potest, ut superfluæ narrationes, & quæ ad rem non pertinent, resecentur. Ut vero id simplicibus, & rudioribus condonatur, ita in iis damnandum est, qui probe instituti, non superfluas solum, sed vanas narrationes Confessionibus suis inserunt. Quam pervesitatem *S. Bernard.* Serm. 16. *in Cantica*, his verbis insectatur: „„ Quamquam & de his, qui religiose vestiti, & Religionem professi sunt, nonnunquam audivimus aliquos reminiscì, & jactare impudentissime

mala ſua præterita, quæ (verbi gratia) aliquando vel fortiter gladiatorio, vel argute litteratorio geſſere conflictu, ſeu aliud quid ſecundum mundi quidem vanitatem favorabile, ſecundum animæ vero ſalutem nocivum, pernicioſum, damnoſum. Sæcularis adhuc animi indicium eſt hoc; & humilis habitus, qui geſtatur a talibus, non ſanctæ novitatis eſt meritum, ſed priſcæ vetuſtatis operculum. Nonnulli talia quaſi delendo, & pœnitendo rememorant, ſed gloriam intentione captantes, commiſſa ſua non diluunt, ſed
Galat. 6. 7. ſe ipſos illudunt; nam *Deus non irridetur.* Veterem hominem non exuunt, ſed novo palliant. Non proditur, aut projicitur vetus fermentum illa Confeſſione, ſed ſtatuitur. Pudet reminiſci quorumdam tantam proterviam, ut non pudeat eos cum exultatione lugenda jactitare, quod & poſt ſuſceptum ſanctum habitum callide quempiam ſupplantaverint, & circumverint in negotio fratrem; aut quod talionem pro convitio, vel maledicto, id eſt, malum pro malo, aut maledicto audacter reddiderint „„.

vulnerati celatur vulnus „ „ ; (inquit *S. Auguſt.* Enarratione 2 in Pſ. 31.) Eo etiam ſpectat Canon, *Non eſt*, cauſa 15. qu. 1. ſumptus ex *S. Ambroſio* lib. 1. *de Jacob, & Vita beata*, c. 3. cujus hæc ſunt verba: „ „ Non eſt, quod cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam, niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit; non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus; voluntaria tantum commiſſa ſequitur invidia, quod in alios derivemus. Voluntarium ſibi militem elegit Chriſtus, voluntarium ſervum ſibi diabolus auctionatur. Neminem jugo ſervitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære ei vendiderit. Quid carnem velut infirmam accuſamus? Membra noſtra arma ſunt iniquitatis, & arma juſtitiæ... Affectus igitur, non caro ductor eſt culpæ; caro autem voluntatis miniſtra. Non ergo vendat nos voluntas noſtra „ „.

Excuſationem peccati iniquam eſſe, & a diabolo ſuggeri, docet *S. Auguſtinus*, Serm. 20. alias 3. ex editis a Sirmondo: „ „ Neminem (*inquit*) quæras acculare, ne acculatorem invenias, a quo te non poſſis defendere. Nam & ipſe inimicus noſter diabolus, quando accuſatur, gaudet; & vult omnino, ut accuſes illum, vult ipſe, ut a te ferat, qualem volueris, criminationem, cum tu perdas confeſſionem „ „. Et Sermone 29. alias de Diverſis 3. „ „ Eſt etiam ſalubris Confeſſio peccatorum. Unde audivimus in Pſalmo, qui primo lectus eſt: *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium continentiæ circa labia mea, ut non declinet cor meum in verba maligna, ad excuſandum excuſationes in peccatis.* Cum vis eſſe excuſator tuus, triumphat de te accuſator tuus. Vis ergo facere, quod doleat, & gemat accuſator tuus, id eſt diabolus? Fac, quod audiſti, fac, quod didiciſti, & dic Deo tuo: *Ego dixi, Domine, miſerere mei, ſana animam meam, quoniam peccavi tibi.* Ego, inquit, dixi; non diabolus, non fortuna, non fatum. Ego dixi, non me excuſo, ſed accuſo. Ego dixi, Domine, miſerere mei, ſana

Peccata minime excuſanda.

Pſal. 140.

Pſal. 40.

animam meam. Unde enim ægrotat? Quoniam peccavi tibi „ „.

De Confeſſionis humilitate hæc docet Conc. Trid. Catechiſmus p. 2. *de Sacramento pœnitentiæ* §. 79. „„ Imprimis autem reprimenda eſt quorumdam ſuperbia, qui ſcelera ſua excuſatione aliqua vel defendere, vel minora facere nituntur. Nam exempli cauſa, cum aliquis fateatur ſe ira vehementius fuiſſe commotum; ſtatim hujus perturbationis cauſam in alium confert, a quo prius injuriam ſibi factam eſſe queritur. Monendus itaque eſt, hoc elati animi, & hominis peccati ſui magnitudinem, vel deſpicientis, vel plane ignorantis, ſignum eſſe; tum vero ejuſmodi excuſationis genus ad augendum potius, quam minuendum peccatum pertinere. Nam qui ita factum ſuum probare contendit; hoc videtur profiteri, ſe tunc patientia uſurum eſſe, cum a nemine injuria lædetur, quo quidem nihil homine chriſtiano indignius eſſe poteſt. Etenim cum illius vicem dolere maxime debuerit, qui injuriam fecit; tamen non peccati pravitate commovetur, ſed fratri iraſcitur; at cum ei præclara occaſio oblata fuerit, ut Deum patientia colere, & fratrem manſuetudine ſua corrigere poſſit, ſalutis materiam ad perniciem ſuam convertit „ „.

Conditionem illam Confeſſionis, aliaſque adjunctas, diſerte, ac pie *S. Bernardus* explicat, Serm. 16. in Cantica. „„ Omne (*inquit*) quod remordet conſcientiam, confitere humiliter, pure, fideliter .. Eſt Confeſſio eo periculoſius noxia, quo ſubtilius vana, cum ipſa etiam inhoneſta, & turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles ſumus, ſed ut eſſe putemur. Appetere autem de humilitate laudem, humilitatis eſt non virtus, ſed ſubverſio. Verus humilis vilis vult prædicari. Gaudet contemptu ſui, hoc ſolo ſane ſuperbus, quod laudes contemnit. Quid perverſius, quidve indignius, quam ut humilitatis cuſtos Confeſſio ſuperbiæ militet, & inde velis videri melior, unde videris deterior? Mirabile jactantiæ genus, ut non poſſis putari ſanctus, ſi non

ap-

appareas ſceleratus ! At talis Confeſſio ſpeciem habens humilitatis, non virtutem, non ſolum veniam non meretur, ſed & provocat iram. Numquid profuit Saul, quod ſe ad increpationem Samuelis peccaſſe confeſſus eſt? Culpabilis proculdubio fuit illa Confeſſio, quæ culpam non diluit. Quomodo enim humilem contemneret Confeſſionem humilitatis Magiſter, & cui humilibus dare gratiam certe ingenitum eſt? Omnino non poterat non placari, ſi quæ in ore ſonuit, in corde radiaſſet humilitas „„.

„„ Oportet autem eſſe & ſimplicem. Non intentionem (forte quia latet homines) excuſare delectet, ſi ſit rea; nec levigare culpam, quæ gravis eſt; nec alieno adumbrare ſuaſu cum invitum nemo coegerit. Primum illud non Confeſſio eſt, ſed defenſio, nec placat, ſed provocat. Sequens monſtrat ingratitudinem, & quo minor reputatur culpa, eo & gloria minuitur Indultoris. Sed enim minus libenter beneficium datur, quod minus grate, minuſve neceſſarie provenire ſentitur. Veniam proinde ſibi abjudicat, qui munus largitoris attenuat; quod quidem omnis, qui reatum ſuum verbis alleviare conatur, facit. Jam a poſtremo primi hominis dehortetur exemplum, nec culpam ſiquidem diffitentis, nec tamen conſequentis veniam, non dubium, quin ob reatus mulieris admixtionem. Genus excuſationis eſt, cum argueris tu, alium incuſare. Porro excuſare te velle, quando corriperis, quam ſit non modo minime fructuoſum, ſed & pernicioſum, S. David interroga: *Verba* nempe *malitiæ excuſationes in peccatis* appellat, ne ſe ita declinet cor ſuum rogans, & ſupplicans. Merito quidem; in animam etenim ſuam peccat, qui ſe excuſat, repellens proinde a ſe indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi proprio ore intercludens. Et quænam major malitia, quam propriam armari in ſalutem, & linguæ tuæ temetipſum mucrone confodere „„? Pſalm. 140.

„„ Sit autem & fidelis Confeſſio, ut confitearis in ſpe, de indulgentia penitus non diffidens, ne tuo

te ore non tam juſtifices, quam condemnes. Judas certe proditor Domini, & Cain fratricida confeſſi
Matth. 27. ſunt, & diffiſi ſunt. Alter, *Peccavi*, inquit, *tradens*
Gen. 4. *ſanguinem juſtum*; alter, *Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear*; & verax licet, nihil eis profuit infidelis Confeſſio „„. Hæc *S. Bernardus.*

Humilis, & accuſans Confeſſio id nobis procurat commodi, quod diabolo ſalutis noſtræ hoſti os occludat, ne ultra nos coram divino tribunali accuſa-
Iſai. 43. 16. ſecundum Verſ. 70. re poſſit. Hinc a Propheta dictum eſt: *Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Nam, ut ait *Origenes* Homil. 3. in Leviticum: „„ Præventus diabolus in accuſatione, ultra nos accuſare non poterit; & ſi ipſi noſtri ſumus accuſatores, proficit nobis ad ſalutem; ſi vero expectemus, ut a diabolo accuſemur, accuſatio illa cedit nobis ad pœnam „„. Ad Confeſſionis humilitatem altera quoque conditio revocatur, nempe, ut verecunda ſit, modeſtiſque verbis concepta.

§. IV.

contra charitatem, utpote alienæ famæ violatio, qua de re inferius agetur.

§. V.

Confessio debet esse secreta.

Illud vero tum confitenti, tum Sacerdoti maxime laborandum est, ut eorum sermo in Confessione secreto habeatur; idque petitur ex conditione fori, in quo de arcanis conscientiæ agitur (inquit *S. Thomas.*) Quare fit, ut nemini omnino neque per litteras, neque per nuntium confiteri liceat, ut superius diximus. Hinc publicam peccatorum occultorum Confessionem Ecclesia prohibuit. Qua de re *S. Leo* Epist. 136. alias 81. ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos, cap. 2. scribit: „„ Illam etiam contra apostolicam Regulam præsumptionem, quam nuper cognovi, a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri; ne videlicet de singulorum peccatorum genere libello scripta professio publicetur; cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari Confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur; tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare; removeatur tam improbabilis consuetudo; ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa Confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis „„. Hinc S. Synodus Tridentina, sess. 14. cap. 5. „„ Quoad modum (*inquit*) confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis

Confessio secreta.

ce Archangeli, & a verbo aſpero. Contremiſco a dentibus beſtiæ infernalis, a ventre inferi, a rugientibus præparatis ad eſcam; horreo vermem rodentem, & ignem torrentem; horreo tenebras exterio-
Jerem. 9 1. res. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum*, ut præveniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, & manuum, pedumque dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, urentium, nec conſumentium? Qui ſic afficitur, ſenſum proculdubio recuperavit, & in duplici metu iſto, itemque pudore illo æque duplici habeo oſcitationes quatuor. Tres, quæ reſtant ex voce Confeſſionis adjiciet „„. Conditionis hujus defectum ſpectat *Hugo a S. Victore* lib. 2. *de Sacramentis*, P. 14. cap. 1. „„ Quidam, *inquit*, ſine aliquo timoris, vel amoris Dei attractu, pro ſola conſuetudine explenda, ad dicenda peccata ſua ſe ingerunt, exiſtimantes ſe propter ſolam verborum prolationem a debito peccatorum abſolvi; quibus recte dicitur, prius flendum eſt, poſt confitendum „„. 4

hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam, ut Deus. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus „„ Peccat ergo mortaliter, adeoque absolvi non debet, qui non vult suscipere *Condignam satisfactionem* a Sacerdote impositam, ut docet *S. Bonaventura* in 4. *Sententiarum*, dist. 16. part. 1. dub. 6. Condignam ait, si Sacerdos professionem vitæ monasticæ, aut votum castitatis perpetuæ alicui injungeret, aliave opera, quæ cum illius peccatis proportionem non habent, aut vires illius forte superant, vel secundum præsentem illius statum fieri non possunt absque offensione aliorum; ut si mulieri conjugatæ, aut puellæ sub parentum cura positæ, extraordinarias abstinentias, jejunia, peregrinationes, aut aliquam in muliebri cultu singularitatem, præter conditionis illarum decorem, & patriæ mores, legi Dei, Ecclesiæ statutis, Principum sanctionibus non repugnantes imponeret, pœnitens non teneretur parere Confessario, nec eam satisfactionem suscipere. Cum enim dicimus suscipi debere a pœnitente opera satisfactionis, quæ a Sacerdote Confessionem illius excipiente imponuntur: „„ Intelligendum est de his, quæ Sacerdos, in quantum habet clavem scientiæ, & auctoritatis per divinum judicium, & non secundum humanum errorem injungit; introitus autem in Religionem, cum sit voluntatis, non potest alicui injungi; & si aliqui Canones injungere inveniantur, magis est consilium, quam præceptum; qualibet enim pœnitentia taxata levissima Religio est major satisfactio; in quantum homo abdicat propriam voluntatem, qua nihil est homini charius „„, (inquit *S. Thomas* in 4. *Sententiarum*, dist. 14. in Expositione Textus.) Rem illustrat *S. Antoninus* 3. part. tit. 14. cap. 18. §. 19. „„ Si pœnitens (*inquit*) dubitat non posse implere, debet declarare Confessori, & Confessor debet injungere talem, quam credat eum servaturum. Tripliciter autem Confessor imponit pœnitenti aliquid; uno modo per modum con-

Quæ satisfactiones a pœnitente necessario suscipiendæ.

conſilii, & exhortationis, ſicut cum admonet eum, ut quotidie oret, det indigentibus eleemoſynas, &c. ad iſta non tenetur ex neceſſitate. Alio modo per modum declarationis communis obligationis, ſicut declarando, quod reſtituat ablata, communicet in Paſcha, ſatisfaciat læſo; & iſta ſi non obſervat, evacuat ſibi fructum factæ Confeſſionis; non tamen propter hoc tenetur iterum confiteri, nec committit peccatum inobedientiæ ſpeciale non obediendo Sacerdoti. Tertio modo per ſpecialem ſatisfactionem, per commiſſionem; & ad iſtam tenetur ex præcepto, alias eſt tranſgreſſor, & committit ſpeciale peccatum inobedientiæ. Si tamen injungeret Sacerdos alicui, quod intraret Religionem, vel non contraheret, & hujuſmodi, non tenetur eam acceptare „„.

Satisfactionis omiſſio, & commutatio.

Addit ibidem S. Antoninus: „„ Pœnitentiam autem, ſeu ſatisfactionem, quæ ſibi imponitur a Confeſſore, facere debet; nam ſi ex negligentia omittit, cum propoſito non ſatisfaciendi id, quod ſibi eſt injunctum pro mortalibus, mortaliter peccat; & ſi

peccatis ſuis debitas in purgatorio ſubituros, divinæ juſtitiæ ſeſe ſubmittere; impoſitam a Sacerdote pœnitentiam citra crimen omittere ſe poſſe. Illos enim, qui ita ſunt affecti, & hic pœnitentiam agere negligunt, non purgatorii pœnis expiandos, ſed pœnis inferni damnandos, docet *S. Cæſarius* Arelatenſis Epiſcopus, Serm. 37. inter Auguſtinianos alias 41. *de Sanctis*, nunc 104. in Appendice. „ „ Illi autem (*inquit*) qui capitalia crimina committunt, ſi quamdiu vivunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerunt, ad illum ignem, de quo dicit Apoſtolus: *Ipſe tamen ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, venire non potuerunt; ſed magis illam duram, & irrevocabilem ſententiam audituri ſunt: *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum.* Et ideo, qui ab iſta perpetua pœna, & ab illo purgatorii igne deſiderant liberari, crimina capitalia non admittant, aut ſi jam commiſerunt, fructuoſam agant pœnitentiam, & illa parva, vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non deſiſtant „ „ Sed etſi purgatorii pœnis addicendi tantum eſſent, qui condignam pœnitentiam hic agere, ſatisfactionemque a Sacerdote impoſitam implere neglexerunt, nemo tamen dicat: „ „ Non pertinet ad me, quamdiu moras habeam ſi tamen ad vitam æternam perfexero; nemo hoc dicat, Fratres chariſſimi, quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid poteſt in hoc ſæculo pœnarum aut cogitari, aut videri, aut ſentiri „ „; (inquit S. Cæſarius.)

nis impoſitæ grave peccatum.

1. Cor. 3.

Matth. 25.

§. VIII.

Confeſſio frequens, & accelerata.

Confeſſio denique debet eſſe *Frequens*, & *accelerata*, quæ tamen poſtremæ conditiones non ſunt omnino neceſſariæ, ſed optandæ, & peccatoribus ſuadendæ, ut ajunt *SS. Thomas*, & *Antoninus*. Frequens eſſe debet, ut qui frequenter cadit, frequenter per Confeſſionem reſurgat, ut habetur Can. *Septies*, diſt. 3. *de Pœnit.* Accelerata autem eſſe debet;

Confeſſionis frequentia, & promptitudo.

bet, ut ſi ſtatim non confiteatur, qui lethalis peccati ſibi conſcius eſt; non tamen Confeſſionem nimis procraſtinet, vel ad mortem differat. Hæc enim dilatio ex impœnitentia eſt, quam lethale peccatum eſſe nemo negaverit. Hinc Eccleſia ſuſpectam ſemper habuit eorum pœnitentiam qui eam ad mortem uſque diſtulerant, interdum illis Communionem, imo & Abſolutionem negavit, qui in mortis diſcrimine poſiti ſigna pœnitentiæ dare, & Sacramenta poſtulare cœpiſſent. Qua de re *S. Cyprianus* Epiſt. 52. ad *Antonianum*, ex Eccleſiæ Africanæ ſententia ita ſcribit: „„ Pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis, & pacis, ſi in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum „„.

Eccleſia ſuſpectam ſemper habuit eorum pœnitentiam, qui ad mortem uſque illam procraſtinaverant.

voluntate ſua currat ad Baptiſmum, ſive in periculo conſtitutus baptizetur, & exeat de hac vita, ad Dominum vadit, ad requiem vadit. Qui egerit veraciter pœnitentiam, & ſolutus fuerit a ligamento, quo erat conſtrictus, & a Chriſti corpore ſeparatus; & bene poſt pœnitentiam vixerit, ſicut ante pœnitentiam vivere debuit, poſt reconciliationem quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, Regno Dei non privabitur, a populo diaboli ſeparabitur. Si quis autem poſitus in ultima neceſſitate ægritudinis ſuæ, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus, quod petit, ſed non præſumimus, quia bene hinc exit. Non præſumo, non vos fallo. Fidelis bene vivens ſecurus hinc exit. Baptizatus ad horam, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam, & reconciliatus; cum ſanus eſt, & poſtea bene vivens, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus... Pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum... Non ſolum poſt pœnitentiam ab iſtis vitiis ſe homo ſervare debet, ſed & ante pœnitentiam, dum ſanus eſt; quia ſi ad ultimum vitæ ſteterit, neſcit, ſi ipſam pœnitentiam accipere, ac Deo, & Sacerdoti peccata ſua confiteri poterit... Numquid dico: Damnabitur? Non dico. Sed nec dico etiam: Liberabitur. Vis te dubio liberare? Vis, quod incertum eſt, evadere? Age pœnitentiam, dum ſanus es. Si ſic agis, ſecurus es. Quare ſecurus es? Quia egiſti pœnitentiam eo tempore, quo & peccare potuiſti. Si autem tunc vis agere pœnitentiam ipſam, quando jam peccare non potes; peccata te dimiſerunt, non tu illa... Ergo dimitte incertum, tene certum „ „.

Non minus luculenter Auctor Sermonis inter Auguſtinianos alias 57. *De tempore*; nunc 255. in Appendice: „ „ Parum eſt (*inquit*) peccatorem pœnitere, niſi pœnitentiam peregerit. Ad emendanda enim

enim crimina vox pœnitentis ſola non ſufficit; nam in ſatisfactione ingentium peccatorum non verba tantum; ſed opera quæruntur. Datur quidem etiam in extremis pœnitentia, quia non poteſt denegari; ſed auctores tamen eſſe non poſſumus, quod, qui ſic petierit, mereatur abſolvi. Quomodo enim agit pœnitentiam lapſus? Quomodo agit pœnitentiam in extremis vitæ finibus conſtitutus? Quomodo pœnitentiam agere poſſit, qui nulla jam pro ſe opera ſatisfactionis operari poteſt? Et ideo pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma eſt; pœnitentia, quæ a moriente tantum petitur, timeo, ne ipſa moriatur „„.

Et *S. Cæſarius* Serm. 57. in Auguſtiniana Appendice 256. „„ Cum (*inquit*) omnes homines pœnitentiam velint in fine vitæ ſuæ accipere. & vix paucos videamus, eam, ſecundum quod deſiderant, promereri; quare non quotidie ipſam pœnitentiam agimus, ut rem certam tenentes, de rebus incertis, & dubiis liberemur? Quanti enim, qui ſe ad extremum vitæ ſuæ pœnitentiam accepturos eſſe crede-

rit, tunc demum ad tuum ſervitium redire velit? Quod ergo non vis pati a ſervo tuo, non eſt juſtum, ut facias Domino tuo. Cum tamen multos noverimus, dum ſani eſſent, frequenter dixiſſe, pœnitentiam ſe toto corde deſiderare; ſed tamen quia illam ſtatim agere noluerunt, ſine ipſius remedio de hoc ſæculo receſſerunt. Percutitur enim etiam hac animadverſione peccator, ut moriens obliviſcatur ſui, qui vivens oblitus eſt Dei; nam qui remedium animæ ſuæ, quando potuit, noluit quærere; poſtea etiamſi velit, dubium eſt, utrum mereatur accipere „ „.

Et Serm. 60. in Appendice Auguſtiniana 259. „ O homo, quare differs de die in diem; & non magis times, ne forte hodie habeas ultimum diem „? Et Serm. 60. in eadem Appendice 160. „ „ Non ſanitati credendum eſt, non ætati. In remedium ſalutis ſuæ ſemper tardus eſt, qui vitæ ſuæ incertus eſt. O ſi tempus pœnitentiæ ſic diſponeretur, quando eſt in poteſtate poſitum, quomodo deſideraretur amiſſum „ „.

Non differenda converſio.

Idem confirmat *Salvianus*, lib. 1. *ad Eccleſiam catholicam*, ubi illorum præſumptionem invehitur, qui converſionem ad mortem uſque differunt ea fiducia, quod eleemoſynis peccata ſua tunc redempturi ſint. „ „ Non quidem (*inquit*) ulli vitiis carnalibus implicato ſufficere ad vitam æternam putem, ſi cum uſque ad mortem in flagitiis conſenuerit, in obitu bene cuncta diſpenſet, niſi antea & peccatis renuntiaverit, & ſordidam illam criminum tunicam, lutulentamque projecerit, & novam converſionis; ac ſanctimoniæ veſtem de manu Apoſtoli prædicantis acceperit. Alioqui peccare non deſinit; quem in extremis ſitum recedere a criminibus ſola tantum facit impoſſibilitas, non voluntas. Qui enim a malis actibus tantum morte diſcedit, non relinquit ſcelera, ſed relinquitur a ſceleribus. Ac per hoc neceſſitate excluſus a vitiis, & tunc, puto, peccat, quando ceſſaverit, quia quantum ad animum necdum deſiit, qui

adhuc velit peccare, ſi poſſit. Non bonis itaque ſpebus innititur, qui ad hoc tantum peccat in vita, ut peccatorum molem redimat in morte, & ideo ſe evaſurum putat, non quia bonus, ſed quia dives ſit; quaſi vero Deus non vitam quærat hominum, ſed pecuniam, atque a cunctis malorum redimendorum ſpe male agentibus accipere ſolos pro criminibus nummos velit, & corruptorum judicum more argentum exigat, ut peccata vendat. Non ita eſt; prodeſſe enim largitionem plurimum, certum eſt; ſed non illis, qui ultima futuræ largitionis ſpe male vivunt, qui fiducia redimendæ impunitatis ſcelera committunt; ſed illis, qui decepti, aut lubrico ætatis, aut nubilo erroris, aut vitio ignorantiæ, aut poſtremo lapſu fragilitatis humanæ reſipiſcere tandem quaſi poſt mortem graviſſimæ infirmitatis, aut quaſi poſt luctum turbatæ mentis incipiunt. *Et infra*: Quod ſi aut tanta vis morbi, aut tanta ægrotorum fuerit incuria, ut valetudinis labem uſque ad dies ultimos trahat, quid dicam, neſcio, quid promittam, peni-

Guillelmus Parisiensis, Tract. *de Sacramento pœnitent.* c. 19. periculosam esse probat Confessionis dilationem: „ „ Primum, ne propter negligentiam faciendi Confessionem, dum quis potest, tum non vult, justo Dei judicio infligatur ei non posse, cum velit; hoc enim modo consuevit justissimus Deus negligentias nostras punire. Secundo, propter periculum oblivionis peccatorum. Tertio, propter periculum moræ, quæ non mediocriter aggravat peccatum. Quarto, propter periculum ruendi in aliud. Peccatum enim, quod statim per pœnitentiam non diluitur, suo pondere trahit ad aliud, sicut dicit Gregorius. . . Quis hoc vestimento suo, vel calceamento faciat; ut non, quam cito inquinatum fuerit, illud ablui, vel abstergi curet? Quis in luto illud usque ad putrefactionem dimittat? Si vero dissolutum, vel detritum fuerit, quis non statim sutori, vel refectori tradat? Quis non equum suum, statim, ut vulneratus fuerit, curandum mittat? Si autem tantopere inquinamenta, & detritiones vestimentorum, & calceamentorum curantur a nobis; qua studiositate, & vigilantia curandæ sunt detritiones, & inquinamenta vestimentorum spiritualium? Si tanta solicitudine occurrere festinamus morbis equorum nostrorum, ne crescant, aut invalescant; quanto fortius accelerandum est nobis, ne morbi, aut læsiones animarum nostrarum crescant, & medicamentum Confessionis statim adhibere? Si serpentes, & colubros ab asino nostro, si venenum de corpore expellere, si hostem, vel latronem de domo nostra tantis studiis, atque conatibus ejicere properamus; & moram illud faciendi tam acriter, & in nobis, & in aliis culpamus, & petere inducias aut dilationes, quo minus hæc statim fiant, tanta districtione damnamus, quid nobis de spiritualibus serpentibus, colubris, & veneno, de diabolo hoste, & latrone faciendum putamus? Si ignis incendio domum cujusquam vastare cœperit, quis super extinctione illius inducias ei, etiam unius momenti, suggerere audeat;

Confessionis dilatio periculosa ob multiplicem rationem.

vel ſuadeat? Quis etiam adeo cœcus, aut demens eſſe poteſt, ut hoc ſuadentem, vel ſuggerentem audiat? De peccato ſcriptum eſt, Job. 31. *Quia ignis eſt uſque ad conſumptionem devorans*; de omnibus
Pſalm. 57. vero generaliter in Pſalmo dictum eſt: *Supercecidit*
Pſalm. 79. *ignis, & non viderunt ſolem.* Et iterum: *Incenſa igni, & ſuffoſa* „ „.

Accedit *Hugo a S. Victore*, lib. 2. *de Sacramentis*, p. 14. c. 5. „ „ Valde (*inquit*) difficile eſt, ut tunc vera ſit pœnitentia, quando tam ſera venit; quando cruciatus membra ligat & dolor ſenſum opprimit; vix aliud cogitare poteſt. Ergo ſi vis ſecurus eſſe, pœnitentiam age, dum ſanus es. Dum mens ſibi vacare poteſt, exerce illam in opere ſuo. Valde ſuſpecta debet eſſe pœnitentia, quæ coacta videtur eſſe. Facile eſt, ut homo ſe nolle putet, quod poſſe non datur. Poſſibilitas optime voluntatem probat. Si non facis, dum potes, manifeſte oſtendis, quod non vis. Quamvis autem in tempore ſanitatis ſecurior ſit pœnitentia; tamen melior eſt ſera, quam nulla. An-

quid fecit? Et converſus ad eum: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Magna fides; huic fidei quid addi poſſit, ignoro. Titubaverant ipſi, qui viderunt Chriſtum mortuos ſuſcitantem; credit ille, qui videbat ſecum in ligno pendentem. Quando illi titubaverunt, tunc ille credidit. Qualem fructum Chriſtus de arido ligno percepit? Quid ei dixerit Dominus audiamus: *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiſo.* Tu differs te, ego agnoſco te. Quando ſperaret latro, de latrocinio ad judicem, de judice ad crucem, de cruce ad Paradiſum? Denique ipſe attendens merita ſua, non dixit: Memento mei, ut liberes me hodie; ſed, *Cum veneris in regnum tuum*, tunc *mei memor eſto*; ut ſi mihi tormenta debentur, vel quouſque veneris in regnum tuum. Et ille: Non ſic; invaſiſti in regnum cœlorum, vim feciſti, credidiſti, rapuiſti. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Non te differo, tantæ fidei hodie reddo, quod debeo. Latro dicit: *Memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Non ſolum credebat reſurrecturum, ſed etiam regnaturum. Pendenti, Crucifixo, cruento, hærenti, *Cum veneris*, inquit, *in regnum tuum.* Illi, *Nos ſperabamus.* Ubi ſpem Latro invenit, diſcipulus perdidit „ „. Verba ſunt *S. Auguſtini* Serm. 232. alias *de Tempore* 244. Timeant itaque, ne in exitu a Deo contemnantur, qui Deum ad pœnitentiam illos vocantem nunc contemnunt; timeant, ne tunc illis in pœnam peccatorum deſit gratia converſionis, qui hic in peccatis perſeverando defuerunt gratiæ vocationis; timeant pondus juſtitiæ vindicis, qui ſpreverunt, dum viverent, opem miſericordiæ manum tendentis: *Quia vocavi* (inquit) *& renuiſtis; extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum & increpationes meas neglexiſtis; ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit; cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quaſi tempeſtas ingruerit; quando venerit ſuper vos tribulatio, & angustia; tunc invocabunt me, & non exau-* Prov. 1.

diam; mane conſurgent, & non invenient me; eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint, nec acquieverint conſilio meo, & detraxerint univerſæ correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur. Et Iſai. 65. *Vocavi; & non reſpondiſtis. Locutus ſum, & non audiſtis; & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegiſtis. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis; ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſervi mei lætabuntur, & vos confundemini; ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis.* Unde Chriſtus com-
Joan. 8. minatur: *Ego vado, quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Quem locum *S. Auguſt.* expendens, *Tract.* 38. *in Joannem*, ait: „„ Tota infelicitas Judæorum ipſa erat, non peccatum habere, ſed in peccatis mori. Hoc eſt, quod debet fugere omnis Chriſtianus; propter hoc ad Baptiſmum curritur; propter hoc, qui ægritudine, vel aliunde periclitantur, ſibi deſiderant

feſſionem (*inquit*) adeo neceſſarium eſt, ut integra, & abſoluta ſit; ut ſi quis dedita opera, alia quidem ex iis, quæ explicari debent, prætermittat; alia vero tantummodo confiteatur, non ſolum ex ea Confeſſione is commodum nullum conſequatur, ſed etiam novo ſcelere ſe obſtringat; neque ejuſmodi peccatorum enumeratio Confeſſionis nomine, in qua Sacramenti ratio ſinſit, appellanda eſt; quin potius pœnitenti Confeſſionem repetere eſt neceſſe, ſeque ipſum illius peccati reum facere, quod Sacramenti ſanctitatem ſimulatione Confeſſionis violavit „ „.

Eadem Regula confirmatur ex *S. Thom.* in 4. *Sent.* diſt. 17. quæſt. 3. art. 4. quæſt. 2. „ „ In medicina (*inquit*) corporali oportet, quod medicus non ſolum unum morbum, contra quem medicinam dare debet, cognoſcat; ſed etiam univerſaliter totam habitudinem ipſius infirmi; ex eo quod unus morbus ex adjunctione alterius aggravatur; & medicina, quæ uni morbo competeret, alteri nocumentum præſtaret; & ſimiliter eſt in peccatis; quia unum aggravatur ex adjunctione alterius, & illud quod uni peccato eſſet conveniens medicina, alteri incentivum præſtaret; cum quandoque aliquis contrariis peccatis infectus ſit, ut Gregorius in Paſtorali docet; & ideo de neceſſitate Confeſſionis eſt, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet; quod ſi non facit, non eſt Confeſſio, ſed Confeſſionis ſimulatio „ „.

REGULA II.

Qui Confeſſionem diviſit, uni Sacerdoti peccatorum partem, alteram alteri dedita opera declarans, nullam Confeſſionem fecit; adeoque omnia, & ſingula peccata uni, & eidem Sacerdoti tenetur iterum confiteri.

Quando iteranda Confeſſio.

Hanc Regulam tradit *S. Carolus* in inſtructione Confeſſorum; nititurque Canone *Conſideret*, diſt. 5. *de Pœnitentia*, cujus hæc ſunt verba: „ „ Cautus ſit, ne verecundia ductus dividat apud ſe Con-

feſſionem, ut diverſa diverſis velit Sacerdotibus manifeſtare. Quidam enim uni celant, quæ alii manifeſtanda reſervant, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam per fruſta putat totum pervenire „ „. Quod ſumptum eſt ex Auctore libri *de vera, & falſa Pœnitent.* inter Opera *S. Auguſt.*

Confirmatur ex *S. Thoma*, in 4. Sententiarum diſt. 17. q. 3. art. 4. q. 2. ad primum. „ „ Etſi (*inquit*) erubeſcentia ſit multiplicior, quando dividit diverſa peccata diverſis, tamen omnes ſimul non ſunt ita magnæ, ſicut illa una, qua quis omnia peccata ſua ſimul confitetur; quia unum peccatum per ſe conſideratum non ita demonſtrat malam diſpoſitionem peccantis, ſicut quando cum pluribus aliis conſideratur; quia in unum peccatum aliquis quandoque ex ignorantia, vel infirmitate labitur; ſed multitudo peccatorum demonſtrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem ejuſdem „ „.

Et in reſponſione ad ſecundum: „ „ Pœna (*inquit*) a diverſis Sacerdotibus impoſita non eſſet ſuf-

flammatus, ſuæ potius famæ, & exiſtimationi, quam animæ ſaluti, & gloriæ Dei conſulit; ac præterea exponit ſe periculo frequentioris prolapſionis in peccata mortalia, ſi Confeſſarium adeat vel imperitum, vel cui eſt ignotus, qui proinde opportuna pœnitentiæ, & Satisfactionis remedia non applicet. Hanc Regulam confirmant verba Canonis, *Conſideret*, ſuperius prolata. Qui autem ita eſt affectus, ut Confeſſario ſuo ordinario mortale peccatum non aperiret, ſi alterius Confeſſarii copiam non haberet, procul dubio peccat lethaliter.

REGULA IV.

Qui peccati alicujus mortalis declarationem omiſit, vel ex oblivione, vel ex minus ſufficienti conſcientiæ diſcuſſione, adhibita tamen diligentia juxta conditionem, ſcientiamque ſuam, Confeſſionem iterare non tenetur; ſed tamen ea peccata, quorum oblitus eſt, confiteri debet, ubi memoriæ occurrerint.

Hanc Regulam tradit Conc. Tridentinum ſeſſ. 4. c. 5. „„ Conſtat (*inquit*) nihil aliud in Eccleſia a pœnitentibus exigi, quam ut poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in univerſum eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur; pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *Ab occultis meis munda me* „„. Pſalm. 18

Minus autem ſufficiens conſcientiæ diſcuſſio eſſe poteſt ob pœnitentis imperitiam, & tamen adhiberi ab illo diligentia, quam pro modulo ſuo, & facultate poteſt; quem caſum ſpectat hæc Regula in Catechiſmo Concilii confirmata, p. 2. *de Pœnitentia*, §. 65. „„. At vero (*inquit*) ſi alia de cauſa Confeſſioni aliquid defuiſſe videatur; vel quia pœnitens nonnulla crimina oblitus fuerit; vel quia

conſcientiæ ſuæ latebras non ita accurate perquiſiverit, cum tamen illud in animo haberet, ut integre peccata omnia confiteretur, nihil ei opus erit Confeſſionem iterare; ſatis autem habebit, ſi quando peccata, quæ oblitus erat, in memoriam reduxerit, ea Sacerdoti alio tempore confiteri „„. Neque neceſſe eſt, ut illa peccata aperiat eidem Sacerdoti, cui cætera confeſſus eſt, ſi forte ipſum adire facile non poſſit; aut ut alteri eadem peccata declaret, quæ prius confeſſus fuerat; ſed ſufficit, ut illa, quorum oblitus fuerat, ſingulatim explicet, alia vero generatim, dicendo, quod cum alia multa confiteretur, horum oblitus fuit, ut docet *S. Thomas* loco proxime citato, in Reſponſione ad tertium.

Propoſitio damnata.

Denique *Alexander VII.* Pontifex Maximus plurimas inter Propoſitiones die 14. Septembris anno 1665. damnatas, hanc ordine 2. confixit: „ Peccata „ in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans peri„ culum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur „ in ſequenti Confeſſione exprimere „. Hanc dam-

REGULA VI.

Accuratum, & diligens examen conſcientiæ cenſendum eſt, in quo ea diligentia adhibetur, quæ in gravioris momenti negotiis adhiberi ſolet.

Conſcientiæ examen accuratum.

Hinc *S. Joan. Chryſoſtomus*, Homil. 58. Tomi 5. cui titulus eſt: *Non eſt ad gratiam concionandum*, ait: „ Apud conſcientiæ rationes fiat diſ„ quiſitio delictorum „. Et Hom. 50. auctor eſt, ut quotidie, antequam in lectum nos recipiamus, conſcientiam noſtram diligenter diſcutiamus. Quod & Philoſophi ipſi ethnici docuerunt. *Democrates* turpe eſſe ait, anxie ſcrutari res alterius, noſtras ignorare, meliuſque eſſe peccata noſtra reprehendere, quam aliena. *Cleobulus* affirmat, multa aliis ignoſcenda, nihil ſibi. Auctor Phythagoreorum Carminum *Lyſis*, ante ſomnum ter nos ad animum revocare jubet acta diurna ſingula, quo iverimus, quid geſſerimus, quid gerendum omiſerimus; malefactis dolendum, lætandum rectis; ita demum virtutis veſtigiis inhæſuros. Quæ ex doctrina *Phytagoræ* expreſſa fuiſſe confirmant *Diogenes Laertius*, & *Porphyrius* in iſtius Philoſophi vita. Morem hunc animi quotidie ad rationem reddendam cogendi diſertis verbis commendat *Seneca* lib. 3. *Ira*, cap. 36. Fieri id ſolitum fuiſſe, ait, a *Sextio*, conſummato quolibet die, poſtquam ad nocturnam quietem ſe recepiſſet; fieri id a ſe ſublato e conſpectu lumine; ſe cauſam dicere apud ſe, & totius diei facta, ac dicta remetiri. Nec levem hinc ſibi fructum ſpondet *Seneca* Epiſtola 28. imo ſalutem ipſam; quippe uſurpat, atque laudat iſtud Epicuri: *Initium eſt ſalutis, notitia peccati.* Ex quibus patet, quanti momenti vel ab ipſis Philoſophis chriſtiana Religione minime imbutis habitum ſit iſtud conſcientiæ diſcutiendæ negotium.

Denique *S. Carolus* in Inſtruct. Confeſſorum, pœnitentem interrogari jubet a Sacerdote: „ Num in „ examinanda conſcientia diligentiam debitam adhi„ buerit, eamque qualem æquum ſit exigi in nego„ tio

„ tio tanti momenti „. Modum autem hujus exami-
„ nis inſtituendi varium eſſe, nemo neſcit. In eo
„ pœnitenti rudiori opitulari debere Confeſſarium,
„ monet *S. Carolus*, ac docere, qua ratione peccata
„ cum circumſtantiis in memoriam poſſint revocari,
„ animo ſcilicet vitam percurrendo, aut per ætates,
„ pueritiam, juventutem, &c. vel per ſtatus varios,
„ puta quomodo ſe geſſerit ante Matrimonium, aut
„ poſt ipſum; vel per varios proſperitatis aut adver-
„ ſitatis, ſanæ vel infirmæ valetudinis caſus, per tem-
„ porum diverſitates, per officia, quæ adminiſtravit,
„ ſocietates, quas frequentavit, loca, regiones, do-
„ mos, in quibus converſatus eſt; in his denique,
„ aliiſque rebus, num corde, aut lingua, aut opere
„ peccaverit, examinet.

De confitendi ratione plures libelli ſunt editi, commemorantes quidquid inter homines committitur, aut committi poteſt ſceleris. Qui, ut recte confirmatis ætate, uſuque rerum viris leguntur, ita periculoſe ſparguntur in vulgus, periculoſius animis ſim-

„ cramentis, ac Præceptis dominicis interrogabat,
„ ex quo pœnitentes duplicem fructum referebant;
„ primum quod de Fide, & præceptis inſtruerentur; deinde quod in ſui, ac peccatorum agnitionem (quæ ſalutis initium eſt) venirent. Quemadmodum ergo omnino velimus, ut Sacerdotes veterem Eccleſiam in hoc imitentur, ita nobis ſimpliciſſima confitendi ratio videtur; ſi pœnitentes doceantur, omnino duo eſſe, quæ a nobis Deus poſtulat, nempe fidem cum ſpe conjunctam, & charitatem. Fidem duo exigere, nempe ut quidquid Symbolo Apoſtolico ſummatim continetur, firmiter credamus; deinde, ut tota fiducia præſentis, ac futuræ vitæ conſtituatur in Deo. Principio ergo de diffidentia confitendum erit. Nempe ſi quis de ullo Articulo Fidei vel tenuiter hæſitaverit. Deinde quotuſquiſque hominum totam ſuam fiduciam in Deum collocat? Numquid non ſinguli pene ſingulos ſibi Deos faciunt? Alius finem operum ſuorum in faſtu, ac vana gloria conſtituit; alius in divitiis confidit; alius ventrem curat, atque alii alia reſpiciunt; interim de fide in Deum parum, aut nihil ſoliciti; atque interim, quam pauci ſunt, qui hanc ſuam diffidentiam, atque adeo idololatriam peccatum putant, cum tamen ſit omnium peccatorum fons, & origo? Nam qui a fiducia in Deum prorſus alienus eſt, hujus tota vita nihil aliud eſt, quam unicum peccatum, de quo Spiritus ſanctus mundum condemnat. Ab hac ergo diffidentia initium recte capietur, & inſtruetur per Sacerdotem pœnitens. Jam charitas ad duo ſe porrigit, charitatem Dei, & proximi. Utramque Deus in Decalogo præcipit, qui aptiſſima quædam methodus eſt, docens nos omnia, quæ Deus fieri velit, & quæ fieri nolit, quod in eam omnes leges morales includi poſſint. Cum ergo omnino velimus, ac cupiamus, ut non tantum privatim, ſed & publice ex ſuggeſtis, idque frequentiſſime populus in Decalogo inſtituatur, utque non ſolum Decalogum

„ memo-

„ memoria tenere, ſed & quibus operibus ſin-
„ gulis præceptis ſatisfiat, rurſus quibus contra
„ ſingula peccetur, doceatur, fit, ut ſperemus (id
„ cum Parochi factum curant) fore, ut hinc plebs
„ certiſſimam ſimul, ac ſimpliciſſimam confitendi ra-
„ tionem ſibi facillime colligat. Porro ad memo-
„ riam juvandam nihil magis profuerit, quam frequens
„ interior Confeſſio. Præterea, huc non parum fece-
„ rit, ſi pœnitens attendens ad præcepta dominica,
„ recolat ſecum, ubi locorum vixerit, quibus in ne-
„ gotiis verſatus ſit, & apud quos vixerit. Viden-
„ dum eſt autem Sacerdoti, ne peccatum omiſſionis
„ extenuetur, quod ſolet eſſe graviſſimum, maxime
„ in iis, qui auctoritate, aut dignitate præeminent,
„ veluti ſunt Epiſcopi, Abbates, Parochi, Principes,
„ Magiſtratus, & Patres familias. Hæc Concilii Co-
„ lonienſis Catechiſmus.

REGULA VII.

Confeſſionem dividi poſſe vulgo Theologi cenſent,

dendæ ſunt, cum propoſito illud, vel illas explicandi, ubi primum copia idonei Confeſſarii habebitur. Tuncque Confeſſio integra non erit per accidens (ut ajunt) id eſt, non ex intentione pœnitentis, ſed ex defectu Confeſſarii integri. Melius autem (inquit) videtur provideri conſcientiis communicantium, ſi hoc modo confiteantur, quam ſi ad Euchariſtiam accedant tota Confeſſione dilata. Cavendum tamen, ne leves ſuſpiciones, inaneſque timores peccatorem abducant ab alicujus peccati lethalis, aut circumſtantiæ neceſſario explicandæ, Confeſſione. Ideo plebi hujus regulæ doctrina tradenda non eſt, ne ipſa abutatur, ut eſt hominum genus ad ſuſpiciones, & inanes timores pronum.

REGULA VIII.

Qui reſervatorum criminum reus eſt, & apud Sacerdotem confitetur, qui poteſtatem non habet a Calibus reſervatis abſolvendi, tenetur nihilominus omnia peccata mortalia confiteri, tam reſervata, quam non reſervata; & de his quidem quamvis ab inferiori poſſet abſolvi, & ad Superiorem remitti, ut a reſervatis abſolveretur; convenientior tamen illa videtur diſciplinæ ratio, ut ab omnibus ſimul abſolvatur ab eo, qui poteſtatem habuerit, integra peccatorum Confeſſione apud ipſum edita.

Hæc regula nititur auctoritate *S. Thomæ*, in 4. *Sentent.* diſt. 17. q. 3. art. 4. quæſt. 2. ad 4. „ „ Dicendum (*inquit*) etiamſi Sacerdos non poſſit de omnibus abſolvere, tenetur ei omnia confiteri; ut quantitatem totius culpæ cognoſcat, & de illis, de quibus non poteſt abſolvere ad Superiorem remittat „ „.

Hanc doctrinam confirmat Pariſienſis Eccleſiæ ritualis liber an 1601 editus, Tit. *de Sacram. pœnitent.* Reg. 4. cujus hæc ſunt verba: „ „ Debet eſſe integra pœnitentis Confeſſio, nec unum peccatum debet

bet confiteri, & alterum celare, ſi veram & perfectam abſolutionem conſequi deſiderat. Hinc cavebit Sacerdos, ne pœnitentem abſolvat ab uno peccato, altero retento, niſi forte de eorum ſit genere peccatorum, quæ ad Superiorem jure ipſo devolvuntur, & remittuntur; & tunc mittat ad Superiorem „ „.

Id omnino conſonum eſt Inſtructionibus S. Caroli *de pœnit. Sacram.* quarum hæc ſunt verba: „ „ Si Cenſura, aut peccato pœnitens ſit irretitus, a quo non poſſit abſolvere, ne tamen eum rejiciat, ſed potius juvare ſtudeat; qua in re cum liceat eum, a quibus poteſt abſolvere, & pro reſervatorum Abſolutione mittere ad eum, qui habet abſolvendi facultatem, videbit tamen, utrum animæ illius magis conſulatur, ſi ipſe abſolvendi facultatem impetret coram, ſi fieri poſſit, alioqui per litteras ſaltem, idque caute, quantum fieri poſſit; ut ita pœnitentem uno tempore ab omnibus peccatis abſolvat „ „.

Quæ mihi convenientior videtur diſciplinæ ratio, magis probata eſt *S. Carolo Borrom.* in Inſtructioni-

ac recipere ab eo, ad quem remitteretur, accepta congrua pœnitentia. Ex utraque enim illa Absolutione partiali Sacramentum unum eo in casu confici, & quasi unam moraliter Absolutionem, unamque Confessionem censendam, Theologi illi sentiunt. Cæterum, quod Deum spectat, unum peccatum sine altero non posse remitti, certissimum est; cum homo ex parte Dei amicus, & ex parte inimicus esse non possit, nullumque mortale peccatum cum gratia, & charitate, quæ filios Dei faciunt, possit consistere.

REGULA IX.

Etsi venialium peccatorum Confessio non sit necessaria, illa tamen confiteri oportet, de quibus dubitatur, an mortalia sint, an venialia.

Alioqui pœnitens exponit se periculo celandi peccatum aliquod mortale in Confessione, proindeque sacrilegium committit, & Confessionem iterare debet.

Confirmatur ex *S. Thom.* q. 6. Supplementi art. 4. ad 3. „ „ Quando (*inquit*) aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente. Quia qui aliquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter, discrimini se committens. Et similiter periculo se committit, qui de hoc, quod dubitat esse mortale, negligit confiteri; non tamen debet asserere illud mortale esse, sed dubitative loqui, & judicium Sacerdotis expectare, cujus est discernere inter lepram, & lepram „ „.

REGULA X.

Quamvis mendacium in Confessione venialium commissum, cum alia suppetit Sacramenti materia, lethale peccatum non esset, certe periculosissimum est. Mentiri vero circa peccata mortalia, est absque dubio lethale peccatum.

Mendaciũ in Confeſſione quam grave crimen.

Quamquam enim quibuſdam Theologis materiæ levitas mendacium circa venialia peccata in Confeſſione admiſſum, cum alia confitetur pœnitens, nec debitam Sacramento materiam ſubtrahit, a peccato mortali excuſare videatur; non tamen hominibus mentitur, ſed Deo, injuriamque Sacramento facit, qui mendacium hujuſmodi committit. A nemine vero in dubium revocatur, quin mendacium circa peccata mortalia, aut venialia, quæ ſola pœnitens confitetur, ſit peccatum lethale. Cum enim in judicio etiam civili mentiri in re gravi ad judicium ipſum pertinente, lethale peccatum ſit; lethale pariter peccatum eſſe, & quidem longe gravius, nemo negaverit, in ſacro judicio, ſcilicèt in Confeſſione ſacramentali mentiri de rebus ad ipſam Confeſſionem pertinentibus. Si quis ergo a Confeſſario interrogatus de aliquo peccato lethali, illud ſe commiſiſſe neget, cum revera commiſerit, & ſe commiſiſſe meminerit, ſacrilegii reus eſt, & Confeſſionem iterare tenetur, ſi Abſolutionem illo in ſtatu recipiat. Idem eſto judicium, ſi quis de aliquo mortali certo ſe ne-

sordibus, ac nævis aliquibus inficiantur, quibus Deo displiceant, secundum illud Job 9. *Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti.* Debet etiam justus se peccatorem confiteri in genere, juxta illud *Tertulliani*, lib. de Pœnitentia: „ Peccator omnium notarum cum sim, nulli rei, nisi pœnitentiæ natus, &c „. Quia nemo sine peccato vivit: „ In specie vero non dicat se perpetrasse peccatum; nisi sciat, vel credat ita esse „; (inquit *S. Raymundus*, lib. 3. §. 24.) Vel ut ait *S. Th.* Agnoscere culpam, ubi culpa non est, dupliciter intelligitur: „„ Uno modo quantum ad substantiam actus, & sic non est verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem, ut se actum aliquem commisisse agnoscat, quem non commisit. Alio modo quantum ad conditionem actus, & sic verum est, quod S. Gregorius dicit, quia justus in actu, qui de se bonus est, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit. Et sic dicitur Job 9. *Verebar omnia opera mea.* Et ideo ad bonam mentem etiam pertinet, ut hanc formidinem, quam corde tenet, lingua accuset. *Tandem* per Confessionem debet pœnitens se Confessori suo manifestare. Qui autem aliud Sacerdoti de se loquitur, quam in sua conscientia habeat, sive bonum, sive malum, non se Sacerdoti manifestat, sed magis occultat; & ideo non est idonea Confessio, nisi os cordi concordat; ut solum hoc os accuset, quod conscientia tenet „„. Hæc *S. Th.* loco supra citato, & in 4. *Sentent.* dist. 21. qu. 2. art. 3.

REGULA XI.

Fidelem Confessionem non facit, lethalisque peccati reus est, qui circumstantias, opus a peccato prorsus excusantes, aut ita minuentes, ut veniale faciant, quod alias esset mortale, silentio premit.

Circumstantiæ opus a pec.

Ille enim Confessarium decipit in re gravi, neque cor suum effundit, sicut aquam in conspectu Dei,

ato excu-
antes aut
peccatum
ninuentes
non diſſi-
nulandæ.

& miniſtri ejus; cum aliud profiteatur ore ab eo quod in animo gerit. Si quis, verbi gratia, occidit aggreſſorem cum inculpatæ tutelæ moderamine, (ut loquuntur Theologi) id eſt, neceſſaria vitæ ſuæ defenſione compulſus; vel in bello juſto hoſtes interfecerit; & homicidia ſe perpetraſſe ſimpliciter declaret, confitetur, ut mortale peccatum, quod nullum revera peccatum eſt, adeoque mortaliter peccat. Si quis item urgente fame panem alienum invito Domino arripuit, cum fruſtra mendicaſſet, ſeque furti reum ſimpliciter confiteatur, circumſtantiam illam non explicans, mortalis peccati reatum incurrit. Item ſi quis de violato jejunio quadrageſimali ſe accuſet, qui ob infirmitatem jejunare non potuit, nec circumſtantiam infirmitatis aperiat, lethali peccato ſe obſtringit. Lethalis tamen peccati reos non cenſerem homines ſimplices, rudes, imperitos, qui circumſtantias illas malo animo, vel ex induſtria, Confeſſarium non celarent; illorum enim ſimplicitati, & imperitiæ prudens Confeſſarius ſuc-

dum dupliciter; uno modo directe; & ſic exponi dicitur, cujus abolitio per Confeſſionem quæritur; & ſic peccata dimiſſa recidivans nullo modo confiteri tenetur, nec in generali, nec in ſpeciali, cuicunque confiteatur; alio modo indirecte, ſicut illud ſine quo fieri non poteſt debitus ſatisfaciendi modus; cum enim contritio, ſecundum quod eſt de neceſſitate ſalutis, votum Confeſſionis, & ſatisfactionis debitæ includat, tenetur ille, qui confitetur, Sacerdoti exponere ea, quibus Sacerdos poſſit ſcire, quæ ſatisfactio ſit congrue injungenda, ſicut confitens confitetur Sacerdoti interdum ſe eſſe infirmum, ut jejunium non imponat; & per hunc modum tenetur recidivans notificare peccata dimiſſa, quantum ſufficit ad hoc, quod ſciatur, quæ ſatisfactio eſt ei injungenda; ut ſi ipſe frequenter lapſum carnis paſſus eſt ex aliqua occaſione, illa occaſio præcidatur per ſatisfactionem; & ſic de aliis peccatis; & ad hoc videtur ſufficere Confeſſio dimiſſorum peccatorum in generali; tamen interdum ad aliqua ſpecialia oportet deſcendere, ſecundum quod confitens viderit opportunum; non enim poteſt in his aliqua certa menſura præfigi „„.

Propoſitio damnata.

Denique inter varias corruptæ Moralis Propoſitiones *Innocent. IX.* Pontifex maximus hanc damnavit 58. „ Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem „. Clerus etiam gallicanus in generalibus Comitiis anni 1500. hanc propoſitionem confixit his verbis: „„ Falſa eſt, temeraria, in errorem inducit, ſacrilegiis favet, chriſtianæ ſimplicitati, Miniſtrorum Chriſti judiciariæ poteſtati, Confeſſionis integritati, atque ipſius Sacramenti inſtitutioni, ac fini derogat „„.

REGULA XIII.

Imminente naufragio, vel prælio, aut alio præſente periculo, ex quo nullus pateat exitus, ſi Sacerdos omnium pœnitentiæ remedium poſtulantium Confeſſiones integras excipere non poſſit, plures ſimul peccatum aliquod ſuum confeſſos, aut generatim duntaxat ſe de peccatis accuſantes, & ſigna Contritionis dantes, abſolvere ſacramentaliter poteſt, & debet.

An multorum Confeſſiones ſimul audiri aliquando poſſint.

Cum enim Eccleſiæ clavibus ſe ſubjiciant, faciantque in illis anguſtiis, quod in ſe eſt, remedio a Chriſto inſtituto, & Eccleſiæ commiſſo, lapſiſque in mortale peccatum poſt Baptiſma neceſſario, privari non debent, ne ligati exeant ex hoc mundo. Si tamen ex eo periculo evaſerint, omnia peccata ſua ſigillatim, ac ſoli tenentur Sacerdoti confiteri.

REGULA XIV.

Lethaliter peccaret Sacerdos, qui extra hujuſmodi periculorum extrema, multorum ſimul Confeſſiones audiret, etiam puerorum doli capacium.

Præceptum enim Eccleſiæ violare non vereretur, quæ Confeſſionem ſecretam eſſe jubet, atque a ſolo pœnitente fieri, Canone 21. Concilii Lateranenſis 4. „ „ Omnis utriuſque ſexus Fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti „ „.

REGULA XV.

Sacerdos vocatus ad infirmum, qui obmutuit, aut rationis uſu deſtitutus eſt, ipſum abſolvere poteſt, & debet ex aliorum teſtimonio, aſſerentium pœnitentis animi ſigna ipſum exhibuiſſe, & Confeſſarium poſtulaſſe.

Quomodo ſe gerere debeat

Hæc Regula nititur imprimis auctoritate *S. Auguſt.* lib. 1. *de adulterinis Conjugiis*, cap. 26. & 28. ubi

ubi Catechumenos in extremis conſtitutos, etiamſi nec ad interrogata reſpondere, nec Baptiſmum petere poſſint, eſſe nihilominus baptizandos docet; & ſimiliter moribundis pœnitentibus reconciliationem, ſive Abſolutionem concedendam, etiamſi ipſos vox, & ſenſus defecerint. „„ Catechumenis, (*inquit*) in ultimo vitæ hujus conſtitutis, ſi morbo, vel caſu aliquo ſic oppreſſi ſunt, ut quamvis adhuc vivant, petere tamen ſibi Baptiſmum, vel ad interrogata reſpondere non poſſint, profit eis, quod eorum in Fide chriſtiana jam nota voluntas eſt, ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit „„. Et poſtquam ſignificavit eos non eſſe judicandos, qui contrariam diſciplinam uſurpant; & baptizare non audent eos, qui pro ſe reſpondere nequiverint, ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium, eorum ſcrupulum his verbis amolitur: „„ Sed non ſolum incredibile eſt, nec in fine vitæ hujus baptizari Catechumenum velle; verum etiam ſi voluntas ejus incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare, quam volenti negare; ubi velit, an nolit, ſic non apparet, ut tamen credibilius ſit, eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum ea Sacramenta percipere, ſine quibus jam credidit ſe non oportere de corpore exire. „„. Et inferius, hypotheſi facta de Catechumeno adultero, conſtituto in extremis, & vocis uſu, ſenſuumque deſtituto, eum etiam baptizandum eſſe cenſet. „„ Ego (*inquit*) non ſolum alios Catechumenos, verum etiam eos, qui viventium conjugiis copulati retinent adulterina conſortia, cum ſalvo corpore in his permanentes non admittamus ad Baptiſmum; tamen ſi deſperati, & intra ſe pœnitentes tacuerint, nec pro ſe reſpondere potuerint, baptizandos puto, ut etiam hoc peccatum cum cæteris lavacro regenerationis abluatur. Quis enim novit, utrum fortaſſis adulterinæ carnis illecebra uſque ad Baptiſmum ſtatuerant detinere „„? Tandem eamdem eſſe pœnitentiæ rationem aſſerit, id eſt, eam Fideli moribundo, ante Sa-

Confeſſarius erga infirmum, qui obmutuit, & rationis uſu deſtitutus eſt, dum vocatus ad illum veniret.

cerdotis adventum vocis uſum amittenti adminiſtrandam eſſe. „ „ Quæ autem Baptiſmatis, eadem Reconciliationis eſt cauſa, ſi forte pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupaverit. Nec ipſos enim ex hac vita ſine arrha ſuæ pacis exire velle debet mater Eccleſia „ „ „

Nititur ſecundo Concilii Carthaginenſis 4. Can. 76. cujus hæc ſunt verba: „ „ Is, qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmuteſcat, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus ſuæ petitioni ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit „ „

Tertio nititur Concilii Arauſicani 1. Can. 12. „ „ Subito obmuteſcens (*inquit*) prout ſtatutum

quod paulo ante poſcebant, ſub præſentia Sacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis Fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur „ „.

Quinto nititur Concilii Toletani 12. Can. 2. „ „ Multos (*inquit*) ſæpe conſpeximus in ſalute poſitos ultimum deſiderantes pœnitentiæ fructum, & rurſus nimietate ægritudinis ita loquendi, & ſentiendi naturale perdidiſſe officium, ut nulla illis cura ſalutis ſuæ videretur ineſſe, nullo etiam priſtinæ devotionis noſcerentur deſiderio anhelare; quorum tamen caſibus Fraternitas condolens. ita talium neceſſitates in fide ſuſcepit ſua, ut ultimum illis tribuatur Viaticum, ſcilicet ne ſine fructu pœnitentiæ tranſire videantur e ſæculo „ „. Idem confirmat Conc Tolet. 13. Can. 9. „ „ Sicut Baptiſma, quod neſcientibus parvulis ſine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur; ita pœnitentiæ donum, quod neſcientibus illabitur, abſque impugnantia violationis, hi, qui illud acceperint, obſervabunt „ „. Sicut ergo ad gratiam Baptiſmi ſuſcipiendam non eſt neceſſaria cognitio adminiſtrationis Baptiſmi ſibi factæ, ut Baptiſmus parvulorum demonſtrat; ita nec ad gratiam reconciliationis in Sacramento pœnitentiæ ſuſcipiendam ſemper, & in omni caſu neceſſaria eſt in eo, qui abſolvitur, cognitio eorum, quæ circa ipſum geruntur.

Sexto, idem confirmat Rituale Romanum, de moribundo ita loquens: „ „ Si petiit Sacerdotem, ut confiteretur, oſtendit ſe facere velle omnia, quæ debet, & interea factus eſt mutus, vel phreneticus, & periculum eſt in mora, debet præſupponi contritus. & faciente aliquo Confeſſionem generalem pro eo, ſicut fit in populo, Sacerdos faciat Abſolutionem ab omni ſententia, & peccato; & poteſt injungere circumſtantibus aliquid pro eo faciendum, vel hæredibus, aut conſanguineis pro ejus anima, ſi volunt acceptare. Deinde debet ei dari Euchariſtia, ſi non ſit confeſſus „ „.

REGULA XVI.

Homines moribundos, quos vox, & ſenſus defecit, antequam ullum pœnitentis animi ſignum darent, ac Sacerdotem poſtularent, abſolvere non licet, ſi conſtet vitiis deditos fuiſſe, aut peccandi proximis occaſionibus implicatos.

In voluntate namque peccandi perſeverare cenſentur, donec eam ſe depoſuiſſe demonſtraverint. Nec aliud colligi poteſt ex loco *S. Auguſtini* ſuperius citato, ubi Catechumenos, qui adulterina retinent conſortia, baptizandos eſſe docet, ſi infirmitate correpti, vocis, & ſenſus uſum ſubito amiſerint, eamdemque eſſe pœnitentiæ rationem. Supponit enim *S. Auguſtinus*, illos in adulterinæ carnis illecebra perſeverare noluiſſe, & propoſitum illis fuiſſe concubinas dimittere ante Baptiſmum, atque peccato nuntium omnino remittere; & in illis anguſtiis illos *Intra ſe pœnitere*, quod credibile faciebat Catechumenorum ſtatus, quem ſponte ſuſceperant, & Baptiſmi

infirmus „„ Qui amiſit loquelam, vel uſum rationis, ſi bene vivebat, ut bonus, & fidelis, & frequentabat Confeſſionem, & Communionem, quamvis non petierit Sacramenta, quia ex inſperato talia acciderunt, debet præſupponi contritus, & faciente aliquo Confeſſionem pro eo, ſicut fit in populo, Sacerdos faciat Abſolutionem ab omni ſententia, & peccato „„; quam Propoſitionem eadem ſacra Facultas in ſolemnibus Comitiis die tertia Februarii anni 1665. in Sorbona celebratis hac Cenſura notavit: „ Doctrina „ hujus Propoſitionis univerſim, & abſolute ſumpta, „ eſt in praxi periculoſa „. Neque enim pœnitentis actus, qui ſunt materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ, in hac hypotheſi deprehenduntur, nec præſentem pœnitentis ſtatum, & intentionem ſatis perſpectam habet Sacerdos, ut Abſolutionis ſententiam per modum judicii proferre poſſit. Alia vero Catechumenorum, & publice pœnitentium ratio erat, de quibus in Regulæ ſuperioris explicatione diximus. In illis enim Baptiſmi ſuſcipiendi, in illis reconciliationis, & abſolutionis virtualem certe intentionem perſeverare compertum erat, cum Baptiſmum petiiſſent, nomenque dediſſent, vel pœnitentiam profeſſi eſſent, & ad hæc Sacramenta ſuſcipienda inſtruerentur, expiarentur, præpararentur ab Eccleſia. Verum in hypotheſi Regulæ, quam explicamus, virtualem intentionem perſeverare minime compertum eſt. Moribundis igitur vocis uſu, ſenſuque ſubito deſtitutis Abſolutio ſacramentalis tunc tantum tribuenda eſt, cum ipſos pœnitentis animi ſigna exhibuiſſe, & Confeſſarium poſtulaſſe, aliorum ſaltem relatione, ac teſtimonio conſtat, quidquid Theologi nonnulli contra ſcripſerint.

Nec alius eſt ſenſus Sacerdotalis venetiis editi apud *Joannem Variſcum* anno 1560. Statutorum Synodalium Eccleſiæ Lemovicenſis, editorum Lemovicibus anno 1620. c. 21. Conditor contrariam ſententiam ſecutus videtur; ſed cum a ſede Apoſtolica confirmata non ſint, vel ab aliis Eccleſiis recepta, ea in praxi ſequi

non

non tenemur. Sic autem habet: „„ Poterit quoque idem applicari remedium ei, qui judicio, omniumque ſenſuum uſu ſtatim captus eſt, non petita pœnitentia, nulloque ſigno Contritionis edito, cum violentia morbi judicatur de repente, & ex improviſo præventus, & oppreſſus, & chriſtiane vixit, ferrique poteſt judicium ex actionibus vitæ, & moribus, eum libenter pœnitentiæ Sacramentum petiturum fore, ſi tempus, & morbi violentia permiſiſſent licet hoc in caſu nihil de Abſolutionis effectu promittere poſſimus. Sed animarum ſalvandarum cauſa nullum remedium omittere debemus, quod Deus poteſtati noſtræ commiſit, Deum orantes, ut immenſa bonitate, & miſericordia, quod deeſt ægrotorum diſpoſitioni, ſuppleat, cætera inſcrutabilibus Dei judiciis commendantes „„.

REGULA XVIII.

Confeſſio abſque Contritione, vel Attritione antecedente, concomitante, vel ſubſequente facta, prorſus invalida, adeoque iteranda eſt.

Confeſſio informis, & invalida.

Contritio enim perfecta, vel imperfecta, quæ Attritio vocatur, diſpoſitio neceſſaria eſt ad gratiam in Sacramento pœnitentiæ ſuſcipiendam; & *quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus fuit neceſſarius,* Qui ergo peccata ſua confitetur, abſque Contritione, vel Attritione antecedente, concomitante, vel ſubſequente, eaque deſtitutus abſolvitur, diſpoſitionem neceſſariam non affert ad pœnitentiæ Sacramentum; ejus itaque pœnitentia nulla, & invalida eſt, cum Sacramento ſacrilege abutatur. Pœnitentia enim ſola Confeſſione non conſtat, ſed & Contritione, & ſatisfactione, qui ſunt actus pœnitentiæ, & *quaſi materia Sacramenti* (ut Concilium Trid. loquitur.) Pœnitentiam autem nullam, & invalidam, Confeſſionemque ſacrilegam iterari oportere nemo negaverit.

Præterea: *A mortuo, quaſi non ſit, perit Confeſſio,* ut

ut dicitur (*Eccleſiaſtici* 17.) Confeſſio igitur, quæ fit a peccatore, in quo nullum eſt vitæ novæ initium per Contritionem ſaltem imperfectam, nulla, invalida, & ſacrilega eſt. „ Qui confitetur (*inquit „ S. Auguſt.*) foras prodit. Foras prodire non poſſet, „ niſi viveret. Vivere non poſſet, niſi reſuſcitatus „ eſſet „.

Fruſtra verò quidam objiciunt locum *S. Th.* in 4. *Sent. ni.* diſt. 17. qu. 3. art. 4. Quæſtiunc. 1. & qu. 7. Supplementi, ar. 2. „ „ Confeſſio eſt actus virtutis, & pars Sacramenti; ſecundum autem quod eſt actus virtutis, eſt actus meritorius proprie, & ſic Confeſſio non valet ſine charitate, quæ eſt principium merendi; ſed ſecundum quod eſt pars Sacramenti, ſic ordinat confitentem ad Sacerdotem, qui habet claves Eccleſiæ, qui per Confeſſionem conſcientiam confitentis cognoſcit; & ſecundum hoc Confeſſio etiam poteſt eſſe in eo, qui non eſt contritus, quia poteſt peccata ſua Sacerdoti manifeſtare, & clavibus Eccleſiæ ſe ſubjicere. Et quamvis tunc non percipiat Abſolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet; ſicut etiam & in aliis Sacramentis; unde non tenetnr iterare Confeſſionem, qui fictus accedit, ſed tenetur poſtmodum fictionem ſuam confiteri „ „. Confeſſus abſque contritione, vel attritione ſufficienter attritus non eſt, ad Sacramentum fictus accedit; nec tamen (inquiunt) iterare Confeſſionem tenetur, *S. Thoma* judice.

S. Thomas locus de Confeſſione informi, & ficta explicatur.

Fruſtra (inquam) hunc locum objiciunt; cum enim ait *S. Thomas*, hominem, qui ad Sacramentum pœnitentiæ fictus accedit, non teneri ad iterandam Confeſſionem, ſed ſolum ad confitendum poſtmodum fictionem ſuam; intelligendus eſt de homine, qui apud eumdem Sacerdotem peccata ſua ſemper deponit; vel qui ſine Contritione, aut Attritione ſufficienti confeſſus, hunc defectum ignoravit. Qui igitur Confeſſionem fecit, & Abſolutionem accepit abſque ſincero dolore de peccatis, eorumque deteſtatione, quatenus ſunt offenſa Dei, ſi eumdem adeat

Con-

Confessarium, eique suam illam fictionem declaret; minime necesse est, ut cætera peccata confiteatur, quæ si sacrilega illa Confessione aperuerat, quia fictionem illam aperiendo eidem Sacerdoti, qui *Conscientiam illius per Confessionem cognoscit*, eadem peccata subjicit clavibus Ecclesiæ (ut docet *S. Thomas.*) Conscientiam vero peccatoris per Confessionem præcedentem penitus non cognovit Sacerdos; siquidem fictionem illius perspectam non habuit; ipsum enim non absolvisset, si neque contritum, neque sufficienter attritum esse cognovisset. Præterea, si fictionem confiteri tenetur, eam certe aperire debuit Sacerdoti prima Confessione, in qua ipsam commisit; cum enim hujusmodi fictio sit lethale peccatum, certum est, eum, qui sine dolore sincero de peccatis, & eorum detestatione, quatenus Deum offendunt, absolvitur, Confessionem integram non fecisse, siquidem fictionem illam celavit. Confessio autem, quæ non est integra, prorsus invalida est, nec est Confessio, sed Confessionis simulatio. Cum itaque fictio

vitate peccatorum congruam ſatisfactionem imponere, nec Abſolutionis ſententiam vice Chriſti proferre; ipſum enim judicem, qui ſententiam profert, plenam cauſæ cognitionem habere neceſſe eſt. Ita *S. Thomam* interpretatur *S. Antoninus* 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 5. „ „ Poteſt (*inquit*) ſuſtineri opinio Thomæ, loquendo de illo, qui confitetur ei, cui prius; & non oportet iterare Confeſſionem ei prius factam, licet fictam, etiamſi Sacerdos non recoleret peccata ſibi prius dicta; quia nec quando Confeſſio eſt integra oportet, quod recolat actu de principio uſque ad finem. Et maxime, quia hic ſufficit abſolvere ab omnibus, & injungere pœnitentiam pro fictione, & pro aliis, quod faciat pœnitentiam tunc ſibi injunctam „ „.

Poteſt etiam explicari *S. Thomas* de peccatore, qui ad Sacramentum pœnitentiæ fictus accedit, ſed fictionem illam ſuam, ſeu contritionis defectus ignorat; qua in hypotheſi pœnitens confeſſionem iterare non tenetur, quam nullam fuiſſe neſcit. Ipſe ſui ſit interpres *S. Th.* locis ſupra laudatis. „ „ Quilibet (*inquit*) tenetur ad Confeſſionem mortalium; ſed ſi aliquis ſemel confeſſus eſt, etiam in mortali exiſtens, non tenetur ulterius ad confitendum eadem peccata; quia cum nullus ſciat ſe charitatem habere, nullus ſciret ſe confeſſum fuiſſe; ergo non eſt de neceſſitate Confeſſionis, quod ſit charitate formata „ „. Idque confirmatur ex verbis ejuſdem Angelici Doctoris, 3. p. qu. 82. art. 4. ad quintum dicentis: „ „ Quod non habeat aliquis conſcientiam ſui peccati, poteſt contingere ſine culpa ipſius, puta cum doluit de peccato, ſed non eſt ſufficienter contritus. Et in tali caſu non peccat ſumendo Corpus Chriſti; quia homo per certitudinem ſcire non poteſt, utrum ſit vere contritus; ſufficit enim, ſi in ſe ſigna contritionis inveniat, puta, ſi doleat de præteritis, & proponat cavere de futuris „ „. Ita rurſus *S. Thomam* explicat *S. Antoninus* ibidem, & de eo loquiait: „ „ Qui fictus eſt, quia habet dolorem, ſed ita imper-

perfectum, quod nec cum Sacramento actu suscepto sufficit ad contritionem; nihilominus tamen hanc imperfectionem, quæ est fictio, non confitetur, quia credit se sufficienter esse dispositum, & sic non scienter celat peccatum, quod fuit in hoc, quod non examinavit conscientiam suam, sicut debuit..., Tali, quando redit ad cor, & recolit se non bene fecisse debitum, & ex negligentia aliqua oblitum, tunc incipit valere Confessio, & non tenetur confiteri illa, quæ prius confessus fuit sic fictus, quia non fuit dimidiata ex intentione, sed solum illam fictionem tenetur confiteri. Si autem fuisset fictio, quia non doleret, & scienter celata fuisset, Confessio est nulla; vel si fictio fuisset confessa, non debuisset dari absolutio ... (ea manente.) Id rursus confirmat sententia illa *S. Thomæ*, in 4. *Sententiarum*, dist. 21. quæst. 2. art. 2. bis repetita: *Confessio attenditur, præsupposita Contritione.* Ubi ergo nulla Contritio est, sive perfecta, sive imperfecta, quæ Attritio vocatur, Confessio est invalida, adoque iteranda.

eo relinquunt, niſi magnum ſacrilegium; caracterem non imprimunt, cujus virtute gratia produci poſſit accedente contritione. Quod enim quidam Theologi ajunt, in eo, qui fictus accedit ad Sacramentum pœnitentiæ, produci quemdam ornatum, cujus virtute gratia Sacramenti, recedente fictione producatur, merum figmentum eſt, nullum in Scriptura, vel Traditione fundamentum habens; neque explicari adhuc potuit, quid ſit ornatus ille. Certe ſi Euchariſtia indigne recepta ſpiritualem effectum in anima non producit, recedente etiam fictione, quia caracterem non imprimit, cum tamen Sacramentum recipiat, qui Chriſti Corpus indigne manducat, ut docet *S. Thom.* 3 part. quæſt. 80. art. 2. ad primum; quomodo Confeſſio ſacrilega, quæ caracterem pariter non imprimit, imo quæ nullum Sacramentum eſt, gratiam operari dici poteſt fictione recedente, ſecundum Angelici Doctoris mentem?

Denique *Dominicus Soto* Ordinis Prædicatorum Theologus eximius, maximamque laudem in Tridentino Concilio conſecutus, dicere non dubitat „ „ S. Thomam in 4. Sententiarum locutum fuiſſe cum vulgo, quod quidem in Summa correxit, & correxiſſet clarius, ſi huc uſque perveniſſet. *Secundo; non* videri idem tribuiſſe huic Sacramento, quod Baptiſmo. Ait enim, quod quamvis tunc confeſſus non percipiat Abſolutionis fructum, tamen recedente fictione recipiet, ſicut eſt in aliis Sacramentis. De aliis autem Sacramentis non imprimentibus caracterem nuſquam hoc ipſe opinatus eſt; ſed Capreolus, & Paludanus; qui fictitium illum ornatum per Sacramentum hoc imprimi autumant, illum gratiæ fructum recedente fictione & hic quoque fingunt. Attamen S. Thomas (ut arbitror) non aliud ſibi vult, quam quod recedente fictione per Contritionem incipiat homo habere gratiam, & remiſſionem peccatorum, quam non habuit per prius Sacramentum; & ſi iterum confiteatur, habebit etiam gradum ſacramentalem gratiæ ſimilem illi, quem habuiſſet per primum

Sacramentum „ „. Hæc paullo prolixius explicare operæ pretium fuit, ne Theologi ſolutioris, molliorisque doctrinæ in iis, quæ pœnitentiæ adminiſtrationem ſpectant, *S. Thomæ* verbis ulterius abutantur.

Multiplex fictio pœnitentium.

Hanc de fictione pœnitentium quæſtionem dilucide venerabilis *Gerſonius* explicat in reſponſione ad Quæſtiones quaſdam morales, qu. 2. „ „ Quædam fictio (*inquit*) eſt pernicioſe mentiens; quædam doloſe dimidians; quædam patenter inficiens; quædam inſufficienter diſcutiens. Fictio triplex prior impedit, ne Confeſſio, vel prætenſa Abſolutio valeat ſic fingenti; quin oporteat, vel neceſſarium ſit iterum de omnibus ſacramentaliter confiteri. Quarta vero fictio poteſt inveniri, licet non bona, non tamen ſicut priores æqualiter mala; ubi licet Abſolutio non conferat gratiam, nec peccata deleat, confert tamen ceſſante fictione, nec oportebit de ſic confeſſis iterum confiteri... Mentiens autem in Confeſſione pernicioſe, peccat mortaliter Secus autem eſt de mendacio, quod ex genere ſuo alias eſſet ſolum veniale, ut videlicet miſcendo quandam levem circumſtan-

ſum mendacium, ſi dicit, ſe pœnitere, & dolere peccaſſe, cum manifeſte oppoſitum oſtendant ſigna ſua; ex quo non vult ſatisfacere juxta Sacerdotis judicium. Fictio quarta, quæ eſt inſufficienter diſcutiens, poteſt contingere multipliciter. Primo, ignorando factum, quia non fuit ſufficienter recogitatum. Secundo, ignorando ſi factum ſit peccatum, ſaltem mortale. Tertio, ignorando ſi ſit taliter, & expreſſe confitendum. Quarto, ignorando ſi diſplicentia peccati ſit principaliter in confitente, non ratione culpæ, ſed ratione pudoris, & pœnæ. Quinto, ignorando ſi motus in deteſtationem peccati ſit ſatis intenſus, vel non. Sexto, ignorando ſi ponatur obex Abſolutioni per propoſitum non abſtinendi a peccato. His præmiſſis, dicendum eſt ad quæſtionem, quod Confeſſio non eſt propter aliquam iſtarum ſex fictionum, quartam fictionem, quæ inſufficienter diſcutit, reſpicientium, iteranda. Hujus ratio eſt iſta; quia ipſa Confeſſio obtinet, & habebit efficaciam, vel in Abſolutione ſacramentali virtute clavium Eccleſiæ, vel poſtmodum ceſſante fictione hujuſmodi; ſicut fit etiam quandoque in Baptiſmo. Et ita concordat ſatis S. Thomas cum cæteris Doctoribus „ „.

REGULA XIX.

Qui peccatum aliquod mortale in Confeſſione prætermiſit ex divini juris ignorantia, Confeſſionem iterare tenetur; ſi vero ex ignorantia facti, ſufficit, ut illud confiteatur, nec cæterorum Confeſſionem repetere neceſſe eſt.

Quando iteranda Confeſſio.

Hanc Regulam tradit *S. Thomas*, in 4. *Sentent.* diſt. 21. quæſt. 2. art. 1. ad quartum: „ „ Ignorantia juris (*inquit*) non excuſat, quia ipſa peccatum eſt; ſed ignorantia facti excuſat. Unde aliquis de hoc, quod non confitetur peccata, quæ neſcit eſſe peccata propter ignorantiam juris divini, non excuſatur a fictione; excuſaretur autem, ſi neſciret ea

non affert. Poſſunt enim pharmaca ſic ſumi, ut nec proſint, nec obſint, vel certe non lethaliter obſint. Pari ratione Sacramenta non ſemper animæ mortem inferunt, quando accepta non proſunt. Nam inter prodeſſe, & lethaliter obeſſe, medium intercedit, nec prodeſſe, nec obeſſe, vel etiam parum prodeſſe. Et quamvis Sacramenta ſint res ſacroſanctæ, non omnis tamen irreverentia, quæ in illa committitur, lethale ſacrilegium eſt. Quamobrem nec eſt iteranda neceſſario Confeſſio venialium abſque Contritione facta, nec hujuſmodi fictio Confeſſioni ſacramentali neceſſario ſubjicienda eſt, cum aliis remediis expiari poſſit, ſicut & venialium peccatorum reliquum omne genus. Periculi tamen plena res eſt, venialia ſine Contritione frequenter confiteri, & ſi quando perſpectum ſit conſcientiarum moderatoribus, pœnitentes, qui ſola venialia, illaque eadem ſæpe confitentur, de illis non dolere, nec propoſitum ipſis eſſe ab illis cavere, quantum humana fragilitas patitur, ſed in illis præſertim, quæ

mortalia, illaque voluntate plene deliberata committunt, quia ſuppliciis æternis illa non puniri perſuaſum habent. Qui enim ita ſunt affecti, non videntur amare virtutem, ſed timere duntaxat ſupplicia; neç Deum colere, ut Patrem, quem offendere nolint, ſed ſolum vereri judicem, a quo timent damnari. Probus enim filius non ſolum ſolicite cavet, ne illa committat, propter quæ ſcit ſe a patre exhæredandum; ſed etiam omne ſtudium adhibet, ne illa perpetret quibus patrem ſuum novit offenſum iri, tametſi non adeo, ut filium propterea ab hæreditate excludat.

REGULA XXI.

Virginibus, & devotis fœminis ſummopere cavendum eſt, ne ex frequentibus venialium peccatorum Confeſſionibus, & occaſione Confeſſionum, collocutionibus cum Confeſſariis, & moderatoribus conſcientiarum, nimia ad ipſos Confeſſarios, & directores adhæſio, & impuri, vel inquieti affectus naſcantur.

Cautio devotis fœminis neceſſaria.

Hanc Regulam tradit inſignis vitæ ſpiritualis Magiſter *Joannes Avila*, cap. 8. ſuper Verſum Pſal. 44. *Audi, filia*, his verbis ex hiſpano fideliter redditis: „„ Fuge viris familiaris eſſe. Nunquam ſola ſis cum ullo illorum, niſi cum Confeſſario tuo; neque diutius apud illum commoreris, quam poſtulat Confeſſio. Et hæc nullis ſuperfluis verbis protrahenda eſt, ne multiloquio & ipſa pecces, & peccandi occaſionem Confeſſario præbeas. Hoc tanto ſtudioſius curandum eſt, quo confeſſio ordinata eſt, ut tollat, non ut ingerat peccata. Nihil enim magis perverſum, quam eo uti ad augendos animarum morbos, quo illos curari oportet. Sponſæ Chriſti, præſertim juveni, magna diligentia, & prudentia in eligendo Confeſſario opus eſt. Neceſſe, ut is ſit vitæ irreprehenſibilis, & famæ illibatæ, atque ætatis maturæ. Hic ubi fuerit repertus, atque electus, tum obſervandæ animi affectiones; ne circa hunc fere ea

ratione occupentur, qua animus matrum familias circa maritum, proleſque ſuas cogitando, amando, & ſatagendo occupatur. Locus, quem in corde uxoris maritus occupat, in corde virginis non Confeſſario, ſed Chriſto, qui unus Virginum Sponſus eſt, totus dandus eſt. Non cogitandum de Confeſſario; niſi ut, quod ipſe docet, Virgo opere exerceat; dum Dei, qui ſolus ſpes, & conſolatio noſtra eſt voluntas ſinit, ut Confeſſarii præſentia Virgo deſtituatur, id æquo animo ferendum eſt. Si autem, qualem deſcripſimus, Confeſſarium virgo, aut fæmina Deo devota reperire non poteſt, ſatius ei fuerit, ut ſacrorum librorum lectione, & meditatione contenta, nonniſi ter, aut quater in anno peccata confiteatur, ſumatque Sacramentum Corporis Domini; quam ut frequenti confeſſione de incontinentia, aut inordinatis affectibus ſuſpecta fiat. Et licet inquietorum affectuum ſibi conſcia virgo non foret, tamen ne aliis ſcandalo ſit, etiam ab illis congreſſibus, & ſermocinationibus cavere debet, quæ aliis male ſuſpicandi materiam ſufficere nata ſunt „ „.

Moram diuturniorem in frequentibus devotarum fæminarum Confeſſionibus audiendis, & prolixiora cum ipſis ſive in Confeſſione, ſive extra ſacrum Tri-

contra illos, qui quotidie audiunt mulierculas, & faciunt eis longas prædicationes. Unde amittunt multum temporis, & ſcandalum communiter ſequitur in ipſis, & in populis „ „.

Species charitatis moram diuturniorem, aut frequentationem nimiam devotarum fæminarum fruſtra excuſarent imprudentes conſcientiarum moderatores. Timendum enim, ne *ſani* non ſint *in charitate*. Timendum frigus charitatis, vento flante ab aquilone, unde omne malum. „ „ De hoc frigore charitatis, & Amon in ſorore ſua Thamar obrigueraf. Timendum ergo, ne forte & nos hac infirmitate charitatis aliquando ſuperemur. Nonnunquam enim evenit, ut primum a nobis in virginem ſive in quamlibet fæminam ſit ſancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus, paullatim ſanitas charitatis languore pallefcat, & infirmari incipiat, & ad extremam mortem diligentem ferat. Unde Apoſtolus caute, & prudenter Timotheo præcipit, ut exhortetur adoleſcentulas in omni caſtitate. Omnis autem caſtitas in carne, & ſpiritu, & anima eſt; ne ſcandalizetur oculus; ne in pulchritudine vultus fæminæ hærentes pendeamus; ne blanda nos audire verba delectet, ne ad ſimulatos ſermones mens prius dura marceſcat. Caveant ergo tam juvenes quam ſenes, tam adoleſcentulæ quam vetulæ, & omni diligentia cuſtodiant cor ſuum; ne ſanitatem dilectionis morbus charitatis introeat, & per amorem ſanctum fiat non ſancta dilectio, quæ illos pertrahat in gehennam „ „ (inquit S. Hieronymus.)

S. Hieron. in cap 2. Epiſt. ad Titum.

REGULA XXII.

Confeſſiones, præſertim mulierum, in Eccleſia, in loco patenti, non in angulis, abditiſve locis, aut Capellis minus late patentibus excipi debent.

Sic enim in pleriſque Conciliis ſtatutum eſt. Sic Odo Pariſienſis Epiſcopus in Synodo anni 1194. „ „ Ad audiendum Confeſſiones communiorem lo-

Locus, ubi Confeſſiones excipiendæ.

cum in Eccleſia ſibi eligant Sacerdotes, ut communiter ab omnibus videri poſſint; & in locis abditis, aut extra Eccleſiam nullus recipiat Confeſſiones, niſi in magna neceſſitate, vel infirmitate „ „.

Ita *Richardus* Epiſcopus ſarum in Conſtitutionibus anno 1217. editis, c. 25. „ Confeſſiones mulierum audiantur extra velum, & in propatulo quantum ad viſum, non quantum ad auditum „ „.

Concilium Narbonenſe anni 1226. c. 7. „ „ Illi qui „ Confeſſiones audiverint, in loco patenti audiant, „ non occulto „.

Synodus Colonienſis ſub *Sifrido* Archiepiſcopo, anno 1280. c. 8. „ „ Ad Confeſſionem (*inquit*) audiendam communem, & aptum locum in Eccleſia, ut ab omnibus videri poſſint, ſibi eligant Sacerdotes. In locis autem obſcuris, & tenebroſis Confeſſiones non audiant; nec extra Eccleſiam, niſi in magna neceſſitate, vel infirmitate. Contrarium facientes ſententiam excommunicationis ſe noverint incurſuros „ „.

Synodus Bajocenſis anno 1300. cap. 81. „ „ Ad audiendam Confeſſionem eminentem locum ſibi eligant Sacerdotes, ut communiter poſſint videri; & in locis abditis extra Eccleſiam nullus recipiat Confeſſiones, niſi in neceſſitate „ „.

Concilium Lambethenſe anno 1330. cap. 2. „ „ Sacerdos ad audiendum Confeſſiones communem eligat ſibi locum, ubi communiter ab omnibus videri poterit in Eccleſia; & in locis abſconditis non recipiat Sacerdos alicujus, & maxime mulieris Confeſſionem, niſi pro maxima neceſſitate, aut infirmitate pœnitentis „ „.

S. Carolus Borromæus in Inſtructionibus de Fabrica Eccleſiæ, lib. 1. „ „ A latere Eccleſiæ, extra Capellæ majoris ambitum, loco aperto, patentique Confeſſionalia conſtituantur; partim a meridionali regione, partim a ſeptentrionali. In aliis etiam Eccleſiæ locis, pro ratione amplitudinis, & ſitus Eccleſiæ, Epiſcopi conceſſu aliquando collocare licebit, ut in Capellis quibuſdam ample patentibus, aut in earum aditu, vel limine; ita ut Confeſſarius intra clathris ſepta, pœnitens vero extra ſit; quo fiat ut clathris Capellæ arceantur, qui inordinate concurrentes ad ſacram Confeſſionem, nimiſque prope alium, qui tunc peccata ſua confitetur, vel ipſum pœnitentem, vel Confeſſarium facile interturbant „ „.

Concilium Burdigalenſe anni 1624. cap. 5. n. 6. „ „ Sed etiam edicimus, ut quarumcunque Eccleſiarum locis patentibus, non in Capellis, aut angulis Confeſſionalia collocentur; nunquam vero in Sacriſtiis laicorum Confeſſiones audiantur. Provideat etiam Epiſcopus, Eccleſiarum habita ratione, ne audiendarum Confeſſionum tempora in noctem protrahant Confeſſarii, neve ante auroram præveniant „ „.

REGULA XXIII.

Conſcios, ſive complices criminum in Confeſſione declarare tenetur pœnitens, tacito eorum nomine, cum id ad Confeſſionis integritatem neceſſarium eſt, ſcilicet cum peccatum ratione complicis ſpeciem mutat, vel gravius evadit. Alias complicem Confeſſario revelare non licet, niſi forte ſervato fraternæ correctionis ordine, ut Sacerdos illum ad peccati Confeſſionem, & pœnitentiam hortetur; vel a malo ipſi pœnitenti, aut alteri cuipiam inferendo pro viribus deterreat, & prohibeat, arcani religione, prudentiæque legibus ſervatis; vel ut conſilium neceſſarium quærat a conſcientiæ moderatore.

Quando conſcii ſive complices peccatorum in Confeſſione

Hujus Regulæ prima pars nititur Can. 43. Conc. Triburienſis. „ „ Si quis (*inquit*) cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente filius ejus, vel frater ejuſdem, & rei inſcius, cum eadem ſe polluerit: & poſtquam ſe pollutum eſſe cognovit, con-

pœnitentiali Romano, Tit. 3. cap. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. Neque vero de publicis tantum peccatis, ſed etiam de occultis loquuntur illi Canones. Vix enim hujuſmodi crimina publicantur, ſiquidem intra domeſticos parietes perpetrantur, & ſceleris occultandi, & perpetrandi facilitatem maximam præbet conſanguinitatis, & affinitatis propinquitas. Deinde Canones non explicant, an ſæpius, aut cum ſcandalo hæc crimina commiſerint illi, quibus pœnitentia conſtituitur, an ſemel. At ſane crimina illa omnia ex una, aut altera perpetratione aſpergi ſuſpicione vix poſſunt, nedum divulgari. Denique occultiſſima eſſe crimina ipſi Canones apertiſſime teſtantur, cum hypotheſim ſtatuant duorum affinium, vel conſanguineorum circa eamdem perſonam etiam ipſis affinem, vel conſanguineam crimen perpetrantium, neutrum crimen alterius cognoſcere. Confeſſarius porro pœnitentiam in ſacro Tribunali injungens, noſſe non poterat gravitatem inceſtus, niſi pœnitentium aliquis criminis conſcios Confeſſario declaraſſet. Eadem autem ratio nunc obligat pœnitentes ad revelationem conſciorum, ſive complicum in Confeſſione ſacramentali; ſæpe enim contingit, ut peccati ſpecies Sacerdoti aperiri non poſſit, vel gravitas innoteſcere, niſi criminum conſcii declarentur. Cum igitur Confeſſio jure divino integra eſſe debeat, eodem quoque jure conſcios criminis Confeſſario declarare neceſſe eſt, quoties id poſtulat Confeſſionis integritas.

Neque vero famæ proximi detrahere cenſendus eſt, qui conſcium revelat Confeſſario, integræ Confeſſionis faciendæ neceſſitate compulſus; ſicut nec maledicus cenſetur reus, qui a ſæculari judice legitime interrogatus, criminis conſcios declarat; nec maledicentiæ rei ſunt, qui alterius crimen occultum Principi, Epiſcopo, patri, amico denuntiant, ut grave, imminenſque malum avertant ab Eccleſia, a Principe, a Republica, a familia, a Principis, ab amici, vel proximi capite, fama, fortunis; quod obviis exem-

exemplis explicari poteſt. Non enim maligno animo, non ex odio, aut invidia in proximum hæc fiunt, ſed ex officio juſtitiæ, charitatis, vel amicitiæ, & ſi quod malum inde redundet in reos, id per ſe non intenditur a denuntiatoribus, quibus publicum duntaxat bonum, vel ſalus Principis, aut amici, vel proximi utilitas ſtudio eſt; & ſi quod reis malum eveniat, id ſibi tribuere debent, qui criminis perpetratione ſe in illud periculum conjecerunt. Quanto minus cenſendi ſunt detractores, & maledici, qui divina lege de Confeſſionis integritate compulſi conſcios criminis, ut ei pareant, in Confeſſione ſacramentali declarant Sacerdoti, vice Dei ſacrum judicium exercenti, jus habenti pœnitentem de omnibus, quæ ad ipſius peccatum pertinent, interrogandi, arcani religione obſtricto, prudenti; non ut noceat, ſed ut proſit ipſi pœnitenti, imo & conſcio, ſi opportunitas detur, ut ipſos cum Deo reconciliet, ut ſalutem illis æternam procuret?

Pars utraque poſitæ Regulæ aſſeritur a *S. Thoma*,

do perſonam, cum qua peccavit, puta ſi cum ſorore concubuit, neceſſe eſt, ut exprimendo peccati ſpeciem, exprimat perſonam; ſed, ſi fieri poteſt, debere quærere talem Confeſſorem, qui perſonam ſororis pœnitus non cognoſcat „„.

Idem docet *S. Raymundus*, lib. 3. §. 24. „„ Confeſſio (*inquit*) debet eſſe propria, ut ſe ipſum tantum accuſet, & non alium; alias ſi crimen alterius diceret, non eſſet erroris illius corrector, ſed proditor, vel detractor. Fallit hoc, ubi circumſtantia facti talis eſt, quod alias non poſſet confiteri peccatum; ut ſi cognovit matrem, vel filiam, vel ſimile; & tunc non eſt dicendus proditor, quia non dicit, ut alium prodat, vel gravet, ſed ut ſe liberet, quod alias facere non poſſet „„. Sed nec proditor aut detractor dicendus eſt, qui conſcium in Confeſſione ſacramentali declarat, ut ipſum a peccato liberet, nimirum ut Sacerdos ex ipſius pœnitentis licentia conſcium criminis, cujus Confeſſionem mox excepturus eſt, ad peccati Confeſſionem, & pœnitentiam adhortetur; vel ut ipſum adeat, ſecreto moneat, arguat, obſecret, increpet, & ad meliorem frugem revocare monetur; ſi forte ſpes alicujus fructus ſpiritalis affulget.

Idem confirmat *S. Bonaventura* in 4. *Sententiarum* diſt. 21. qu. 3. p. 2. art. 1. „„ Aliena peccata (*inquit*) aut ſunt impertinentia ad peccati noſtri accuſationem, ſed ex quadam aſſociatione refert ea, & ad quamdam excuſationem, ille, qui confitetur, quia ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum; & ſic dicendum, quod male facit, qui ſic confitetur, ſicut multi ſimplices aliquando accuſant omnes vicinos ſuos, ut ipſi minus confundantur, ut ſi dicant: Sumus latrones, uſurarii, perjuri, & conſimilia; & tales a Confeſſoribus corripiendi ſunt, qui rectam formam Confeſſionis non ſervant. Aut peccata aliena ſunt noſtris conjuncta, & admixta, ita quod ſine illis non poteſt bene culpa propria explicari; & tunc licitum eſt confiteri eatenus, quatenus non poteſt

ſine

ſine alieno peccato culpa propria explicari. Unde ſufficit aliquando in generali; ut ſi mulier cognita eſt ab Epiſcopo (quod abſit) ſufficit dicere, quod aliquis magnus Prælatus eam cognovit. Si a perſona religioſa, ſufficit, quod in generalitate ſua ſtet, quia ſatis apparet genus culpæ. Si vero deſcendat ad perſonam ſingularem, increpanda eſt perſona confitens. Similiter nec debet Confeſſor curioſe inquirere de perſona. Sed ſi ſuſpicatur, quod ſit perſona, cui poſſit prodeſſe, & competens & utile ſit illam ſcire, poteſt extra forum Confeſſionis illam inquirere. Nam talia frequenter ſunt occaſio frangendi ſigillum Confeſſionis, ubi eſt maximum periculum. Si vero peccatum non poteſt explicari ſine explicatione perſonæ determinatæ, utpote ſi mulier inordinate a viro cognita eſt, tunc ſi dicat de marito, non peccat, pro eo quod non poteſt aliter confiteri propriam culpam; & tunc non debet attendi acculatio aliena, ſed acculatio propria; & ſic generaliter verum eſt, quod peccata aliena non ſunt dicenda in Confeſſio-

REGULA XXIV.

Si ex complicis revelatione in Confeſſione ſacramentali facta, grave damnum animæ, vel corporis, vel famæ probabiliter immineat ſive pœnitenti, ſive Confeſſario, ſive ipſi complici, aut aliis, pœnitens facultatem petere debet alteri confitendi; quam ſi obtinere nequeat, reliqua peccata confiteri debet, circumſtantiam vero ſi reticeat, ex qua perſona complicis innoteſcere poſſet, cum propoſito illam confitendi opportunitate data, nulla propterea Confeſſio cenſeri non debet.

Quando conſcii criminum in Confeſſione declarandi.

Hæc Regula nititur auctoritate *S. Thomæ* in 4. *Sententiarum*, diſt. 17. qu. 3. Quæſtiunc. 4. ad quintum. „ „ In caſibus (*inquit*) in quibus probabiliter timet pœnitens periculum ſibi, vel Sacerdoti ex Confeſſione ei facta, debet recurrere ad Superiorem, vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi. Quod ſi licentiam habere non poſſit, idem eſt judicium, quod de illo, qui non habet copiam Sacerdotis... Nec in hoc tranſgreditur præceptum Eccleſiæ; quia præcepta juris poſitivi non ſe extendunt ultra intentionem præcipientis, quæ eſt finis præcepti. Hæc autem eſt charitatis, ſecundum Apoſtolum. Nec iterum fit aliqua injuria Sacerdoti, quia *Privilegium* meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate „ „

REGULA XXV.

Quamvis abſolute liceat Confeſſario conſcium, cum pœnitentis licentia, Superiori tanquam patri, non tanquam judici denuntiare, ut occulte & prudenter occaſionem peccandi complici auferat; ea tamen licentia nec a pœnitente poſtulanda eſt, nec illa ut hodiernæ diſciplinæ convenit.

Denuntiatio complicis a Confeſſario, et-

Primam Propoſitionis partem probat communis pene Theologorum conſenſus, qui poſt *S. Thomam* docent, Confeſſarium, de licentia pœnitentis,

Jam cum licentia pœnitentis periculoſa.

peccatum illius, quod ſub ſigillo Confeſſionis habet, alteri revelare poſſe, modo abſit ſcandali periculum. Quidni ergo & peccatum complicis, cum ejuſdem pœnitentis licentia, ſuperiori tanquam Patri, non tanquam Judici, revelare poſſet, remoto ſcandali periculo, ſi nimirum ſuperior vir ſit ſingulari prudentia, & charitate præditus? Sic olim mulieres maritos ſuos adulteros Epiſcopo denuntiabant, qui prodeſſe poſſet, non obeſſe. Ille vero ſecreto corripiebat hominem, & ad pœnitentiam adducere conabatur, ſauciamque conſcientiam curare, arcani religione ſervata. Sit Superior ea prudentia, & charitate præditus, qua *S. Auguſtinus*; ſpes affulgeat ſpiritualis utilitatis maxima, complicis nimirum converſionem a Superiore procurandam; vel certe cohibendum a malo, & ſubtrahendas illi peccandi, & alias corrumpendi occaſiones; quidni pœnitens dare poterit licentiam Confeſſario, ut ſpe tanti boni complicem ad Superiorem ceu Patrem ſpiritualem deferat, ſicut pœnitens ipſe deferre poſſet, ſive in Confeſſione, ſive extra Confeſſionem? *S. Auguſtini* verba

juſte vetitum eſt; ne Confeſſarii conſciorum nomina, cognomina, vel loca manſionum a pœnitentibus quærant.

Odo Pariſienſis Epiſcopus in Synodo: „„ In Confeſſione (*inquit*) caveant ſibi Confeſſores, ne inquirant nomina perſonarum, cum quibus peccaverunt confitentes, ſed circumſtantias tantum, & qualitates, & ſi confitens indicaverit, arguat eum Confeſſor, & ſecretum illud teneat, ſicut confitentis peccatum „„.

Synodus Bajocenſis anno 1300. c. 82. „„ In Confeſſione ſibi caveant Sacerdotes, ne inquirant nomina perſonarum, ſed circumſtantias tantum, quæ poſſunt aggravare peccatum „„.

Synodus Lingonenſis anno 1404. „„ Caveant Sacerdotes, ne in Confeſſione inquirant ab his, quorum audiunt Confeſſiones, ut nominent eis expreſſe perſonas, cum quibus ipſi confitentes peccaverint, niſi eſſet tale peccatum, quod oporteat exprimi aliquid de perſona; puta: Peccavi cum filia mea naturali, vel ſpirituali, vel nepte; & hoc caſu non debet dici nomen proprium, aut cognomen perſonæ „„.

„„ Hoc eſt unum præcipuum (*inquit eadem Synodus*) quod in principio Confeſſionis Sacerdos expreſſe prohibeat confitenti, ne ipſe prodat in ſua Confeſſione, aut nominet peccata per alias perſonas commiſſa, neque ipſas perſonas nominare præſumat; quia eo ipſo, quod confitentes produnt peccata aliena, quæ celare deberent, in hoc peccant „„.

Synodus Senonenſis anno 1524. „„ In audiendis Confeſſionibus caveant Sacerdotes, ne inquirant loca manſionum, & nomina perſonarum, cum quibus peccaverunt confitentes; ſed de circumſtantiis aggravantibus diligenter examinent, ut gravitatem, & quantitatem peccati melius diſcernere, & judicare, ac pro enormitate peccatorum congruam pœnitentiam injungere poſſint „„.

Sy-

Synodus Carnotenſis anno 1526. „„ Pœnitentes audiant parochiales Presbyteri pacifice ad longum, & caute interrogent de circumſtantiis peccatorum; non tamen petant perſonas nominari, cum quibus peccatum eſt commiſſum „„.

Synodus Pariſienſis anno 1557. „„ Si forte de peccatis, quæ vocantur carnalia, pœnitens confiteatur, ne ſit nimis curioſus Confeſſarius, nec niſi generaliter de his inquirat; nec eorum, cum quibus peccatum patratum eſt, nomina, aut cognomina perſcrutetur; ſed generatim tantummodo petat, an ſit adulterium, an ſit ſacrilegium, an ſimplex ſtuprum, idve cum Clerico, Sacerdote, vel Religioſo, quæ circumſtantiæ flagitii magnitudinem multo plus augent, ideo dicendæ ſunt; nominatim tamen nulla exprimatur perſona „„.

Synodalia Statuta Eccleſiæ Trecenſis: „„ Caveant Sacerdotes, ne a confitente quærant nomina perſonarum, cum quibus peccaverit; ſed circumſtantias, quæ quandoque tantum aggravationem peccati faciunt, quod ſine hoc de peccati quantitate non poteſt bene judicari „„.

Statuta ſynodalia Siffridi Colonienſis Archiepiſcopi: „„ Sub pœna excommunicationis omnibus Sacerdotibus inhibemus, ne a confitentibus nomina eorum, cum quibus peccaverint, vel circumſtantias, per quas poſſint nomina eorum ſciri, inquirant; quod ſi fecerint, ab officio Confeſſionis audiendæ, & ſacrorum miniſteriorum, ipſo facto ſe noverint eſſe ſuſpenſos. Et in principio Confeſſionis Sacerdotes diſtincte inhibeant confitentibus, ne peccata aliorum confiteantur, vel revelent, aut nomina eorum, cum quibus peccaverint, exprimant „„.

REGULA XXVI.

Confeſſarius, qui ex pœnitentis Confeſſione crimen complicis cognovit, quod ille in ſacro Tribunali interrogatus renuit confiteri, hujuſmodi complici ſacramentalem Abſolutionem negare, eumque velut imparatum remittere poteſt, ac debet, inviolato Confeſſionis, ex qua peccatum illius notum habet, ſigillo.

Quomodo ſe gerere debet Confeſſarius erga complicem ad ipſum pro Confeſſione accedentem, & peccatum, quod ille novit ex alterius Confeſſione, confiteri renuentem.

Hæc Regula colligitur ex Conc. Vaſenſi 1. can. 8. cujus hæc ſunt verba: „ „ Quaſi ſi tantum Epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium novit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat, ſed cum ipſo ad compunctionem ejus ſecretis correptionibus elaboret „ „. Et Can 7. Concil. Carthaginenſis 5. cujus hæc ſunt verba: „ „ Placuit, ut ſi quando Epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen eſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit, non putet ad injuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur; & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis, ut magis caveat Epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non poteſt „ „. Refertur a *Gratiano*, cauſa 6. q. 2. can. *Placuit*. Eumdem Canonem refert *Burchardus*, lib. 19. c. 127. additque poſt hæc verba: „ Neganti nolle „ communicare, *hanc pericopen*, Secrete tamen inter„ dicat Communionem, donec obtemperet „.

Denique *S. Auguſtinus*, Serm. 82. alias 16. *de Verbis Domini*, c. 8. explicans, quomodo ſe gerere debeat Epiſcopus, qui ſecretum alicujus crimen, vel per ſe ipſum, vel forte ex alterius pœnitentis arcana Confeſſione novit: „ „ Sic agamus (*inquit*) & ſic agendum eſt, non ſolum quando in nos peccatur, ſed quando peccatur ab aliquo, ut ab altero neſciatur. In ſecreto debemus corripere, in ſecreto arguere. . . Novit neſcio quem hominem Epiſcopus,

& alius illum nemo novit. Ego volo illum publice corripere; at tu quæris inſcribere. Prorſus nec prodo, nec negligo. Corripio in ſecreto; pono ante oculos Dei judicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pœnitentiam, &c „„. Ex his autem omnibus colligitur, Sacerdotem, qui ex pœnitentis Confeſſione crimen complicis cognovit, quod ille in ſacro pœnitentiæ Tribunali interrogatus, confiteri renuit, non poſſe quidem hujuſmodi complici palam Euchariſtiæ Communionem ſacram negare, ſicut nec alteri cuilibet peccatori, cujus crimen ſit occultum; ſed tamen poſſe, ac debere illum ſecreto corripere, & ad compunctionem ac pœnitentiam promovere; atque etiam illi Communionem ſecreto interdicere, ut *Burchardus* canonici Juris conſultiſſimus Antiſtes interpretatur. Correptiones autem illæ molliores eſſent, palparique videretur homo in peccato pertinax, niſi negaretur illi abſolutio, remitteretur-que velut imparatus, ut conſcientiam ſuam diligentius diſcutiat, ut ſerio meditetur, quam gravia cri-

ARTICULUS VIII.

De miniſtro Confeſſionis, & pœnitentiæ.

PROPOSITIO PRIMA.

Solus Sacerdos miniſter eſt Confeſſionis, & pœnitentiæ.

De pœnitentiæ, & Confeſſionis miniſtro.

Illuſtre hujus Miniſterii teſtimonium præbent illa Chriſti Domini verba, Joan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Neque enim omnibus, ſed Apoſtolis tantum hæc dicta fuiſſe conſtat, quibus in hac functione Sacerdotes ſuccedunt. Idque etiam maxime conſentaneum eſt. Nam cum „omne gratiæ genus, quæ hoc Sacramento tribui„tur, a Chriſto capite ad membra derivetur; me„rito debent Corpori Chriſti myſtico, id eſt, Fide„libus illud adminiſtrare, qui ſoli verum ejuſdem „Corpus conficiendi poteſtatem habent; cum præ„ſertim Fideles hoc ipſo pœnitentiæ Sacramento ad „ſacram Euchariſtiam ſumendam apti, idoneique „reddantur. Hanc rationem convenientiæ ex *S. Thoma* ſumpſit Concilii Tridentini Catechiſmus, ut enim ait ille in 4. Sententiarum, & q. 8. Supplementi, art. 1. „„ Gratia, quæ in Sacramentis datur, a capite ad membra deſcendit; & ideo ſolus ille miniſter eſt Sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet miniſterium ſuper Corpus Chriſti verum; quod ſolius Sacerdotis eſt, qui conſecrare Euchariſtiam poteſt; & ideo cum in Sacramento pœnitentiæ gratia conferatur, ſolus Sacerdos miniſter eſt hujus Sacramenti; & ideo ei ſoli facienda eſt ſacramentalis Confeſſio, quæ miniſtro Eccleſiæ fieri debet „„. Hanc doctrinam ab Apoſtolis ad nos uſque continua Traditione traductam SS. Patres diſertis confirmant teſtimoniis. *Jus* ligandi, & ſolvendi ſolis *Sacerdotibus conceſſum*, S. Ambroſius, affirmat lib. 1. *de Pœnitentia*, cap. 2. *S. Joann. Chryſoſt.* lib. 3. *de Sacerdotio*, vel hoc nomine Sacerdotii dignitatem cuivis alteri

Solus Sacerdos pœnitentiæ miniſter.

anteponendam cenſet, quod terreſtres dignitates habent quidem vinculi poteſtatem, ſed in corpora tantum; at Sacerdotum vinculum ipſam etiam animam attingit, atque ad cœlos uſque pervadit; atque adeo, ut quæcunque Sacerdotes in terra confecerint, ea Deus in cœlis recta habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confirmet. Non omnes, & ſingulos Chriſti Fideles (quod hæretici poſterioris ſæculi impie aſſeruerunt) ſed ſolos Sacerdotes hujus Sacramenti miniſtros eſſe, teſtis eſt & *S. Auguſt.* Epiſt. 227. alias 180. ad *Honoratum*, docens quandonam Epiſcopo, ſive clericis fugere liceat imminente obſidionis, aut excidii periculo: „„ An non cogitamus (*inquit*) cum ad iſtorum periculorum pervenitur extrema, nec eſt poteſtas ulla fugiendi, quantus in Eccleſia fieri ſoleat ab utroque ſexu, atque omni ætate concurſus, aliis Baptiſmum flagitantibus, aliis Reconciliationem, aliis etiam pœnitentiæ ipſius actionem, omnibus conſolationem, & Sacramentorum confectionem, & erogationem? Ubi ſi

nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent „ „.

Hinc *Martinus V.* in Concil. Conſtantienſi, redeuntes ad Eccleſiam a *Wickleſi* hæreſi interrogari jubet: „ „ Utrum credant, quod chriſtianus ultra contritionem cordis, habita copia Sacerdotis idonei, ſoli Sacerdoti ex neceſſitate ſalutis confiteri teneatur, & non laico, ſeu laicis quantumcunque bonis, & devotis „ „. Hinc etiam *Eugenius IV.* in Decreto, miniſtrum Sacramenti pœnitentiæ Sacerdotem eſſe declarat. Hinc tandem ſacra Synodus Tridentina, ſeſſ. 14. cap. 6. declarat: „ „ Falſas eſſe, & a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quoſvis homines, præter Epiſcopos, & Sacerdotes, clavium miniſterium pernicioſe extendunt, putantes verba Domini: *Quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo; & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Et quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt*, ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcue, contra inſtitutionem hujus Sacramenti ita fuiſſe dicta, ut quivis poteſtatem habeat remittendi peccata; publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieverit; ſecreta vero per ſpontaneam Confeſſionem cuicunque factam „ „. Et canone 10. Anathemate damnat eum, qui dixerit; „ Non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros Abſolutionis „.

Matth. 18. Joan. 20.

Objicitur: Lapſos olim abſente Presbytero, apud *Diaconum exomologeſim facere delicti ſui* potuiſſe; *ut manu eis in pœnitentiam impoſita, venirent ad Dominum cum pace*, teſte *S. Cypriano* Epiſt. 12. ad Presbyteros, & diaconos Carthaginenſes.

Reſpondetur: Exomologeſis nomine, quam Lapſi apud diaconos facere poterant, non deſignari ſa-

cramentalem Confeſſionem, ſed ſolemnis pœnitentiæ ritum, quo Lapſi humi proſtrati crimina ſua palam deteſtabantur, & ea ſe nunquam perpetraturos conteſtabantur, & peracta pœnitentia, Eccleſiæ reconciliari, & Sacramentorum Communioni reſtitui ſupplices poſtulabant. Hæc autem reſtitutio, ſeu abſolutio a Cenſuris, & pœnis Canonicis, erat Epiſcopo reſervata, ſed abſente Epiſcopo, & imminente pœnitentibus obitu, permittebatur Presbyteris; iis autem abſentibus, diaconi ex Eccleſiæ conceſſione pœnitentes reconciliare poterant, illiſque pacem dare. Sed Reconciliatio illa, quamvis ab Epiſcopis, & Presbyteris facta Abſolutio ſacramentalis eſſet; a diaconis tamen data, erat Abſolutio duntaxat canonica, quæ jus Communionis reddebat. Cum enim Abſolutio canonica ſpectet forum exterius, diaconis, imo inferioribus etiam Ordinibus committi poteſt munus illam impartiendi. Quæ ſunt nempe Juriſdictionis, committi poſſunt clericis non initiatis Sacerdotio, v. g. Sententiam Excommunicationis

parvis licet, & modicis vulneribus exquirunt „„. Quamvis ergo ſuſceptio pœnitentium, quæ ſpectat jurisdictionem exterioris fori, & Abſolutionem canonicam, necnon Euchariſtiæ adminiſtratio, non ſolum primis ſæculis, ſed adulta jam Eccleſia, diaconis aliquando demandata ſit, ubi abſentes erant Sacerdotes, ut fidem faciunt hæc *Alcuini* (ſive alterius Auctoris ſub Alcuini nomine) verba lib. *de divinis Officiis*, in cap. jejunii: „„ Si autem neceſſitas evenerit, & Presbyter non fuerit præſens, diaconus ſuſcipiat pœnitentem, ac det ſanctam Communionem „„. Sacramentalis tamen Abſolutio conferri non poterat niſi a Sacerdotibus, quæcunque neceſſitas urgeret. Unde idem Auctor ait: „ Claves Regni cœ„ leſtis ſolis Epiſcopis, vel Presbyteris traditas eſſe „.

Objicitur: Diaconis audiendi Confeſſiones, & pœnitentias imponendi poteſtatem facere Concil. Eboracenſe anno milleſimo centeſimo nonageſimo quarto celebratum, Londonienſe anno ducenteſimo ſupra milleſimum, & *Odonem de Soliaco* Pariſienſem Epiſcopum, qui poſt annos octo ad Dominum migravit.

Reſpondetur: Synodos anglicanas, & *Odonem de Soliaco*, non permiſiſſe diaconis adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, ſed cæremoniæ cujuſdam ex earum numero, quas Theologi vocant *Sacramentalia*, executionem, qua, deficiente vero Sacramento, moribundi in impotentia illud conſequendi, ob Sacerdotum abſentiam, conſtituti, Contritio excitaretur, & charitas accenderetur; atque Deus interiori ejus diſpoſitione, & precibus Eccleſiæ motus ipſi effectum Sacramenti tribueret. Nec mirum, cum ejuſdem generis Confeſſionem a Laico fieri urgenti neceſſitate ſcripſerit *S. Th.* quæ tamen non ſit „ Sa„ cramentum perfectum, quia deeſt id, quod eſt „ ex parte Sacerdotis „, ſcilicet Abſolutio. Quod & *Odo de Soliaco* in ſtatutis Synodalibus, Statuto 56. ſatis explicat. „„ Prohibetur diſtincte (*inquit*) ne diaconi ullo modo audiant Confeſſiones, niſi in ar-

Quæſt. 2. Supplem. art. 2.

dissima necessitate; claves enim non habent, nec possunt absolvere „ „.

Objicitur tertio, poenitentiam esse necessitatis Sacramentum, sicut & Baptismum; Baptismi porro, propter necessitatem Sacramenti, quilibet homo miniſter est periculo mortis imminente; igitur & poenitentiae, & Confessionis quilibet christianus, urgente necessitate, miniſter est.

Respondet *S. Thomas*, qu. 8. Supplementi, art. 1. ad secundum, quod „ „ Baptismus est magis Sacramentum necessitatis, quam poenitentia, quoad Confessionem, & Absolutionem; quia quandoque Baptismus praetermitti non potest sine periculo salutis aeternae, ut patet in pueris, qui non habent usum rationis; sed non est ita de Confessione, & Absolutione, quae tantum ad adultos pertinet; in quibus Contritio cum proposito confitendi, & desiderio Absolutionis sufficit ad liberandum a morte aeterna „ „.

Objicitur tandem illud Jacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*; ex quibus verbis colligitur,

Confeſſione mortalium, quæ facienda eſt neceſſario Sacerdoti, ut eorum vinculis peccator ab ipſo ſolvatur. Unde Dominus non quibuſcunque, ſed ſolis diſcipulis præcepit, ut Lazarum ſolverent (*Joannis* 11.) & lepram oſtendi Sacerdoti lex jubebat, ut de illa judicium ferre poſſet. Hinc Venerabilis *Beda* S. Jacobi ſententiam ſic explicat: „ „ In hac ſententia illa debet eſſe diſcretio, ut quotidiana, leviaque peccata coæqualibus alterutrum confiteamur; porro gravioris lepræ immunditiam Sacerdoti pandamus; atque ad ejus arbitrium, qualiter, & quanto tempore juſſerit, purificari curemur „ „.

PROPOSITIO II.

Ad Confeſſiones audiendas, & miniſterium Sacramenti pœnitentiæ, non ſufficit Poteſtas Ordinis ſacerdotalis, ſed neceſſaria eſt Poteſtas jurisdictionis, ordinaria, vel delegata, ſive a Superiore demandata.

Abſolutio enim Sacerdotis a Chriſto inſtituta eſt „ „ Ad inſtar actus judicialis, quo ab ipſo velut a judice ſententia pronuntiatur (*inquit Tridentina Synodus ſeſſ.* 14. c. 6.) Quoniam igitur natura, & ratio judicii illud expoſcit, ut ſententia in ſubditos duntaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, nullius momenti Abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet Juriſdictionem „ „: Quod *veriſſimum eſſe* eadem ſacra Synodus confirmat cap. 7. idque antea declaraverat *Eugen. IV.* in Decreto; & ante *Eugen. IV.* Conc. Lateranenſe, ſub *Innoc. III.* Can. 21. diſertis verbis aſſerens, alienum Sacerdotem ſine licentia proprii ſolvere, vel ligare non poſſe, defectu ſcilicet Juriſdictionis. „ Si quis „ autem (*inquit*) alieno Sacerdoti voluerit juſta de „ cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtu„ let, & obtineat a proprio Sacerdote; cum aliter ipſe „ illum non poſſit abſolvere, vel ligare „.

Poteſtas Juriſdictionis ordinaria, vel delegata, in miniſtro pœnitentiæ neceſſaria.

Id

Quæſt. 8. Supplem. art. 4.

Id confirmat *S. Thomas* hac ratione. Imperare alteri nemo poteſt, eumque ad pœnam ſatisfactoriam ſubeundam obligare, niſi in eum Juriſdictionem habeat; miniſter autem Sacramenti pœnitentiæ obligare poteſt pœnitentem ad pœnam ſatisfactoriam jam ſubeundam; neceſſaria igitur eſt, ut eo miniſterio fungatur, non ſolum poteſtas Ordinis, ut in aliis Sacramentis, ſed etiam poteſtas Juriſdictionis. „„ Et ideo ſicut ille, qui non eſt Sacerdos, non poteſt hoc Sacramentum conferre; ita nec ille, qui non habet Juriſdictionem. Et propter hoc oportet, ſicut Sacerdoti, ita proprio Sacerdoti Confeſſionem fieri. Cum enim Sacerdos non abſolvat, niſi ligando ad aliquid faciendum, ille ſolus poteſt abſolvere, qui poteſt per imperium ad aliquid faciendum ligare „„.

Denique Concilii Tridentini Catechiſmus, p. 2. de Sacramento Pœnitentiæ, §. 71 ubi docuit Confeſſionis miniſtrum habere oportere „„ non ſolum Ordinis, verum etiam Juriſdictionis poteſtatem, ordinariam, aut delegatam; *ſubdit*: Quanta olim reli-

prius confeſſus eſt. Qui vero contra ſtatuta facere tentaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit „„.

Quamvis autem poteſtatem Ordinis ad remittenda peccata Sacerdotes accipiant, cum inaugurantur, quod his verbis in ipſo Ordinationis ritu ſignificat Epiſcopus manus imponens: *Accipe Spiritum ſanctum. Quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt*; non tamen accipiunt poteſtatem Juriſdictionis, niſi cum paſtorale Beneficium accipiunt, aut ab Epiſcopo ad Confeſſiones audiendas approbantur. Ordinariam itaque Juriſdictionis poteſtatem habent, quicunque animarum regimini præficiuntur ab Eccleſia, ſcilicet ſummus Pontifex in tota Eccleſia; Epiſcopus quilibet in ſua Diœceſi, Epiſcopi quoque Pœnitentiarius; Parochus in ſua Parochia; Prælatus Regularis in regulares duntaxat perſonas ipſi ſubditas. Delegatam vero Juriſdictionis habent poteſtatem, quicumque ab Epiſcopis ad Confeſſiones audiendas admittuntur.

PROPOSITIO III.

Quilibet Fidelis tenetur ſemel in anno peccata ſua confiteri proprio Sacerdoti, vel alteri de ejus licentia.

Anni Confeſſionis præceptum.

Ita decrevit Concilium *Lateranenſe* quartum ſub *Innoc. III.* Can. 21. „„ Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum; niſi forte de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare Statutum frequenter in Eccleſiis publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam

prius

prius poſtulet, & obtineat a proprio Sacerdote; cum aliter ille ipſe non poſſit ſolvere, vel ligare „ „. Quam Lateranenſis Concilii Conſtitutionem confirmat ſacra Synodus Tridentina Seſſ. 14. Cap. 5. & Can. 8.

PROPOSITIO IV.

Proprii Sacerdotis nomine Parochum intellexit Lateranenſe Concilium.

Quis prius Sacerdos.

Ita Concilii Decretum explicant *Martinus Quartus*, Conſtitutione, quæ incipit: *Ad uberes*, data 4. Idus Januarii anno 1281. decernens, ut qui peccata ſua apud Fratres Minores depoſuerint, „ „ ſuis Presbyteris Parochialibus confiteri, ſaltem ſemel in anno, „ prout Concilium generale ſtatuit, teneantur „.

Benedictus XI. Conſtitutione, quæ incipit, *Inter cunctas*, proprii Sacerdotis nomine Parochum pariter intellexit: „ „ Diſtricte (*inquit*) injungimus, ut Fratres ipſi, confitentes attente moneant, & in ſuis præ„ dicationibus exhortentur, quod ſuis Sacerdotibus

doti, ut ſic parochialis Sacerdos certitudinem habeat de Confeſſionibus ſubditorum, ad fraudulentas quorumdam Parachianorum verſutias evitandas, & animarum pericula evitanda „ „.

Synodus Colonienſis anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo, c. 8. „ „ Si quis autem proprio Sacerdoti parochiali ad minus ſemel in anno plene, & integre confeſſus non fuerit, præcipimus, quod Sacerdos in Paſcha ei Sacramentum minime adminiſtret „ „.

Synodus Lingonenſis anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, jubet ſingulis Eccleſiarum Rectoribus, ut Statutum Concilii generalis Lateranenſis ſuis Parochianis publicent, & exponant, videlicet: „ „ Quod omnis utriuſque ſexus Fidelis ſemel in anno a ſuo proprio curato Sacerdote pœnitentiam debet recipere, & Sacramentum Euchariſtiæ ad minimum in Paſchate „ „.

Concilium Narbonenſe anno milleſimo quingenteſimo primo, Canone quinquageſimo; „ „ Quia omnibus Chriſtianis præceptum eſt, ut ſemel in anno ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum percipiant, & Parocho ſuo peccata confiteantur, voluit Concilium, ut poſthac nemo audeat ſanctiſſimo die Paſchæ peccata ſua confiteri, aut ſanctificum Euchariſtiæ Sacramentum ab alio accipere, quam ab eo ipſo Parocho, vel in ejus locum ſuffecto, niſi exorata a Parocho venia „ „.

Synodus Cameracenſis eodem anno celebrata, Tit. 4. de Pœnitentia: „ „ Semel in anno confiteantur proprio Sacerdoti. id eſt, Presbytero parochiali; qui ideo magis proprius dicitur Sacerdos, quia non ſolum Confeſſiones audit, & abſolvit, ſed etiam miniſtrat alia Eccleſiaſtica Sacramenta „ „.

Concilium Mediolanenſe 1. ſub *S. Carolo Borromæo*, P. 2. Tit. 6. *Innocentii III.* „ „ Conſtitutionem (*inquit*) in generali Concilio editam, qua ſancitum eſt, ut Fideles ſaltem ſemel in anno proprio Pa-

rocho peccata ſua confiteantur, inviolate omnes ſervent „ „.

Eamdem tradunt proprii Sacerdotis notionem Concil. Remenſe anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio celebratum, Cap. *de Pœnitentia*, §. 5. Aquenſe anno 1583. Burdigalenſe anno 1724. Can. 3. & proprium Sacerdotem, cui ſemel in anno omnes, & ſinguli Fideles tenentur confiteri: *Proprium Parochum* eſſe declarant. Idipſum docet *S. Thomas* in 4. Sententiarum, ſive in Supplemento, Qu. 8. Articulo 5.

PROPOSITIO V.

Quamvis proprii Sacerdotis nomine in Canone Omnis utriuſque ſexus, *Parochus deſignetur, ſummus tamen Pontifex, Epiſcopi, & ab iis Delegati pro ipſo tempore Paſchatis, vel abſque ulla temporis, aut loci reſtrictione approbati, non excluduntur. Unde qui apud ipſos peccata depoſuerunt, & abſoluti ſunt, ipſi Canoni paruiſſe ſunt cenſendi.*

inſtituerint; quos denique abſque ulla temporum reſtrictione approbaverint. Quæ enim inferiori conceditur poteſtas, multo magis Superiori conceſſa intelgenda eſt. Exemplum eſto de poteſtate adminiſtrandi Extremæ Unctionis Sacramentum, quam *Innoc. I.* Epiſcopis convenire colligit in Epiſtola ad *Decentium* Eugubinum Epiſcopum, quamvis Presbyterorum duntaxat meminerit *S. Jacobus*, illius Sacramenti divinam inſtitutionem promulgans; quia nulla ratio permittit, ut Epiſcopis conceſſum ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium eſt. Exemplum ſit alterum de Matrimonio, quod a *Proprio Contrahentium Parocho* celebrari debet; nec tamen excluditur Epiſcopus; qui & ipſe Matrimonii benedictionem facere, & ad eam faciendam alii Sacerdoti licentiam concedere poteſt, ut ex Concilio Trid. conſtat, Seſſ. 24. *De Reformatione Matrimonii.* Sic a pari, etſi nomine proprii Sacerdotis, cui ſemel in anno Confeſſio peccatorum facienda eſt, intelligatur Parochus juxta Lateranenſe Concilium, non excluduntur tamen ſummus Pontifex, & Epiſcopi, & ab iis Delegati, atque ad audiendas Confeſſiones abſque reſtrictione temporum approbati.

Accedit momentum alterum ex his verbis Canonis Lateranenſis petitum: „ Si quis autem alieno Sacer„doti voluerit juſta de cauſa ſua confiteri peccata, „licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio Sa„cerdote, cum aliter ille ipſe ſolvere non poſſit, vel „ligare„. Quis autem adeo deſipiat; ut dicat, Summum Pontificem, Epiſcopos, eorum pœnitentiarios, & Presbyteros quoslibet, ad Confeſſiones Fidelium audiendas abſque reſtrictione ab Epiſcopo approbatos, non poſſe ipſos ligare, vel ſolvere? Cum præſertim Romanorum Pontificum Conſtitutionibus cauſa finita ſit, contrariaque *Joannis de Poliaco* Sententia damnata tamquam *Falſa, erronea, & a doctrina ſacra devia*, Conſtitutione, quæ incipit, *Vas electionis*, Lib. 5. *Extr. Commun.* Tit. *de Hæreticis*, Et *Leo X.* Conſtitutione, quæ incipit: *Dum intra mentis*

tis arcana, quæ a Concilio Lateranenſi quinto, Seſſ. 11. approbata eſt, declaraverit, Fideles, qui Sacerdotibus regularibus ab Epiſcopis approbatis confeſſi fuerint, Conſtitutioni, quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexus*, quoad confeſſionem ſatisfeciſſe.

Gallicanam Synodum præterire non poſſum, qua Propoſitio noſtra confirmatur. Synodus diœceſana Nemauſenſis anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto Tit. *de Pœnitentia*, poſtquam proprium Sacerdotem cujus meminit Canon, *Omnis utriuſque ſexus*, Parochum eſſe declaravit, caſus nonnullos exponit, in quibus „ Sine licentia proprii Sacerdotis „ poteſt aliquis alieno Presbytero confiteri. Primus „ eſt, cum Epiſcopus hoc alicui ſpecialiter delegavit „.

Diœceſana Synodus Lingonenſis a *Philippo* Epiſcopo habita anno 1452. Conſtit. *Omnis utriuſque ſexus*, ſingulis diebus Dominicis Quadrageſimæ a Rectoribus Eccleſiarum publicari ſtatuit, ſubditque: „„ Volumus, quod in fine publicationis Conſtitutionis prædictæ, ſubinferatur & publice, quod per hoc

Idem ſtatuit *Stephanus Poncherius*, Pariſienſis Epiſcopus, in Synodo anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto celebrata.

Diœceſana Synodus Trecenſis ab *Odoardo Hennequino*, qui anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo Epiſcopatum iniit, habita de iis, apud quos ipſo Paſchatis tempore Confeſſio fieri poteſt, ſic loquitur: „ „ Sunt autem aliqui Presbyteri, qui in die Paſchæ inhibent Parochianis ſuis ſub pœna Excommunicationis, ne Corpus Chriſti recipiant, niſi fuerint ſibi, vel poteſtatem ab eis habentibus confeſſi; quæ quidem inhibitio temeraria videtur, quia quam plurimi Sacerdotes, & Religioſi habent poteſtatem a Domino noſtro Papa, ſeu Domino Epiſcopo Trecenſi audiendi Confeſſiones omnium, ſibi peccata ſua confiteri volentium, pœnitentiaſque injungendi, & abſolvendi. Quare præcipimus omnibus Presbyteris, ut de cætero faciendo tales inhibitiones, adjungant iſta verba: *Vel alteri, qui ſuper hoc habeat poteſtatem* „ „.

Diœceſana Synodus Toloſana, a *Ludovico Aurelianenſi* Archipræſule, celebrata, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo, proprii Sacerdotis notionem ad ſummum Pontificem, Epiſcopum, & quoſvis poteſtatem ab ipſis habentes, extendit. „ „ Injungimus (*inquit*) omnibus confiteri volentibus, ut proprio Sacerdoti confiteantur. Proprium Sacerdotem dicimus ſummum Pontificem, Epiſcopum, Vicarios illius, Rectorem, & ejus Vicarium, & generaliter omnes alios Sacerdotes a prædictis legitime deputatos „ „. Idem repetit claromontana Synodus anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo celebrata. Idem *Ludovicus* Carnotenſis Epiſcopus in Conſtitutionibus ſynodicis anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo editis.

Diœceſana Synodus Sueſſionenſis a *Carolo* Epiſcopo habita anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo: „ „ Neque (*inquit*) cuilibet Sacerdoti confitendum eſt, ſed proprio Curato, vel ab

in deſtructionem liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præſertim quoad illa, quibus Excommunicationis Cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſervationem, conſonum eſt divinæ Auctoritatis, non tantum in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere „ „.

Et Can. 11. Anathemate ferit eos, qui dixerint; „ „ Epiſcopos non habere jus reſervandi ſibi caſus, niſi quoad externam Politiam, atque ideo caſuum reſervationem non prohibere, quominus Sacerdos a reſervatis vere abſolvat „ „.

Cauſa duplex reſervationis caſuum.

Cauſa autem reſervandi duplex eſt, prima, ut hominum propenſio ad peccandum quodam verecundiæ fræno coerceatur, dum ſummus Pontifex, vel Epiſcopi ſunt adeundi ad obtinendam Abſolutionem. Secunda, ut morbi graviores Medicis peritioribus curandi ſerventur.

Diſcrimen inter Caſum reſer.

Id vero diſcriminis eſt inter Caſum reſervatum, & Cenſuram, quod Cenſura ſit pœna quædam Eccle-

cultas absolutionis minueret facilitatem peccandi; sicut e contrario facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. Ut autem hic reservationis finis facilius obtineretur, Episcopi raro admodum, & paucis secundi Ordinis Sacerdotibus facultatem a reservatis absolvendi indulgebant; sed volebant, ut graviorum illorum criminum rei ad se pro absolutione obtinenda accederent. Hinc Arelatense Concilium anno millesimo ducentesimo sexagesimo, Canone decimo sexto ait, propter *imbecillium*, & *impotentium*, & *pauperum occupationem*, & *penuriam*, consuevisse aliquando Episcopos per villas, & oppida *Pœnitentiarios* suos in Quadragesima destinare, qui eos *a Casibus*, qui *Majoribus reservabantur*, absolverent; quod indicium manifestum est, inferioribus confessariis per villas, & oppida constitutis facultatem a reservatis absolvendi non fuisse communicatam; neque pœnitentiarios ab Episcopis destinatos potuisse quoslibet a casibus reservatis absolvere, sed illos duntaxat, qui ratione impotentiæ, aut penuriæ ad Episcopum accedere facile non valebat; quod Synodus ipsa in fine ejusdem Canonis clarissimis verbis expressit: „„ Nec Prælati, *inquit*, super casibus sibi reservatis, ad Parochianos suos pœnitentiarios destinent, nisi eos, qui commode suos Prælatos adire non possunt „„. Et Synodus altera ejusdem provinciæ anno millesimo ducentesimo sexagesimo-quinto celebrata, prohibet Canone 13. ne Sacerdotes, qui confessiones audiunt, se intromittant de absolutionibus peccatorum reservatorum: „„ Nisi personæ, quæ in aliquos prædictorum casuum inciderint, fuerint adeo senes, vel valetudinariæ, quod ad Episcopos, vel eorum pœnitentiarios venire non possint, vel nisi fuerint in mortis articulo constitutæ. Et tunc eis nihilominus injungatur, quod si recuperaverint sanitatem, pro prædictis se debeant Episcoporum aspectibus præsentare „„.

Quod spectat reservationem Pontificiam casuum, summi Pontifices jure illo, quo per totam Ecclesiam

poſſunt ſibi reſervare caſus, decem ſæculorum ſpatio non ſunt uſi. Plenam enim, & omnimodam auctoritatem abſolvendi in foro, pœnitentiali cujuſcunque quamvis atrocis criminis reos, Epiſcopi relinquebant. At ſæculo undecimo cœperunt ipſi Epiſcopi nonnullos graviorum criminum reos ad Sedem apoſtolicam mittere, vel ut a ſummo Pontifice reconciliarentur, vel ut ab ejus Sanctitate pœnitentia ipſis imponeretur; qua demum peracta, ab Epiſcopis ſuis abſolverentur. Nec tantum in particulari aliquo caſu pœnitentes ad Sedem apoſtolicam mittebant; quod ex Concilio Lemovicenſi ſecundo conſtat anno trigeſimo primo ſupra milleſimum celebrato, ex Hildeberto Cenomanenſi Epiſcopo Epiſtola 60. & ex Yvone Carnotenſi Epiſtolis 98. & 160. Sed quandoque etiam generali Decreto criminis alicujus reos non ab Epiſcopis, ſed a ſolo Pontifice maximo abſolvendos decernebant. Sic Epiſcopi gallicani in Concilio Remenſi anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo Can. 13. Innocentio II. Præſide decre-

tisfactionem, dictam Sedem in præsentia visitare cogantur „„. Secutis sæculis Romani Pontifices plures sibi casus reservarunt, & absolvendi ab iis potestatem inferioribus Confessariis delegare cœperunt; ut charitatis, non minus quam potestatis plenitudinem exercerent.

ARTICULUS IX.

De Confessariorum Dotibus.

Sacerdotum, quibus Confessionum audiendarum sacra provincia demandatur, necessarias dotes Concilium Mediolanense I. a *S. Carolo Borromæo* celebratum, p. 2. Tit. *Quæ pertinent ad Sacramenti Pœnitentiæ Administrationem*, sic explicat: „„ In iis probandis hanc rationem habeant Episcopi, ut pii, bene morati, docti, prudentes, patientes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum, quæ in Confessione dicuntur, provecta etiam ætate, præsertim illi, quibus Confessiones mulierum erunt audiendæ.

Pietas conscientiarum moderatoribus necessaria.

1. Necessaria imprimis est conscientiarum Moderatoribus pietas, de qua scribit Apostolus 1. ad Timotheum. 4. *Exerce te ipsum ad pietatem.. Pietas ad omnia utilis est.* Pietatis nomine cultus Dei, & misericordia intelliguntur; interprete *S. Thoma.* Utroque sensu pium esse Sacramenti Pœnitentiæ Ministrum necesse est, in cultu Dei fervente, in oratione, & meditatione rerum divinarum assiduum, in Librorum piorum lectione frequentem, ut quem imbiberit Spiritum pietatis, in animas eorum transfundat, quorum conscientias moderatur. Oportet nihilominus, ipsum peccatorum infirmitati compati, & divinæ erga illos misericordiæ, cujus Minister est, ingenium æmulari. Unde *S. Greg.* Pastoralis Curæ P. 2. C. 5. „„ Sit (*inquit*) Rector singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus: ut & per pietatis viscera in se infirmitatem ceterorum transferat, & per speculationis altitudinem semetipsum quoque invisibilia appetendo transcendat..

dat... Hinc Moyſes crebro Tabernaculum intrat, & exit: & qui intus in contemplationem rapitur, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis ſemper ad Tabernaculum recurrit, coram Teſtamenti Arca Dominum conſulit: exemplum procul dubio Rectoribus præbens, ut cum foris ambigunt, quid diſponant, ad mentem ſemper quaſi ad Tabernaculum redeant; & velut coram Teſtamenti Arca Dominum conſulant, ſi de his, in quibus dubitant, apud ſemetipſos intus ſacri Eloquii paginas requirant. Hinc ipſa Veritas per ſuſceptionem noſtræ humanitatis nobis oſtenſa, in Monte orationi inhæret, miracula in urbibus exercet, imitationis videlicet viam bonis Rectoribus ſternens, ut etſi ſumma contemplando appetunt, neceſſitatibus tamen infirmantium compatiendo miſereantur „„.

Commiſeratio erga Pœnitentes.

Pietatem, quatenus commiſeratio eſt erga Pœnitentes, neceſſariam eſſe Pœnitentiæ Miniſtro, confirmat Can. *Qui vult.* Diſt. 6. *de Pœnitentia*, cujus hæc ſunt verba: „„Confeſſor habeat pietatem in alterius

diatur. Qui enim loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat; quia quod loquendo imperat, oſtendendo adjuvat, ut fiat „ „.

De iſta Confeſſarii dote *S. Carolus* in Inſtructionibus Confeſſoriorum hæc habet: „ „ Cum Sacramenti Miniſter peccet mortaliter, ſi in peccato mortali illud adminiſtraverit, hinc Confeſſores aliquem audire fugiant, ſi ipſi mortali peccato fuerint inquinati, aut aliqua innodati Cenſura Eccleſiaſtica. Verum confeſſor animarum ſalutis cupidus, & earum in virtutibus inſtituendarum zelo flagrans, ut remedia aſſignet, quibus illæ a peccato liberentur, & ſalutis noſtræ Inimici fraudes detegant; hominem denique veterem quomodo exuendum, & novum e contra induendum, ſciant; in quo Chriſtiana Perfectio conſiſtit, non debet tantum ſine peccato mortali hoc Sacramentum miniſtrare; ſed cum ad prædictos effectus promovendos multum juvet, illud in ſe primum oſtendere, quod in aliis poſitum deſiderat; (plus enim movent exempla quam verba) nec alios valeat edocere virtutem, quam non in ſe habet, ad propriam perfectionem maxime attendat, & ad eam ſibi recociliandam ſe in virtutibus neceſſariis exerceat. *Nam* Quanto magis omni virtute, præcipuoque charitate paterna, ſalutis animarum præcellentior erit, tanto aptius erit inſtrumentum bonitatis Dei „ „; (inquit idem Sanctus Archipræſul in Inſtructionibus, *de Sacramento Pœnitentiæ.*) Habere tamen poteſtatem ligandi, & ſolvendi Sacerdotes in peccato mortali exiſtentes, Dogma Fidei eſt, Can. 10. Seſſ. 14 Concilii Trid. declaratum.

III. Tertio neceſſaria eſt Scientia Pœnitentiæ Miniſtro. *Cæcus* enim, *ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.* Confeſſarius Judex eſt, Medicus eſt: Judicis autem, & Medici munere fungi, ut par eſt, non valet, qui ſcientia fuerit deſtitutus eorum, quæ ad Cauſarum cognitionem, rectumque ſententiam ferendam, & ad morborum cognitionem, ſalutariumque

Mat. 15. 14. Scientia moderatoribus conſcientiarum neceſſaria.

que remediorum applicationem ſunt neceſſaria. Hinc Can. *Qui vult.* Diſt. 6. *de Pœnitentia*, dicitur, „„ Caveat ſpiritualis Judex, ut ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere Scientiæ. Oportet enim, ut ſciat cognoſcere, quicquid debet judicare; judiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat, ut quod debet judicare, diſcernat„„. Hinc S. *Greg.* Paſtoralis Curæ p. 1. c. 1. „„ Nulla ars (*inquit*) doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo Paſtorale Magiſterium, qua temeritate ſuſcipitur, quando Ars eſt artium Regimen animarum? Quis autem cogitationum vulnera occultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum? Et tamen ſæpe, qui nequaquam ſpiritualia præcepta cognoverunt, cordis ſe Medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim neſciunt, videri Medici carnis erubeſcunt„„.

Et Concilii Tridentini Catechiſmus p. 2. De Sacramento Pœnitentiæ, §. 73. „„, Præter Ordinis (*inquit*) & Juriſdictionis poteſtatem, quæ prorſus

Dist. 38. „„Ignorantia (*inquit*) mater cunctorum errorum, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est. Sciant igitur Sacerdotes, Scripturas Sanctas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat; atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina„„. Et Canon *Nulli*, eadem Distinctione: „„Nulli Sacerdotum liceat Ca„nones ignorare, nec quidquam facere, quod pos„sit Patrum Regulis obviare„. Debet autem Sacerdos Pœnitentiæ administrandæ præfectus, scientia præditus esse *convenienti*, licet non *eminenti*, quemadmodum de Episcopis statuit *Innoc. III.* C. *Cum nobis*, Extra, *de Electione, & electi potestate.* Quæ sit porro scientia eminens, quæ mediocris, & conveniens, explicat *Innoc. IV.* in c. *Cum in cunctis*, de Electione, & electi potestate: „„Scientiam (*inquit*) reputamus eminentem, quæ subtiles Quæstiones discutere, & definire novit, & in promptus responsiones habet: Ille habet mediocrem, qui scit aliquo modo examinare negotia, quamvis ad omnia nesciat respondere: & qui in Libris veritatem eorum, quæ scire tenetur, scit quærere, etsi in promptu omnia non habeat„„. Cui consonat *S. Thomas* in 4. Sententiarum Dist. 17. explicans Textum Magistri: „„Hæc scientia (*inquit*) etsi non sit major, tamen tanta debet esse, ut sciat distinguere inter peccatum & non peccatum, vel etiam inter peccatum mortale, & peccatum veniale: quod si in aliquo esset dubitatio, posset ad discretiores recurrere„„. Canonibus derivare debet.

Quanta debeat esse Confessarii peritia, explicat *S. Carolus*, in instructionibus de Sacramento pœnitentiæ: „„Quoniam, (*inquit*) Confessionis Minister, Judicis & Medici simul personam gerit: ut & quod ad Judicem attinet, ex variis peccatorum generibus, quæ gravia, quæ levia sint, quove modo corrigenda, pro cujusque hominis ordine, & genere judicare possit, & tanquam Medicus ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam sanandam, & impositerum contra vim morbi munien-

niendam aptiora videantur ; opus eſt , ut is tum ſcientiam atque eruditionem , tum prudentiam ſtudeat ſibi , quantam poteſt , comparare ; tum ex divina gratia , quam aſſidua precatione ſupplex a Deo petat ; tum ex Auctoribus probatis , qui eam materiam pie , pleneque tractarunt. Imprimis bene cognita habeat , quæ Monitis , ſeu Inſtructionibus in hac Eccleſia editis ad Confeſſariorum uſum continentur. Sacramenti igitur hujus doctrinam omnem recte noſſe ſtudebit : ita ut , quæ illius ratio , qui effectus , quæ illius partes , quæ illarum partium vis , & natura , perite intelligat. Quæ peccata mortalia , & quæ venialia cognoſcat. Peccati circumſtantias ſciat , quæ præſertim mutant ſpeciem peccati , & quæ præſertim mutant ſpeciem peccati , & quæ in Confeſſione explicandæ ſunt , quæ reſtituendi onus inducant. Cenſurarum rationem , & vim recte intelliget , & quibus criminibus annexæ illæ ſint. Caſus reſervatos in promptu habebit ; ita ut recte ſciat , qui jure Canonum Summo Pontifici , qui rurſus

[redacted]

tionem; tum ad ſalutarium conſiliorum ſuggeſtionem, convenientiumque remediorum applicationem, ſive pœnitentiarum injunctionem, tum denique ad examen pœnitentis, illiuſque affectus explorandos, ut noverit, an abſolvere ipſum debeat, vel Abſolutionis beneficium ipſi differre. Hanc miniſtri pœnitentiæ dotem explicat Concilium Lateranenſe quartum can. 21. „„ Sacerdos (*inquit*) ſit diſcretus, & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei conſilium, & cujuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum „„. ribus conſcientiarum neceſſaria.

Qua vero prudentia gerere ſe debeat Sacerdos in examine pœnitentis, docet *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, Diſt. 19. Magiſtri textum exponens: „„ Sacerdos (*inquit*) debet perſcrutari conſcientiam peccatoris in Confeſſione, quaſi medicus vulnus, & Judex cauſam; quia frequenter, quæ præ confuſione confitens taceret, interrogatus revelat. Sed tamen in interrogationibus faciendis tria ſunt attendenda. Primo, ut quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ conſueverunt in hominibus illius conditionis abundare; non enim oportet, quod a milite quæratur de peccato clericorum, aut Religioſorum, & e converſo. Secundo, ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, niſi de illis, quæ omnibus manifeſta ſunt; de aliis autem adinventionibus peccatorum ita debet a longinquo fieri interrogatio, ut ſi commiſit, dicat; & ſi non commiſit, non addiſcat. Tertio, ut de peccatis, præcipue carnalibus, non deſcendat nimis ad particulares circumſtantias; quia hujuſmodi delectabilia, quanto magis in ſpeciali conſiderantur, magis concupiſcentiam apta ſunt movere. Et ideo poteſt contingere, ut Confeſſor talia quærens, & ſibi, & confitenti noceat, & ſic quandoque deficiant in ſuo ſcrutinio iniquitates ſcrutantes „„. Qua prudentia gerere ſe debeat Confeſſarius in examine pœnitentium.

Idem *S. Carolus*, in Inſtructionibus de Sacramento pœnitentiæ: „„ Prudens (*inquit*) cautuſque erit in interrogationibus; ne rudibus prætertim, atque utriuſque ſexus junioribus, ad novum, & nunquam antea attentatum ſcelus occaſionem aperiat, atque det; hi tamen de peccatis, quorum nullam in Confeſſione mentionem fecerunt, & in quibus probabiliter exiſtimari poſſunt deliquiſſe, prudenti cautione interrogandi erunt; ne aut pudore, aut ignorantia celent peccata „„.

Et in Inſtructionibus Confeſſorum; „„ Cum ordine (*inquit*) interrogandi procedat, & a præceptis dominicis incipiat, & ad quæ licet omnia poſſint revocari, ii tamen, qui rarius ad Confeſſionem accedunt, ſuper ſeptem peccatis capitalibus, quinque ſenſuum uſibus, Eccleſiæ præceptis, & miſericordiæ operibus ſunt examinandi. Confeſſor prudens eſſe debet, non interrogando niſi de peccatis pœnitentium ſtatui communibus. Quod ſpectat ad carnis peccata, ſummam adhibeat cautelam in eorum interro-

litatem, tarditatem, alioſque defectus patienter ferant, eos pro virili juvent, paterna charitate ſuſcipiant, filii prodigi pium, ac miſericordem Patrem imitentur, qui porcorum ſordibus ſquallidum, fætentem, diſſipati patrimonii reum, meretriciis amoribus inquinatum, amanter amplexus eſt, & ſuper eum flevit. De iſta dote *S. Carolus* in Inſtructionibus Confeſſorum hæc habet: „„ Confeſſiones æquo animo audiant, nec pœnitentes inconfeſſos dimittant, ex labore quem fugiunt, nec ægre eos audire quoquo modo ſignificent, ſed contra efficiant, ut pœnitentibus innoteſcat, ſibi gratiſſimos eſſe pro eorum ſalute labores „„. Debet etiam Sacerdos pœnitentibus compati; quam gratiam a Deo rogabat *S. Ambroſius*, lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 8. „„ Sum (*inquit*) minimus omnium Epiſcoporum, & infirmus merito. Tamen quia & ego laborem aliquem pro ſancta Eccleſia tua ſuſcepi, hunc fructum tuere, ne quem perditum vocaſti ad Sacerdotium, eum Sacerdotem perire patiaris; ac primum ut condolere norim peccantibus affectu intimo. Hæc enim ſumma virtus, quia ſcriptum eſt: *Et non gaudebis ſuper filiis Juda in die perditionis eorum*; ſed quotieſcunque peccatum alicujus lapſi exponitur, compatiar; nec ſuperbe increpem, ſed lugeam, & defleam; ut dum alium fleo, me ipſum defleam, dicens: *Juſtificata eſt magis Thamar, quam ego.* Fortaſſe adoleſcentula lapſa ſit, occaſionibus, quæ delictorum fomites ſunt, decepta, ac præcipitata ſit; peccamus, & ſeniores. Repugnat in nobis lex hujus carnis legi mentis noſtræ, & captivos nos trahit in peccato, ut faciamus, quod nolumus. Illi de ætate ſuppetit excuſatio, mihi jam nulla. Illa enim debet diſcere, nos docere. Ergo juſtificata eſt magis Thamar, quam ego. Incuſamus alicujus avaritiam, recordemur, ſi nihil ipſi avare fecimus, & ſi fecimus, quoniam radix malorum eſt avaritia, & tanquam ſub terra occulte in noſtro ſerpit corpore, dicamus ſingulis: Juſtificata eſt magis Thamar, quam ego. Si commoti fuerimus

Abdiæ 12.

Gen. 38. 26.

in quemquam graviter, leviorem cauſam laicus habet, quam Epiſcopus, eo quod commotus egerit aliquid, retractemus nobiſcum, & dicamus: Juſtificatus eſt magis iſte, qui commotionis arguitur, quam ego „„.

Et lib. 1. cap 1. „„ Quemadmodum (*inquit*) ſe tibi curandum præbeat, quem faſtidio habes, qui contemptui ſe, non compaſſioni, medico ſuo putet eſſe futurum; ideo Dominus Jeſus compaſſus nobis eſt, ut ad ſe vocaret, non deterreret. Mitis venit, Matth. 11. venit humilis. Denique ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, ego vos reficiam.* Reficit ergo Dominus Jeſus, non excludit, neque abjicit; meritoque tales diſcipulos elegit, qui dominicæ voluntatis interpretes, plebem Dei colligerent, non repudiarent. Unde liquet, eos inter Chriſti diſcipulos non eſſe habendos, qui dura pro mitibus, ſuperba pro humilibus ſequenda opinantur; & cum ipſi quærant Domini miſericordiam, aliis denegant „„. Hanc Regulam ſequebatur *S. Odilo* Cluniacenſis Ab-

conſcientia ejus, quaſi Arca fœderis, manna, & virgam, ut ſciat compati, & ignoſcere, arguere, & monere. Gaudeat de primitivis fructibus pœnitentis, ſicut bonus agricola; compatiatur infirmo, dubiumque confortet, recolens illud Apoſtoli: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Et audiens tentationes ejus, ſuam infirmitatem cogitans, apud ſe dicat: Si in tanta tentatione fuiſſem, gravius cecidiſſem. Nihil dicatur, aut fiat cum indignatione, & ira: *Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur*; medium autem teneat, ne nimia remiſſio, vel nimia auſteritas ſit in eo, certumque pœnitentiæ modum juxta ſanctorum Patrum inſtituta præſcribat „„. 2. Cor. 11. 29. Jacob 1. 20.

VI. Neceſſaria eſt inſuper Confeſſario ſolicitudo ſalutis animarum, qua placere non quærat hominibus, ſed prodeſſe ad æternam eorum ſalutem procurandam. Quamobrem mollis, & remiſſus eſſe non debet, nec *Pulvillos ſub omni cubito manus* ponere, ut ait Propheta, & facere *cervicalia ſub capite univerſæ ætatis, ad capiendas animas*; ut pœnitentium, præſertim nobilium, & divitum frequentior fiat ad ipſius Confeſſionale concurſus. „„ Pulvillos quippe ſub omni cubito manus ponere, eſt cadentes a ſua rectitudine animas, atque in hujus mundi ſe delectatione reclinantes, blanda adulatione refovere. Quaſi enim pulvillo cubitus, vel cervicalibus caput jacentis excipitur, cum correptionis duritia peccanti ſubtrahitur, eique mollities favoris adhibetur, ut in errore molliter jaceat, quem nulla aſperitas contradictionis pulſat„„. Verba ſunt *S. Gregorii*, p. 2. *Paſtoralis Curæ* c. 9. Nec tamen adeo moroſi, & ſeveri eſſe debent confeſſarii, ut pœnitentes a confeſſione abſterreant. Medicorum imitentur induſtriam neceſſe eſt, qui amaris potionibus nonnihil mellis, aut ſucci ſuavioris inſtillant, ut facilius ab ægris forbeantur, ut docet *S. Gregorius* 3. p. *Paſtoralis*, Admonitione 18. „„ Inferenda (*inquit*) illis ſunt, aut alia bona, quæ in ipſis ſunt, aut dicendum certe, quæ poterant eſſe, ſi non ſunt; & tunc demum re- Solicitudo ſalutis animarum pœnitentiæ miniſtris neceſſaria. Eze. 13. 18.

ſecanda ſunt mala, quæ nobis diſplicent, cum prius ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmiſſa bona, quæ placent. Nam amaro pigmentorum poculo mellis dulcedo adjungitur, ne ea, quæ ſaluti profutura eſt, in ipſo geſtu aſpera amaritudo ſentiatur; dum vero guſtus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur. Ipſa ergo in elatis invectionis exordia permixta ſunt laude temperanda, ut dum admittunt favores, quos diligunt, etiam correptiones recipiant, quas oderunt „„. Verum quemadmodum medici ferrum, & ignem vulneribus adhibent, cum id poſtulat medicinæ ratio, nec aliter procurari poteſt ægroti ſanitas; ita pœnitentiæ miniſtri zelo ſalutis animarum ſuccenſi, ſeveriora debent adhibere remedia, cum aliter curari non poſſint vulnera peccatorum. „„ Nam cum ſcriptum ſit: *Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum turbant;* qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat; nec comprimit delicta

Iſaiæ 3.

dini. Non enim ſua quærebat, ſed quæ Jeſu Chriſti. „„ Abſit ergo, ut dicamus vobis (*inquit S. Doctor*) Vivite, ut vultis, ſecuri eſtote, Deus neminem perdet, tantummodo fidem chriſtianam tenete; non perdet ille, quos redemit, non perdet, pro quibus Sanguinem fudit. Et ſi ſpectaculis volueritis oblevare animos veſtros, ite; quid mali eſt? Et feſta iſta, quæ celebrantur per univerſas civitates in lætitia convivantium, & publicis menſis ſe ipſos, ut putant, jucundantium, revera magis perdentium, ite, celebrate; magna eſt Dei miſericordia, quæ totum ignoſcat. Hæc ſi dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores; & ſi ſunt quidam, qui nos ſentiant hæc dicentes non recte ſapere, paucos offendimus, ſed multitudinem conciliamus. Quod ſi fecerimus, non verba Dei, non verba Chriſti dicentes, ſed noſtra, erimus Paſtores noſmetipſos paſcentes, non oves „„. Hæc *S. Auguſt.*, Serm. 45. alias *de Tempore* 165. ſive lib. *de Paſtoribus*, cap. 3.

De hac miniſtri pœnitentiæ dote *S. Carolus* in Inſtructionibus Confeſſorum ita ſcribit: „„ Confeſſor ita debet intentionem in hoc miniſtrando Sacramento dirigere, ut illud ex humano motivo non exerceat, ſed ad Dei tantum gloriam, animarumque ſalutem; quare quoties ad Confeſſiones audiendas vocatus fuerit, ad Deum mentem erigat, & ſibi ob oculos proponat ſuo miniſterio mundandos eſſe pœnitentes, & in Chriſti Domini pretioſiſſimo Sanguine lavandos „„.

VII. Sit præterea Confeſſarius fidelis cuſtos eorum, quæ in confeſſione dicuntur, ſive ſecreti tenax, ita ut omnia, & ſingula peccata in confeſſione Sacramentali, vel in ordine ad ipſam ſibi patefacta, omneſque circumſtantias peccatorum, tum ſpeciem mutantes, tum aggravantes, tum alia accidentia adjuncta, antecedentia, conſequentia, quibus patefieri poteſt peccatum pœnitentis, aut alterius delictum in confeſſione declaratum, ſacro ſigillo clauſa, & perpetuo, ac religioſo ſilentio compreſſa tenere debeat; mor-

Sigillum Confeſſionis.

Concilii Catechiſmus P. 2. §. 74.

mortemque potius oppetere, quam ea cuiquam homini revelet. Cujus quidem ſigilli obligatio triplici jure nititur, Naturali, Divino poſitivo, & Eccleſiaſtico; ut declarat Concilium Senonenſe anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto. Naturali, quo arcanum fidei ſuæ commiſſum quiſque reticere tenetur; & quo unum membrum aliis membris ejuſdem corporis infirmioribus compatitur. Nos enim ſumus *Corpus Chriſti, & membra de membro.* Unde ſicut inhoneſtis, & ignobilioribus corporis noſtri
1. Cor. 12. membris *honorem abundantiorem circumdamus*, ut Apoſtolus loquitur; ita non ſolum peccatoribus compati debemus, ſed eorum peccata Sacramentali confeſſione nobis patefacta ſilentii velo contegere, & ſacramentali ſigillo obſignare. Divino jure poſitivo nititur idem ſigillum, ſicut & ipſa confeſſio Sacramentalis, quæ ſine ipſo conſiſtere non poſſet, eoque ſublato veniret in odium hominum. Unde iſtius ſigilli violatio, ſeu confeſſionis revelatio, ſacrilegium eſt, utpote in gravem Sacramenti redundans inju-

ſolvi ab eo; ita nullus ad revelationem Confeſſionis poteſt ab homine cogi, vel licentiari „„. Jure tandem eccleſiaſtico nititur ſigillum confeſſionis; nam & *S. Leo* Ep. 136. alias 80. „„ Illam contra apoſtolicam Regulam præſumptionem, modis omnibus ſubmoveri *conſtituit*, ne de ſingulorum peccatorum genere, libello ſcripta profeſſio publicetur; cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari Confeſſione ſecreta „„. Et Concilium Lateranenſe 4. can. 21. ſacramentalis ſigilli violationem prohibet, graviſſimis pœnis in ejus infractores conſtitutis. „„ Caveat autem omnino (*inquit*) ne verbo, aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumpſerit revelare, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum „„. Gravior pœna Sacerdoti confeſſionem revelanti ante Concilium Lateranenſe irrogabatur, ut conſtat ex can. *Sacerdos*, Diſt. 6. de Pœnitentia; „„ Sacerdos (*inquit*) ante omnia caveat, ne de his, qui ei confitentur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis, nec (quod abſit) pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſe peregrinando pergat „„.

Religionis, qua ſacrum ſigillum confeſſionis inviolatum cuſtodire confeſſarius debet, præclarum exemplum dedit *S. Ambroſius*, teſte *Paulino* Presbytero in ejus vita. „„ Quotieſcunque (*inquit*) illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat, ut & illum flere compelleret; videbatur etiam ſibi cum jacente jacere. Cauſas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli niſi Domino ſoli, apud quem intercedebat, loquebatur; bonum relinquens exemplum poſteris Sacerdotibus,

ut interceſſores apud Deum magis ſint, quam accuſatores apud homines. Nam & ſecundum Apoſtolum circa hujuſmodi hominem confirmanda charitas eſt, quia ipſe ſui accuſator eſt, nec exſpectat accuſatorem, ſed prævenit, ut confitendo ſuum allevet ipſe delictum, nec habeat, quod adverſarius criminetur „ „.

„ Confeſſarius itaque imprimis caveat, ne verbis, „ aut quibuſcunque ſignis peccatorem prodat, aut „ peccatum patefaciat, aliudque, unde perſona, cum „ qua peccatum commiſſum eſt, cognoſcatur; nec „ denique quidquam loquatur, unde vel minimum „ peccatum ex confeſſione innoteſcat. Et ſi quando „ neceſſitas occurrat conſilii poſtulandi, ut difficul- „ tatis alicujus ad confeſſionem pertinentis ſolutio- „ nem noverit, eo modo ſe gerat, ut in eorum, „ quorum ſententiam rogat, notitiam nullatenus „ veniat perſona pœnitentis. Cum aliis igitur de au- „ ditis in confeſſione nunquam loquatur. Quod ſi „ loqui cum pœnitente neceſſum ſit petita ab ipſo

ARTICULUS X.

REGULÆ MINISTROS

Sacramenti pœnitentiæ ſpectantes.

REGULA I.

Nulla eſt Confeſſio, quæ fit Sacerdoti poteſtatem Juriſdictionis non habenti, aut qui legitimam formam non adhibuerit; aut quæ ad pœnitentiæ Sacramenti adminiſtrationem omnino neceſſaria ſunt, penitus ignoraverit.

Hanc Regulam tradit *S. Carolus* in Inſtructionibus Confeſſorum. „ „ Debet (*inquit*) interrogare de actis antea Confeſſionibus, in quantum ei neceſſarium fuerit, ut reſciat, num in aliquem caſum inciderit, ex quo, cum nullæ hæ fuerint, iterandæ ſint; puta, num confeſſus fuerit Sacerdoti abſolvendi poteſtatem non habenti; aut qui legitimam in Abſolutione formam non adhibuerit; aut quæ ſunt ad hoc Sacramentum miniſtrandum neceſſaria, penitus ignoraverit; aut ſi pœnitens ipſe ſciens, & ex animo peccatum omiſerit; aut Confeſſionem ita diviſerit, ut Confeſſori peccatorum partem, & alteri partem aliam depoſuerit; aut ſine ullo peccatorum dolore, & emendandi propoſito acceſſerit; aut pro excutiendis, inveniendiſque peccatis debitam diligentiam non adhibuerit „ „.

„ „ Et quia negligentia in Confeſſionibus ſolet multa comitti, ab iis potiſſimum, qui nullum, vel levem de Deo timorem habent, aut curam de anima; ita ut potius ex uſu, quam ex peccatorum horrore, & emendandi deſiderio, confiteantur; & pro utilitate maxima, quæ ex Confeſſionibus generalibus ſemper oritur, maxime converſionis, melioriſque frugis initio; debent Confeſſores loco, & tempore, juxta perſonarum qualitatem, ad Confeſſionem generalem pœnitentes exhortari, ut ejus ope, vitæ ſuæ affectionibus ita propoſitis, ardentius ad

Deum

Deum convertantur, & pro omnibus peccatis, & defectibus, quos noverint, ſatisfaciant „ „.

REGULA II.

Nullus Sacerdos, etiam Regularis, Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire poteſt, niſi parochiale Beneficium obtineat, aut ab Epiſcopo fuerit approbatus.

Hanc Regulam ſtatuit ſacra Synodus Tridentina, Seſſ. 23. c. 15. „ „ Quamvis (*inquit*) Presbyteri in ſua Ordinatione a peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant; decernit tamen ſancta Synodus, nullum etiam Regularem, Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, poſſe audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale Beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, approbationem, quæ gratis detur, obtineat; privilegiis, & conſuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obſtantibus „ „.

[redacted]

ditos esse declarans; *Gregorius XV.* Constitutione, quæ incipit, *Inscrutabili*, aliique Pontifices, & *S. Carolus* in Concilio Mediolanensi 1. & in Instructionibus; necnon Concilium Rothomagense anno 1581. Burdigalense anno 1582. Turonense 1583. Bituricense 1584. Aquense 1585. quod excommunicatione ferit Sacerdotes, qui absque Episcopi approbatione Confessiones audierint. Eamdem ipsis pœnam irrogat Concilium Mediolanense I. *Alexander VII.* inter plures alias Propositiones erroneas die 14. Septembris 1665. damnatas hanc confixit 13. „ Satisfacit „ præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur re„ gulari, Episcopo præsentato, & ab eo injuste re„ probato „. Propositiones damnatæ.

Et in brevi Apostolico, data die 26. Februarii, anno 1659. in causa Andegavensis Episcopi, & Regularium ejusdem urbis, hanc Propositionem damnat: „„ Concilium Trid. non obligat Regulares in Gallia ad obtinendas approbationes ab Episcopis, ut Confessiones sæcularium audire possint; neque ex illius Concilii auctoritate privilegia Regularium restringi possunt, cum in Galiis receptum non sit, præter quam in decisionibus fidei, neque etiam Bulla Pii IV. pro Confirmatione illius Concilii promulgata „„. Hanc (inquam) Propositionem summus Pontifex damnat his verbis: „ Est falsa, temeraria, „ scandalosa, in hæresim, & schisma inducens, sa„ cro Concilio Trid. & Sedi apostolicæ injuriosa „.

REGULA III.

Caput Concilii Trid. *Quamvis Presbyteri*, intelligendum est tam de Episcopo loci, quam de Episcopo pœnitentis. Adeoque invalida est Confessio illorum, qui ad Sacerdotem in aliena Diœcesi commorantem, & ibi duntaxat approbatum, dedita opera se conferunt, ut apud eum peccata deponant.

Pertinet enim ad unumquemque Episcopum designare ministros idoneos suis ovibus; & fieri po-

poteſt, ut judicatus idoneus ad Confeſſiones excipiendas pro una Diœceſi, non habeat ſcientiam, & experientiam ſufficientem pro alia, in qua difficiliores Quæſtiones, & caſus magis intricati occurrunt.

Præterea *S. Carolus Borromæus*; & ejus provincialia Concilia, Sedis apoſtolicæ auctoritate confirmata, Trid. Concilii Caput citatum interpretati ſunt tam de Epiſcopo loci, quam de Epiſcopo pœnitentis. Conc. Mediolanenſe 3. Tit. de iis, quæ ad Sacramentum pœnitentiæ pertinent. „„ Qui ad Confeſſarium etiam regularem, in aliena Diœceſi commorantem dedita opera ſe conferens, peccata ſua ſit confeſſus; niſi Confeſſarius ille, & ab Epiſcopo loci, & a confitentis Ordinario ad Confeſſiones audiendas probatus erit; ei tanquam inconfeſſo Parochus Euchariſtiæ Sacramentum ne præbeat; illius præterea Ordinarius, cujus Confeſſionem ille Sacerdos Confeſſarius non probatus audierit, ne eum patiatur in ſua diœceſi Confeſſiones per biennium audire,

Decreto edito die 12. Februarii anno 1679. approbante *Innocentio XI.* Pontifice maximo, prohibuit: „ „ Ne venialium Confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Si Confeſſarii, etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes ſecus egerint, ſciant Deo Optimo Maximo ſe rationem reddituros eſſe; neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, & rigoroſam animadverſionem in contra facientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jeſu facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem apoſtolicam ſpecialiter attributa. Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas ſua probavit, ac præſens Decretum typis mandari, ac publicari voluit „ „.

REGULA V.

Sacerdotes regulares a ſuis ſuperioribus approbati, poſſunt abſque approbatione Epiſcopi excipere Confeſſiones virorum Regularium ſui Ordinis, imo & ſæcularium ad familiam vere pertinentium.

Synodus enim Tridentina id unum ſtatuit, ac declarat: „ „ Nullum etiam Regularem poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nili; aut parochiale Beneficium, aut ab Epiſcopis approbationem obtineat „ „. De Regularium Confeſſione nihil ſtatuit, adeoque ſupponit, ipſos poſſe cum ſola Superiorum ſuorum approbatione Confeſſiones Religioſorum ejuſdem Ordinis hominum excipere. Dubitationem omnem ſuſtulit *Clemens X.* Pontifex maximus, Conſtitutione, quæ incipit, *Superna*, edita undecimo Kalendas Julii, anno 1670. „ „ Cæterum (*inquit*) in monaſteriis, ac etiam collegiis, ubi juxta regularia Inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos regulares, quam Confeſſores regularium eorumdem monaſteriorum, ſeu collegiorum audire Confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt vere de familia, & continui commenſales; non an-

autem illorum, qui tantum ipſis deſerviunt „„. Idem ante *Clementem X.* declaraverat *Greg. XV.* Conſtitutione, quæ incipit, *Inſcrutabili*, editâ 9. Febr. anno 1622.

REGULA VI.

Sacerdotes tum ſæculares, tum regulares generatim in aliqua Dioeceſi ad audiendas Confeſſiones ab Epiſcopo approbati, ad audiendas Monialium Confeſſiones propterea non cenſentur approbati, ſed approbatione ſingulari indigent. Qui ſunt etiam approbati ad audiendas Monialium unius monaſterii Confeſſiones, nova indigent approbatione, ut in alio monaſterio Confeſſiones excipiant. Extraordinarii denique Confeſſores pro una vice ab Epiſcopo deputati, nova indigent approbatione, ut eamdem functionem alia vice exerceant.

Ita declaravit Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, cujus Decretum legitur apud *Barboſam P. 2. de Officio & Poteſtate Epiſcopi Al-*

REGULA VII.

Regulares Sacerdotes Confeſſiones Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, excipere non poſſunt abſque approbatione Epiſcopi.

Ita ſtatuit *Gregorius XV.* Conſtitutione, quæ incipit, *inſcrutabili*, ſuperius laudata, §. 5. „ „ Confeſſores vero, ſive Sæculares, ſive Regulares quomodocunque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii, ad confeſſiones Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo diœceſano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores regulares admonere, ut hujuſmodi Confeſſores amoveant, iiſque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores amovendi, quoties, & quando opus eſſe judicaverit „ „. Non tenentur autem Epiſcopi Superioribus regularibus ejuſmodi cauſam ſignificare, ſed hoc relinqui prudentiæ, & arbitrio Epiſcoporum, declaravit ſacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, cujus declarationem refert *Barboſa*, loco ſupra laudato.

Clerus etiam gallicanus in generali Conventu anni 1700. hanc Propoſitionem damnavit: „ „ Religioſæ exemptæ poſſunt abſolvi a Sacerdote non approbato ab Epiſcopo, ſive Sacerdos ille ſit ſæcularis, ſive regularis. *Hanc, inquam, Propoſitionem damnavit*, ut falſam, temerariam, a Concilii Trid. mente alienam, juriſdictioni Epiſcoporum, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ contrariam „ „.

REGULA VIII.

Sacerdos tum ſæcularis, tum regularis, in una Diœceſi generatim approbatus, Confeſſiones in altera Diœceſi audire non poteſt ſine approbatione Epiſcopi diœceſani.

Id conſtat ex Clementina *Dudum*, Tit. *de Sepulturis*, quoad hoc caput non revocata, imo potius ab apoſtolica Sede confirmata: „„ Magiſtri, (*inquit*) Priores, Provinciales, & miniſtri Ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendum; quas ſic ab ipſis electas repræſentent, vel faciant præſentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus, & Diœceſibus eorumdem hujuſmodi perſonæ ſic electæ Confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium Abſolutionis impendant; extra civitates, & diœceſes, in

REGULA IX.

Parochi ſubditorum ſuorum Confeſſiones in alienâ Parochiæ territorio, & in aliena etiam Diœceſi audire poſſunt.

Ordinariam enim in illos auctoritatem habent, quam exercere poſſunt ubique, quòad ea, quæ fiunt ſine ſtrepitu judicii, qualis eſt Confeſſio. Et certe Concilium Lateranenſe Can. 21. ſtatuit, ut Fideles ſemel in anno confiteantur *Proprio Sacerdoti*, nulla facta mentione loci, in quo Confeſſiones illorum excipere debet, vel poteſt.

REGULA X.

Sacerdotum, ſive ſæcularium, ſive regularium approbationes certis limitibus circumſcribere poſſunt Epiſcopi, & ad certas perſonas, loca, vel tempora reſtringere.

Id conſtat ex *S. Carolo* in Inſtructionibus Confeſſorum: „„ Porro (*inquit*) Sacerdotes, qui quidem a nobis licentiam Confeſſiones audiendi, ſed nonniſi ad certum tempus, aut locum, aut quaſdam perſonas limitatam obtinuerunt, caveant, ne facultatis formam, & limites excedant „„.

Idem confirmatur ex Decreto Congregationis Concilii Trid. Interpretis dato die 2. Julii, anno 1587. „„ Regulares (*inquit*) qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtincte, abſque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis perſonarum, admittantur in Diœceſi propria. De cæteris vero, qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur ipſos, cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare & admittere „„.

Alexander VII. in cauſa Andegavenſis Epiſcopi, & Regularium, hanc Propoſitionem, ut *Falſam, te-*

Propoſitio damnata.

merariam, *ſcandaloſam*, *& erroneam* damnavit anno 1659. „„ Non poſſunt Epiſcopi limitare, ſeu reſtringere approbationes, quas Regularibus concedunt ad Confeſſiones audiendas, neque ulla ex parte revocare „„.

Idem confirmat *Clemens X.* Conſtitutione, quæ incipit, *Superna magni Patrisfamilias*, §. 4. cujus hæc ſunt verba: „„ Illos autem Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis generaliter quoque, & indiſtincte abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum in Diœceſi propria admittendos; quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere „„.

Idem conſtat ex Eccleſiæ gallicanæ declarationibus, & cenſuris in comitiis generalibus Cleri, annis 1625. 1635. 1645. & 1700.

jam approbatos, quos pro ſuæ timoratæ conſcientiæ religione viderit in eo munere non ita ſincere, integreque, & cum ædificatione ſe gerere, quemadmodum & tanti miniſterii illis commiſſi ſanctitas poſtulat, & animarum ſalus depoſcit, quæ ſuæ fidei concreditæ ſunt „ „.

Poſteriorem Regulam ſtatuit *S. Pius V.* Pontifex ſanctiſſimus, Conſtitutione, quæ incipit, *Romani Pontificis providentia*, cujus hæc ſunt verba: „ „ Volumus tamen eos, qui ſemel ab Epiſcopo in civitate, & Diœceſibus ſuis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari; ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro majori conſcientiæ ſuæ quiete examinari de novo poterunt „ „.

Hanc, & ſuperiorem Regulam tradit *Urbanus VIII.* in Brevi dato die 30 Januarii 1639 in cauſa Cardinalis *de Sandoval*, Giennenſis Epiſcopi, & Regularium ejuſdem Diœceſeos. „ „ De venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitorum conſilio, partibus auditis, reque mature diſcuſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, ut Regulares quidem in civitate, & Diœceſi Giennenſi a prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, a præſente Epiſcopo ſucceſſore pro majori conſcientiæ ſuæ quiete poſſint iterum examinari: ac ſi minus idonei reperti fuerint, reprobari ad præſcriptum Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri hac de re editæ; ſed illi, quos idemmet Epiſcopus approbavit, ſi quidem hujuſmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapſo non poſſint Confeſſiones audire abſque nova ipſius Epiſcopi licentia, & approbatione, prævio etiam, ſi eidem libuerit, novo examine. Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad Confeſſiones hujuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter, ac ſine ulla temporis præfinitione, nullatenus poſſint ab eodem reprobari ſine nova

cauſa, eaque Confeſſiones ipſas concernente. Cæterum an eadem cauſa ſubſit, necne, Epiſcopum non teneri ipſis Regularibus edicere, ſed Sedi apoſtolicæ duntaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtularint „„.

Utramque Regulam *Clemens X.* confirmat Conſtitutione, quæ incipit, *Superna magni Patrisfamilias*, §. 5. cujus hæc ſunt verba: „„ Regulares vero ad ejuſmodi Confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo; ſecus autem ab ejus Vicario, aut anteceſſoribus Epiſcopis approbatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem Confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas Confeſſiones concernat. De qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in Actis conſtet; nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi apoſtolicæ duntaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit. Porro ſi Regulares cum ſcandalo, aut alias inhoneſte vivant, vel aliquod de-

tem. Unde *Alexander VII.* Pontifex maximus inter plurimas alias Propoſitiones die 14. Septembris 1665. hanc ordine decimam ſextam damnavit: „ Qui be- Propoſitio
„ neficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in damnata.
„ Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approba-
„ tum ab ordinario „. Et Conventus generalis Cleri gallicani anno 1700 pronuntiavit, ac declaravit hanc Propoſitionem eſſe *Falſam, temerariam, Concilio Trid. contrariam.*

REGULA XIV.

Parochi poſſunt eligere ſibi, quem voluerint, Confeſſarium ab Epiſcopo approbatum.

Id conſtat ex c. *Ne pro dilatione*, Extra. *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus*, cujus hæc ſunt verba: „„ Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, permittimus Epiſcopis, & aliis Superioribus, necnon minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter ſui Superioris licentiam, providum, & diſcretum ſibi poſſint eligere Confeſſorem „„. Hac voce, *& aliis Superioribus*, Parochus etiam ſignificari, viris doctiſſimis videtur, tum quia *Beneficia Principum ſunt interpretanda largiſſime*, ut habetur c. *Olim, de Regulis Juris; & Favores convenit ampliari;* tum quia Parochos maxime ſpectat ratio Canonis, *Ne* ſcilicet *periculum immineat animarum.* Cum enim frequens ſacroſancti Sacrificii celebratio, & quotidiana Sacramentorum adminiſtratio illis incumbat, in magno ſalutis periculo verſarentur, niſi; quem vellent, eligere ſibi poſſent Confeſſarium ex approbatis ab Epiſcopo.

Accedit, quod Superiorum nomine Parochos etiam intelligere conveniens ſit, qui chriſtianæ plebi præſunt qui *Prælationis Officio funguntur*, ut ait *Clemens III.* c. *Tua nos*, Extra. *De Clerico ægrotante*, & quos *S. Thomas*, Secunda Secundæ, Qu. 188. Art. 4. & 5. *Prælatos inferiores*, & 3. P. Q. 67. Art. 2. ad ſecundum, *Eccleſiarum minores Principes* vocat. Unde &

ad ipſos videtur pertinere, quod idem angelicus Doctor ſcribit Q. 8. Suppl. Art. 4. „ „ Quia Prælatis incumbit Sacramenta diſpenſare, quæ nonniſi mundi tractare debent; ideo conceſſum eſt eis a jure, quod poſſint ſibi eligere proprios Sacerdotes Confeſſores, qui quantum ad hoc ſunt eis ſuperiores; ſicut etiam unus medicus ab alio curatur, non in quantum medicus, ſed in quantum infirmus „ „.

Antiqua etiam conſuetudine id juris habent Parochi; quæ conſuetudo, cum ſit *Rationabilis*, *& legitime ſit præſcripta*, in Eccleſia vim legis habet, ex c. *Cum tanto*, Extra. *de Conſuetudine*. Quam conſuetudinem convellere, aut immutare non expedit, ſecundum præclaram illam *S. Auguſt.* Regulam Ep. 54. alias 118. ad *Januarium*, c. 5. „ „ His enim cauſis, id eſt, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel inſtitui, quod non fiebat. Ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter, quæ utilis non eſt, perturbatione

neficium obtinet, vel quia ab Epiſcopo eſt approbatus; cum igitur ille beneficium parochiale amplius non habeat, ejus juriſdictio deſiiſſe cenſenda eſt, ſi alio titulo approbatus non fuit, adeoque nova indiget approbatione. Hinc ſacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum interrogat: „„ An Sacerdos, qui aliquando approbatus, & idoneus judicatus ſit, atque ideo in Parochum aſſumptus fuerit, dimiſſa poſtea Parochiali, haberi etiam nihilominus debeat adhuc idoneus ad Confeſſiones valide audiendas, ita ut hæc particula decreti Concilii, *Beneficium obtineat*, extendatur etiam &c. vel obtinuerit. *Reſpondit*, non haberi „„. Ita refert *Barboſa*, P 2. *de Officio, & poteſtate Epiſcopi*, Allegat. 24. §. 16.

REGULA XVII.

Invalida Confeſſio eſt, quæ fit Sacerdotibus hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, ſuſpenſis, irregularibus, degradatis.

Nullam quippe juriſdictionem habent, cum Eccleſia ſubditos illis ſubtraxerit, ut docet *S. Thomas* in 4. *Sententiarum*, ſive q. 19. Suppl. Art. 6. Idem colligitur ex *S. Auguſt.* verbis Tr. 121. in Joannem: „„ Eccleſiæ charitas (*inquit*) quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit, eorum autem, qui non ſunt ejus participes, retinet. Ideo poſtquam dixerit: *Accipite Spiritum ſanctum*, continuo de peccatorum remiſſione, ac eorum retentione ſubjecit „„. Cum igitur hæretici, ſchiſmatici, excommunicati, ſint ab Eccleſiæ charitate, ſive unitate diviſi, clavium uſum non habent in remittendis peccatis.

Tertio, qui ab huiuſmodi Sacerdotibus Sacramentum petit abſque neceſſitate, lethaliter peccat, utpote violans Eccleſiæ præceptum in re gravi, adeoque a peccatis non abſolvitur.

Si

REGULA XX.

Quamvis ſatisfaciant Canoni, *Omnis utriuſque ſexus*, quicunque peccata ſua tempore Paſchali pœnitentiario Epiſcopi, aut alteri Sacerdoti ab Epiſcopo generatim approbato confitentur; nihilominus convenit, ut pœnitentes hortetur tunc temporis Confeſſarius quiſque tam ſæcularis quam regularis, ut ad Parochi pedes ſe ſiſtant, eique Confeſſionem faciant.

Primam partem Regulæ ſatis ſuperque probavimus, eamque confirmat *Clement. X.* Pontificis maximi Conſtitutio, quæ incipit, *Superni magni Patrisfamilias*, declarans: „„ Semel ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paſchali, Confeſſiones audire.. Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis tempore Paſchali confeſſi fuerint, Conſtitutioni, quæ incipit, *Omnis utriuſque ſexus*, quoad Confeſſionem duntaxat, ſatisfeciſſe cenſendos „„. Non

fiteri debet, ut quidam dicunt, vel profiteri ſe a peccato mortali immunem eſſe; & Sacerdos ei in foro conſcientiæ credere debet, & tenetur. Si tamen iterum confiteri teneretur, non fruſtra primo confeſſus fuiſſet, quia quanto pluribus Sacerdotibus confitetur quis, tanto ei plus de pœna remittitur; tum exerubeſcentia Confeſſionis, quæ in pœnam ſatisfactoriam computatur, tum ex vi clavium „ „. Unde bonum eſt, quod ille qui Auctoritate Epiſcopi Confeſſionem audit, inducat confitentem ad hoc, quod confiteatur proprio Sacerdoti; quod ſi noluerit, nihilominus eum abſolvere debet.

Ad reverentiam erga proprium Sacerdotem, ad fiduciam in paſtorem animarum ſuarum adhortari fideles, noſtro certe miniſterio dignum fuerit.

REGULA XXI.

Quicunque Sacerdoti ſæculari, vel regulari ab Epiſcopo approbato peccata ſua confitentur, ac deinde Parocho Confeſſionem faciunt, magis tenentur obedire Parocho ſuo, quam aliis Confeſſariis, ſi forte contraria jubeant.

Hanc Regulam ſtatuit *S. Thomas* loco citato ad tertium. „ „ Super eamdem plebem (*inquit*) immediate ſunt & Sacerdos parochialis, & Epiſcopus, & Papa; & quilibet eorum poteſt ea, quæ ſunt juriſdictionis ad ipſum pertinentia alteri committere. Sed ſi Superior committat, qui & principalior eſt, dupliciter poteſt committere; aut ita quod eum vice ſui conſtituat, ſicut Papa, & Epiſcopus ſuos pœnitentiarios conſtituunt; & tunc talis eſt principalior, quam inferior Prælatus; ſicut pœnitentiarius Papæ, quam Epiſcopus; & pœnitentiarius Epiſcopi, quam Sacerdos parochialis; & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo, ut eum coadjutorem illius Sacerdotis conſtituat; & quia coadjutor ordinatur ad eum, cui adjutor datur, ideo coadjutor eſt minus principalis; & ideo pœnitens non tantum obedire tenetur ei, quantum proprio Sacerdoti „ „.

RE-

REGULA XXII.

Quamvis Parochus minus peritus, minus probus, minus prudens eſſet, non poſſet tamen parochianus alteri confiteri, niſi cum Epiſcopi licentia.

Ut enim ait *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, ſive q. 8. Supplementi Art. 4. ad tertium: „„ Electio diſcreti Sacerdotis non eſt nobis commiſſa ex noſtro arbitrio facienda, ſed de licentia Superioris, ſi forte proprius Sacerdos eſſet minus idoneus ad apponendum peccatis ſalutare remedium „„.

REGULA XXIII.

Parochi faciles eſſe debent ad præbendam licentiam alteri confitendi tempore Paſchali.

Ita *S. Thomas*, Articulo proxime citato, ad ſextum: „„ In hoc (*inquit*) quod oportet proprio Sacerdoti confiteri, non arctatur via ſalutis; ſed ſufficiens ad ſalutem via ſtatuitur. Peccaret autem Sacer-

ſit ſuſpicio, eos medicinæ vitandæ cauſa Parochi judicium ſubterfugere, ut ad alios Confeſſarios a nobis teſtimonio ſcripto probatos ſe conferant, qui peccatorum ſuorum Confeſſionem audiant. Imo vero eam facultatem ſponte ſigillatim offerre debet iis, qui lites, controverſias, diſſenſioneſve ſecum exercuerint, exercentve, de iis præſertim rebus, quæ ad munus ſpirituale parochialis curæ non attinent. Qua in re, ſi Parochus defuerit, tunc Vicarius foraneus facultatem concedat, licet, ut alios Confeſſarios adire poſſint. Verum ne idem Vicarius foraneus, & Parochus generatim conſentiat, eos, a quo maluerint Confeſſario audiri, ſed ab eo quem ipſe, vel Parochus, vel Vicarius maluerit, vel ab illo, quem ex pluribus piis, & peritis ab eodem Parocho, & Vicario propoſitis, pœnitens ipſe ſibi delegerit „„.

Diœceſana Synodus Lingonenſis anno 1404. idem decreverat. „„ Quia (*inquit*) tam de jure, quam per Doctores, ſunt cauſæ, propter quas aliquis Parochianus juſte poſſet refutare confiteri Curato, vel Vicario ſuæ Parochiæ, quas non poſſet faciliter coram Superiore proponere; idcirco ſtatuimus, quod cum aliquis Parochianus de cætero a Curato, vel Vicario petet ſibi dari licentiam alteri confitendi, Curatus concedat faciliter abſque magna inquiſitione cauſæ. Quod ſi Curatus recuſaret, nos tenore præſentis ſtatuti, petita prius a Curato, & non conceſſa, eidem de gratia concedimus, ſalvo in aliis jure Curati „„.

REGULA XXIV.

Advenæ, peregrini, vagi, & qui plura domicilia in diverſis Parochiis habent, Confeſſionis annuæ præcepto ſatisfaciunt, ſi Parocho, ſeu Coadjutoribus illius Parochi confiteantur, in cujus Parochiæ territorio Paſchali tempore commorantur.

Ita *S. Carolus* in Concilio diœceſano 11. „„ Advenas (*inquit*) & peregrinos, quos intra Parochiæ

chiæ ſuæ fines brevi tempore in Diœceſi morari contigerit, audire liceat etiam tempore Paſchali, niſi fortaſſe de induſtria eo acceſſerint, ne in parochiali Eccleſia Sacramenta ſumant „ „.

Idem ſtatuit Synodus Memauſenſis diœceſana a *Bertrando* Epiſcopo anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto celebrata, Tit. *de Pœnitentia.* Inter caſus enim, in quibus ſine licentia proprii Sacerdotis poteſt aliquis alieno Presbytero confiteri, hos recenſet: „ „ Si cauſa domicilii ſe duxerit ad aliam Parochiam transferendum. . Cum vagabundus circumit. . Cum imminet ſibi mortis periculum, & non poteſt habere proprium Sacerdotem. . Cum Epiſcopus hoc alicui ſpecialiter delegavit, &c „ „ Eadem habet *S. Thomas* in 4. *Sententiarum*, diſt. 21. in expoſitione textus. Eadem habet *S. Raymundus* lib. 3. Tit. *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus.* Addunt, Parochum audire poſſe Confeſſionem alterius Parochiani, cum ille extraneus peccavit in Parochia ſua. Sed Gloſſa *Joannis de Friburgo* in Summam *S. Ray-*

REGULA XXV.

Regulares, ab Epiſcopo generatim, & abſque ulla prorſus exceptione, & reſtrictione approbati, Confeſſiones ſæcularium infirmorum audire poſſunt; tenentur tamen Parochum de hujuſmodi Confeſſionibus certiorem facere. Expedit etiam, ut Parochum adeant, antequam Confeſſionem excipiant, & cum illo de ſtatu infirmi conferant, ſi id fieri poſſit. Diœceſana deinque ſtatuta, & mandata Epiſcoporum obſervanda ſunt.

Confeſſiones infirmorum.

Prima, & altera pars Regulæ nititur jure communi, & ſacri Concilii Trid. decretis, quibus Sacerdotes, ab Epiſcopis approbati, ad Fidelium Confeſſiones audiendas admittuntur. Itaque ſi generatim abſque ulla prorſus exceptione perſonarum, locorum, & temporum, abſque ulla conditione ſint approbati ab Epiſcopo, Confeſſiones infirmorum audire poſſunt, non minus, quam optime valentium. Aliter ſe res haberet, ſi approbati eſſent ab Epiſcopo ad audiendas Confeſſiones, *Exceptis Confeſſionibus infirmorum*, aut *Cum licentia Parochi*, &c. In illa enim hypotheſi Confeſſiones infirmorum vel audire omnino non poſſent, vel nonniſi cum Parochi licentia.

Idem confirmat *Clementis* X. Conſtitutio, quæ incipit, *Superna magni Patrisfamilias*, edita Tom. V. Bullarii Romani, pag. 494. qua declarat ſummus Pontifex: „„ Semel ſimpliciter approbatos poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcunque etiam infirmorum Confeſſiones audire abſque ulla Parochorum licentia. De qua tamen Confeſſione teneri dictos Religioſos eorumdem infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis a facultate audiendi Confeſſiones præcipi; ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam „„.

Poſtremam Regulæ partem tradit *S. Carolus Borromæus*, in Inſtructionibus Confeſſariorum: „„ Regulares (*inquit*) ad infirmos audiendos convocati, ſi ex temporis anguſtia aliud non potuerint, hujus infirmi paſtorem adeant, quæ ſpectant ad hujus ſtatum ſciſcitaturi, ut diligentius illum examinent, utpote in hoc vitæ termino conſtitutum, a quo ſalus aut æterna damnatio pendet; quod ſi ante Confeſſionem paſtorem convenire tempus non fuerit, ſaltem poſt eam quamprimum Confeſſor adeat, ut ambo de infirmi neceſſitatibus, eoque ſpecialiter adjuvando ſtatuant „„. Denique ſtatuta diœceſana, & mandata Epiſcoporum ſervanda ſunt, ſiquidem jus habent ſtatuendi, quod ſuarum Diœceſium ſpirituali bono expedire judicaverint, Sedis apoſtolicæ Auctoritate in omnibus, & per omnia ſemper ſalva.

REGULA XXVI.

Parochos inter, & regulares Confeſſores, concordia maxima eſſe debet ad animarum ſalutem pro-

charitate licentia ſua uti, non ad quæſtum, non ad æmulationem, non ad ambitionem, non denique in præjudicium temporale, vel ſpirituale Curatorum; ſed inſtando clam, & palam apud Parochianos, quatenus honorem debitum, ac ſuſtentationem ſuis reddant Curatis, alioquin faciunt, quod ſibi fieri nollent; meritoque repelluntur hi, de quibus aliter conſtiterit, & excommunicationem a Canone nonnunquam incurrunt „ „.

Et Conſideratione 2. de utroque Statu: „ „ Status uterque (*inquit*) ſtudeat alter alterius onera portare ſine contritione, & æmulatione de rebus prædicatis, vel aliis, ne ſi invicem more cornicum ſe mordeant, conſumantur; ne præterea ſurgat fæda opinio Eccleſiaſticorum apud laicos, & vituperetur miniſterium verbi Dei. Nonne Deus, quæſo, abunde dives eſt pro omnibus? Nonne pacis eſt Deus, non diviſionis? Denique quid prodeſt phariſaica contentio de Status præeminentia? Quid ſanctius eſt dare operam, ut quis perfectus inveniatur, quam ſi jacens in imis de perfectione ſtatus glorietur „ „? Servanda Parochios inter, & regulares Confeſſarios concordia.

Eamdem concordiam ſtabilire cupiens *S. Carolus Borromæus*, in Inſtructionibus Confeſſorum hæc habet: „ „ Confeſſores regulares, qui potiſſimum extra urbem degunt, cum locorum Parochis, ubi aut habent monaſteria, aut concionantur, aut quacunque ex cauſa ibi Confeſſiones audiunt, ita conveniant; ut pœnitentes non abſolvant, qui viventes cum ſcandalo in peccato perſeverant, aut pœnitentiis publicis ipſo facto ſubjiciuntur, aut ad legatorum piorum, ſimiliumque rerum reſtitutionem tenentur, qui propterea a Parochis non abſolverentur, niſi prius his obligationibus ſatisfeciſſent. Ideo Regularium Superiores Confeſſarios ſuos ſæpius moneant, & ad hanc animorum unionem, in Fidelium ædificationem adhortentur; curentque imprimis, ut dum in caſuum reſolutione diverſa inter eos, & Parochos ſententia fuerit, prudenter in eo ſe gerant, & ad

laicorum notitiam id non veniat, ſed ad nos pro deciſione recurrant „ „.

REGULA XXVII.

Confeſſarii regulares ab Epiſcopo approbati, abſolvere non poſſunt a caſibus ſummo Pontifici, aut ipſi Epiſcopo reſervatis, niſi ſpecialem ab ipſis acceperint poteſtatem; nullaque illis privilegia quoad hoc ſuffragantur.

De Abſolutione a caſibus reſervatis.

Hanc illis poteſtatem jam dudum ademit *Clemens V.* in Concilio Vienneníi, ut conſtat ex Clementina *Dudum*, Tit. *de Sepulturis*, qua declarat, ſe Regularibus ad pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrandum deputatis poteſtatem non impendere ampliorem, quam in eo Curatis, vel parochialibus Sacerdotibus eſt a jure conceſſa: „ Niſi forſan eis Eccle„ ſiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam ſpe„ cialiter ducerent faciendam „. Et in Clementina, *Religioſi*, Tit. *de Privilegiis*, *& Privilegiatorum ex-*

ſtolica declaratum eſt, id eis non licere, quavis privilegiorum ſuorum auctoritate „„.

Et Concilium Mediolanenſe 5. ſub eodem Archipræſule ſanctiſſimo: „„ Ne facultatum (*inquit*) privilegiorumve jure, quæ cuicunque etiam Roſarii, & Cruce ſignatorum ſcholæ, Confratriæ, Collegiove etiam laicorum, quæve Collegis, Confratribuſve in eo adſcriptis ante, vel poſt Concilii Trid. confirmationem conceſſa ſunt, Confeſſarius, cujuſvis Ordinis ſit, ab iis caſibus, quos ſibi Epiſcopus in ſua Diœceſi reſervaverit, pœnitentes ſine illius facultate abſolvat. Si contra fecerit, ſuſpenſionem a divinis ipſo facto incurrat „„.

Ibidem; „„ Ab iis caſibus proxime promulgatis, ſi quis Confeſſarius cujuſvis Ordinis, ſine facultate ſcripto ab Epiſcopo data, aliquem abſolvere attentarit, excommunicationis pœnam ipſo facto ſubeat „„.

Idem ſanxere Concilia provincialia poſt Tridentinum in Galliis celebrata, Rothomagenſe anno 1581. Tit. *de Curatorum, & aliorum Presbyterorum, ac Parœcianorum officiis*; Burdigalenſe anno 1583. cap. 13. *de Pœnitentia*; Bituricenſe anno 1584. Tit. 21. *de Pœnitentia*, Aquenſe anno 1585. Tit. *Quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent*; Toloſanum anno 1590. cap. 4. *de Pœnitentia, & Confeſſione*, Narbonenſe anno 1709. cap. 17. *de Caſibus reſervatis*.

Abſolutionem a caſibus Sedi apoſtolicæ, aut Ordinariis locorum reſervatis illicitam eſſe regularibus pariter, & ſæcularibus Sacerdotibus, nulla illis ad hoc ſuffragari privilegia, Abſolutiones, ſi quas ab his caſibus ſine ſpeciali facultate conceſſerint, nullas, & irritas eſſe; ab his abſolventes: „„ Excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis, item audiendi Confeſſiones, & ad quæcunque officia, prælaturas, beneficia impoſterum obtinenda, pœnas ipſo facto abſque ulla alia declaratione, *incurſuros*; ſuper quibus a nemine niſi a Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatio, aut

abſolutio poſſit impartiri „ „ , declararunt ſummi Pontifices *Clemens VIII.* Decreto edito die nona Januarii anno milleſimo ſexcenteſimo primo; *Paulus V.* Decreto edito ſeptimo Januarii anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo; *Urbanus VIII.* Decreto edito die decima ſeptima Novembris anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octavo; *Innocentius X.* in litteris ad Archiepiſcopum Neapolitanum per ſacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitam ſcriptis die nona Decembris anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Quæ decreta, & litteræ legi poſſunt apud *Barboſam*, P. 3. *de Officio, & poteſtate Epiſcopi.* Allegatione 52. *Alexander VII.* plurimas inter Propoſitiones, quas ad minimum tanquam ſcandaloſas damnavit, & publice, vel privatim propugnari, aut doceri prohibuit ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, & ad præxim deduci ſub interminatione divini judicii, die 24. Septembris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, hanc ordine duodecimam Apo-

stolicis etiam decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi a casibus Episcopo reservatis „ „.

REGULA XXVIII.

Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi apostolicæ reservatis non ideo a casibus Episcopo reservatis possunt absolvere.

Hanc Regulam iisdem verbis tradit *Clemens X* in Constitutione mox laudata. Cuique enim Episcopo suam jurisdictionem integram servare summi Pontifices volunt, juxta illud S Gregorii magni: „ „ Si sua unicuique Episcopo jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit Ordo, confundatur „ „ ?

REGULA XXIX.

Confessarius tum sæcularis, tum regularis pœnitentes ex alia Diœcesi ad se confluentes absolvere potest a casibus in illa Diœcesi, non autem in Diœcesi ipsius Confessarii reservatis, modo dedita opera, & in fraudem reservationis ad alienæ Diœceseos Confessarium sese non contulerint.

Ita *Clemens X.* in Constitutione mox laudata declarans: „ „ Posse regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse „ „. Præterea, reus judicari solet juxta leges, & consuetudines loci, in quo reperitur; iter itaque agentes, sive peregrini, casus habentes reservatos Episcopo proprii domicilii, non autem Episcopo loci, in quo reperiuntur, ab iis absolvi possunt a quocunque Confessario approbato in ea Diœcesi,

in qua negotiorum causa versantur, aut per quam transeunt. Siquidem reservatio non afficit Confessarium, sed pœnitentem, qui sortitur forum pœnitentiale, ubi moram trahit; quod ab *Eugenio IV.* declaratum observat *Cajetanus* in Summa, verbo *Absolutio.*

REGULA XXX.

Confessarius, qui potestatem obtinuit absolvendi a casibus Episcopo reservatis, non ideo potest absolvere a censuris.

Cum enim aliud sit casus reservatus, aliud censura, & Episcopus soleat aliquando reservare casus cum censuris, aliquando sine illis; potestatem ab utrisque absolvendi concedat necesse est; nec facultas circa unum concessa potest ad aliud extendi.

REGULA XXXI.

Qui facultatem habent absolvendi a casibus summo Pontifici reservatis, possunt etiam absolvere a censuris.

Cum enim nulli casus summo Pontifici reservati sint absque censura, concessa facultate absolvendi a casibus Sedi apostolicæ reservatis, concessa censetur & facultas absolvendi a censuris.

REGULA XXXII.

Si periculum mortis immineat, desitque Confessarius approbatus, quilibet Sacerdos potest a quibuscunque peccatis, & censuris absolvere.

In articulo mortis nullus casus est reservatus.

Hæc Regula iisdem verbis traditur in rituali Romano *Pauli V.* jussu edito, & nititur Concilii Trid. declaratione Sess. 14. *de Pœnitentia*, c. 7. „ „ Pie admodum (*inquit*) ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt „ „. Quoslibet Sacerdotes in articulo mortis a quibusvis pec-

peccatis, & cenſuris abſolvere poſſe, cum declaret ſacra Synodus, ſuſpenſos, excommunicatos, degradatos, ſchiſmaticos, hæreticos non excludit, facta hypotheſi, quod nullus præſto ſit Sacerdos catholicus, vel a cenſuris liber. Cenſet tamen *S. Raymundus*, neminem teneri in ea hypotheſi confiteri peccata Sacerdoti hæretico, ſchiſmatico, vel excommunicato; imo Confeſſionem hujuſmodi hominibus, etiam in mortis articulo diſſuadet ob ſubverſionis periculum. (Lib. 3. §. 16.) Cum etiam in mortis articulo nullam eſſe reſervationem Concilium ait, de mortis periculo idem intelligendum eſt, ut explicat rituale romanum. Accedit, quod Canones abſolvendi poteſtatem concedentes non diſtinguunt inter articulum, & periculum mortis, ut conſtat ex cap. *Eos qui*, Tit. *de Sent. Excommunicationis*, in ſexto. Et ex can. *Si quis*, cauſa 17. q. 4. & ex cap. *Ea noſcitur*, Extra, *de Sent. Excommunicationis*. Hanc Regulam confirmat *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, ſeu q. 8. Supplementi, Art. 6.

REGULA XXXIII.

Qui ob mortis periculum fuerint abſoluti a cenſuris Superiori reſervatis, ſiſtere ſe tenentur ei, cui reſervatæ ſunt, quamprimum convaluerint, non quidem ut rurſus abſolvantur, ſed ut mandatis ejus pareant; idque niſi præſtiterint, eaſdem cenſuras incurrunt.

Hæc Regula nititur cap. *Eos qui*, Tit. *de Sententia Excommunicationis*, in ſexto, cujus hæc ſunt verba: „„ Eos, qui ſententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, a quo alias de jure fuerunt abſolvendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro Abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſolvuntur; ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento hujuſmodi, ſe illi, a quo his ceſſantibus abſolvi debebant, quam cito commode poterunt, con-

tempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & ſatisfacturi prout juſtitia ſuadebit; decernimus (ne ſic cenſuræ illudant Eccleſiaſticæ) in eamdem ſententiam recidere ipſo jure „„.

Hanc Regulam confirmat *S. Thomas*, Quæſt. & Articulo ſupra citatis, in Reſponſione ad ſecundum: „„ Non oportet (*inquit*) eum recurrere ad proprium Sacerdotem, ut iterum a peccatis abſolvatur, a quibus in articulo mortis ablolutus eſt; ſed ut innoteſcat ei, quod ſit abſolutus. Nec ſimiliter oportet, quod abſolutus ab excommunicatione ad judicem vadat, qui alias abſolvere potuiſſet, Abſolutionem petens, ſed ſatisfactionem offerens „„.

REGULA XXXIV.

Qui facultatem ab Epiſcopo obtinuit abſolvendi a caſibus illi reſervatis, mortuo Epiſcopo ab illis abſolvere non poteſt, niſi novam poteſtatem obtinuerit a ſucceſſore, aut a Capitulo ſede vacante.

facile reſervanda, niſi plures ab eis deterreat reſervatio, quam ab eorum Confeſſione Superioribus facienda prohibeat pudor, quod in peccatis carnis, ut plurimum, contingit, iis præſertim, quæ a ſexu muliebri, & a pueris committuntur, beſtialitate excepta, ut ait *Gerſo*, in Opuſculo *Super abſolvendi poteſtate, & qualiter expediat fieri reſervationem peccatorum.*

Piiſſimus idem Cancellarius in Epiſtola ad quemdam Epiſcopum, *de Moderatione caſuum reſervandorum*, ita ſcribit: „„ Paſtoralis auctoritas in caſibus reſervandis, ſicut & alia quælibet poteſtas, data eſt Prælatis in ædificationem Eccleſiæ, non in deſtructionem, ſicut dicit Apoſtolus, & in favorem populi chriſtiani pro ſalute, non pro quæſtu, aut ſimili commodo conſequendo. Conſtat autem certiſſime per plures expertos in Confeſſionibus audiendis tempore iſto, quod reſervatio ſtricta quorumdam caſuum, prælertim in gravioribus, & occultis ſpeciebus peccati carnalis, retrahit innumeros a Confeſſione talium peccatorum, ſicut ſunt pueri, & puellæ, & mulieres verecundiſſimæ, & rurales idiotæ, a quibus vix poteſt extrahi Confeſſio talium peccatorum, quantumcunque Confeſſor ſit ſolicitus, humilis, moroſus, & diſcretus. Quod ſi remittantur ad Prælatum, vel pœnitentiarium de longinquo, vel in publico, refugiunt, & horrent. Expertumque eſt millies, quod non vadunt; ſed nec ducenti, nec trecenti ſufficerent aliquando in una Diœceſi ad tales caſus plane audiendos, abſolvendoſque. Denique quid prodeſt, & certe obeſt plurimum, addere verecundiam ſuper verecundiam, onera gravia ſuper onera & difficultatem confitendi talia peccata ſuper difficultatem, quæ tanta eſt, ut vix credi poſſet? Ex hoc præcipue, quando peccatum ſecretum eſt. Si diceres: Talis, ſi non revelabit, damnabitur; fatemur quidem, ſed obviandum eſſet huic damnationi modis omnibus, potius quam addenda ſit occaſio. Nunquid requiritur ſanguinis locus, id eſt, damnatio ab illis,

qui

qui occaſionem dederunt, præcipue Prælatis majoribus? Sic certe & iſti ſatisfacient pro iſto uſque ad ultimum quadrantem, euntes in eamdem damnationem, cum ſint Prælati ad ſalvandum gregem Domini poſiti, & paſcendum, non occidendum aut ſcandalizandum. Expertum eſt itaque, quod hic terror reſervationis nullos, aut pauciſſimos cohibet ſic peccare, innumeros autem ſic retrahit confiteri propter dictas cauſas, & etiam alias, quoniam mulieres præcipue tali modo retrahuntur; primo timentes notari a maritis; cum tales Confeſſores adeant, qui cum zelotypi ſint, ſtatim ſiniſtram contra uxores ſuas ſumerent occaſionem, unde ſurgerent jurgia, lites, diſcordiæ, & amoris interruptio, & cætera, quæ pejora procurarent mala, utinam non ſæpius mortem &c... Poſtremo ſi non placet caſus omnes occultos relinquere paſſim cuilibet Confeſſori, ut pro omni ætate confitentium, ſaltem hoc expedire videretur, primo, quod nullus caſus judicaretur eſſe reſervatus quoad confitentes minores, ſcilicet, qui

cujus arcæ introitum ideo plus expedit ampliare, quam nimia arctitudo ſua prohibeat eos, qui ad ingrediendum allici, imo juxta parabolam Evangelicam quaſi compelli debuerunt „„.

Secundum hanc *Gerſonis* doctrinam Synodus Senonenſis anno 1524. ita ſtatuit: „„ Ne contingat ex ſupradictorum caſuum reſervatione delinquentem prodere, & periculum famæ, & ſcandalum inducere; omnibus, & ſingulis noſtræ Diœceſis parochialibus Curatis, & eorum Vicariis impartimur, & concedimus auctoritatem, & poteſtatem abſolvendi mulieres parochianas ſuas, non notorias peccatrices, ſed occultas, ab inceſtu, & omnibus aliis luxuriæ peccatis, etiam ſodomiticis occultis, ſi qua talia ſe confiteantur commiſiſſe; maxime ſi cognoſcent prædicti Curati dictas confitentes ad nos, aut pœnitentiarium noſtrum pro Abſolutione ſupra præmiſſis habenda, abique ſcandalo, & famæ periculo accedere non poſſe „„. Idem ſtatuit diœceſana Synodus Carnotenſis anno 1526. Idem Synodus Pariſienſis anno 1557. „„ Parochos (*inquit*) & Vicarios non impedimus; quominus famæ, pudorique muliebri conſulant; & a libidinis ſordibus abſolvant, ea tamen lege, ut occultæ ſint, & de his dolor animi, Confeſſioque fuerit „„.

REGULA XXXVI.

Caſus ſummo Pontifici, & Epiſcopis reſervatos ſinguli Confeſſarii noſſe debent, eoſque apud ſe deſcriptos, aut ipſis Confeſſionalibus intus affixos habere decet.

Ita ſtatuit *S. Carolus* in Conciliis pleriſque ſuis, & in Inſtructionibus.

CASUS ROMANO PONTIFICI RESERVATI.

In corpore juris Canonici; in Concilio Trid., & in pleriſque ſummorum Pontificum Conſtitutionibus, quam plurimæ habentur Excommunicationes ſum-

CASUS EPISCOPIS RESERVATI.

Caſus Epiſcopis reſervati.

Sex caſus a jure Epiſcopis reſervatos Auctores aliqui recenſent, freti Extravaganti *Benedicti XI.*, quæ incipit, *Inter cunctas*, lib. 5. *Extr. Commun.* Tit. *de Privilegiis.* 1. Peccata illa, quibus a jure imponitur publica pœnitentia. 2. Peccata quibus major Excommunicatio annexa eſt. 3. Quæ Irregularitatem ex delicto inducunt. 4. Incendium. 5. Publica blaſphemia. 6. Homicidium voluntarium, aut mutilatio. Verum caſus iſtos aliquibus Epiſcopis non jure ſcripto, ſed ſola conſuetudine reſervatos, iſtamque conſuetudinem univerſalem non fuiſſe, ſed aliquarum duntaxat Diœceſum, colligitur ex verbis iſtius Conſtitutionis: „ Quod ea rationabilis „ conſuetudo præſcripta canonice in Epiſcopatibus „ aliquibus reſervavit Epiſcopis „. Deinde hæc *Benedicti XI.* Conſtitutio poſteriore *Clementis V.* Conſtitutione, quæ incipit, *Dudum*, Tit. *de Sepulturis*, abrogata eſt.

Caſus Epiſcopis partim jure ſcripto, partim jure

4. *Gravis percuſſio Clerici, vel Monachi.* Hic caſus Jureſcripto eſt Epiſcopis reſervatus; Cap. *Pervenit.* Extra, *de Sententia Excomm.* Gravem percuſſionem dicimus, quæ cum peccato mortali conjuncta eſt, quam tamen *Clemens III.* cap. *Pervenit*, vocat *Modicam, & levem injuriam*, comparate ſcilicet ad enormem, ut conſtat ex contextu capitis: „ De his (*inquit*) abſolven„ dis, qui clericis non enormem, ſed modicam, & „ levem injuriam irrogarunt, tuæ Fraternitatis arbi„ trio duximus committendum „. Levis percuſſio eſt, *Quæ non odio, vel indignatione fit, ſed levitate jocoſa*, & hæc non eſt caſus reſervatus, nec excommunicationi obnoxius, ut conſtat ex cap. *Super eo*, Extra, *de Sententia Excom.* Idem ferendum eſt judicium de percuſſione, quæ fit a parentibus, Superioribus, & Magiſtris *Intuitu diſciplinæ, vel correctionis, quia non poteſt in ipſis injectio manuum violenta notari.* Percuſſio enormis, ſeu atrox cenſetur, *Si ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in Epiſcopum, aut Abbatem violenta manus injecta;* ut habetur cap. *Cum illorum*, Extra, *de Sententia Excom.* De ſanguinis effuſione copioſa *Innocentium III.* eſſe intelligendum, Gloſſa obſervat, quia facile ſanguis per nares effluit. Quamquam, & ſine ſanguinis effuſione percuſſio enormis eſſe poſſit. In gravi autem, modica, aut levi percuſſione Clerici dijudicanda, gradus perſonæ, & circumſtantia loci ſpectanda eſt, necnon contumeliæ ratio habenda. Si enim alapa impingatur Clerico ad ſacrum Altaris miniſterium ſtanti, aut concionanti; ſi pugno percutiatur, vel calcibus impetatur in ſacris Officiis, in Choro, in ſolemni Supplicatione; ſi veſtis ejus injurioſo, & contumelioſo animo dilaceretur, ſi facies ejus, aut caput luto, atramento, ſtercore, urina, ſputis fædetur, levem hanc, vel modicam percuſſionem eſſe nemo dixerit, ſed gravem, forte & atrocem, ſive enormem injuriam.

Quos percuſſores Clericorum vel Monachorum abſolvere poſſit Epiſcopus, quos non poſſit.

Violenta, & enormis manuum injectio in Clericum vel Monachum, caſus eſt cum Excommunicatione ſum-

ſummo Pontifici reſervatus, ut declaravit Concilium Lateranenſe ſub *Innocentio II.* Can 5. & refertur Can. *Si quis ſuadente* Cauſa 17. Qu. 4. cujus hæc ſunt verba: „ „ Si quis ſuadente diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum, vel in Monachum violentas manus injecerit, Anathematis vinculo ſubjaceat. Et nullus Epiſcopus illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus ſuſcipiat mandatum „ „. De percuſſione enormi alii Canones. Eamdem in cenſuram ſummo pariter Pontifici reſervatam incurrunt, qui clericum ex odio, invidia, vel indignatione in cuſtodia publica, vel privata detinent, aut in vincula detrudunt: „ Quamvis per „ eorum factum corporalis læſio non fuerit ſubſecuta, „ citra quam violentia ſæpius circa clericos nequiter „ perpetratur „; (Cap. *Nuper*, Extra, *de Sententia Excom.*) Idem ferendum judicium eſt de iis: „ „ Qui non per ſeipſos, ſed eorum auctoritate, vel mandato alii violenter injiciunt manus in clericos; cum is committat vere, cujus auctoritate, vel mandato de-

Ab Excommunicatione contracta propter injectionem manuum in ſocium abſolvere poteſt Epiſcopus clericos ſimul viventes in Collegio, Seminario, vel Eccleſiaſtica Communitate, *Niſi forte atrocitas facti pœnam graviorem expectet*; (cap. *Quoniam*, Extra, *de vita, & honeſtate Clericorum.*)

Clerici impuberes, id eſt, qui decimum quartum ætatis annum non attigerunt, ſi ſe invicem, aut unus alterum percuſſerint, non ſunt ad apoſtolicam Sedem mittendi, cum eos ætas quodammodo excuſet, ſed ab Epiſcopis ſuis poſſunt abſolvi; etſi ſit enormis percuſſio; (cap. *Super eo*, Extra, *de Sententia Excom.*) Sive ante, ſive poſt pubertatis annos Abſolutionem poſtulent: „ Cum propter defectum ætatis, „ in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine temperandus; „ (cap. *Pueris*, ultimo ſub eodem Titulo.)

Servos clericorum percuſſores abſolvere pariter poteſt Epiſcopus: „ Si hoc fecerint in fraudem, ut „ ſubtrahant ſe ab obſequio dominorum; *aut* Si ipſi „ domini propter hoc ſine culpa ſua grave damnum „ incurrant „. Quod de mancipiis, non de ſervis conductitiis intelligendum eſt: „ Si tamen ſit tam gravis, & enormis exceſſus, ut propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplum „, ad Sedem apoſtolicam mittendi videantur, illos Epiſcopus non abſolvat (cap *Relatum*, ſub eodem Titulo.)

Mulieres, quæ in iſtud delictum, ac Cenſuram quovis modo inciderunt, abſolvere etiam poteſt Epiſcopus: necnon perſonas magnæ potentiæ, & ita delicatas, ut Romani laborem itineris ſuſtinere nequeant: ſed *Status perſonæ*, *& veritas negotii* prius debent ſignificari ſummo Pontifici, ut *ſecundum conſilium ejus* ipſis imponatur pœnitentia; ut ſtatuit *Alexander III.* cap. *Mulieres*, ſub eodem Titulo.

Abſolvere pariter poteſt Epiſcopus qualemcumque Clerici percuſſorem, ſi *ſine periculo* Romanum Pontificem adire non poſſit, ut ſi habeat „„ Capitales inimicitias, vel alias juſtas excuſationes, quibus ab iti-

itinere rationabiliter excuſetur ; *ſed in illa hypotheſi reo* ſub juramenti debito *eſt injungendum*, ut quam citius opportunitatem habuerit, Romanum Pontificem adeat, mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus „ „ ; (cap. *De cætero*, ſub eodem Titulo) Poteſt abſolvere & *Senes*, & *valetudinarios*, & *membrorum deſtitutionibus impeditos ;* nempe cæcos, claudos, alioſque ſimiliter impotentes ad iter ; (cap. *Ea noſcitur*. ſub eodem Titulo. Item *Pauperes*, qui ſuo labore victum ſibi comparant, nec Romam ire poſſent, niſi mendicando. (cap. *Quod de his*, ibidem.)

Moniales denique, ſi vel in ſe invicem, vel in Converſos, aut Converſas ſuas, aut Clericos etiam manus injecerint temere violentas, Epiſcopus dioeceſanus abſolvere poteſt ; (cap. *de Monialibus*, ibidem.)

In his autem Caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus abſolvere, poteſt abſolvere & pœnitentiarius Epiſcopi & quilibet ab Epiſcopo poteſtatem habens abſolvendi a caſibus ipſi reſervatis.

In hunc Caſum, & cenſuram Canonis, *Si quis*

cuſſit, hic enim excidit Privilegiis cleri; (c. *Degradatio*, Tit. *de Pœnis*, in ſexto. liſdem privilegiis excidunt clerici, qui negotiationibus prohibitis ſe immiſcent & ter a Prælato admoniti, ab iis non abſtinent; (cap. *Ex litteris*, Extra; *de vita, & honeſtate Clericorum.*) Item, qui clericalem habitum, & tonſuram dimiſerunt, ſi tamen tertio moniti ſeipſos emendare contempſerint; Nam „ Privilegium me„ retur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſta„ te; ac truſtra legis auxilium invocat, qui commit„ tit in legem „. (c. *Contingit interdum*, Extra, *de Sententia Excom.*) Quamobrem, qui in hujuſmodi homines manus violentas immittit, crimen ſummo Pontifici, aut Epiſcopo reſervatum non committit, nec ulli cenſuræ obnoxius eſt.

Qui violentas manus in converſos cujuſcunque Religionis injiciunt, in eamdem excommunicationem incidunt, in quam perçuſſores Clericorum; (c. *Non dubium eſt*, Extra, *de Sentent. Excom.*) Idem eſto judicium de eis, qui violentas manus in novitios non profeſſos injecerint; cap. *Religioſo*, ſub eodem Titulo, in *Sexto*, §. *Quamvis.*)

Qui manus violentas injicit in clericum, etiam volentem, ſeque verberibus ſponte ſupponentem in ſatisfactionem præcedentis injuriæ, nihilominus in excommunicationem incurrit: Quia „ „ Hujuſmodi manus injectio, etſi non violenta, tamen injurioſa videtur; cum ille Canon non tam in favorem Clerici ordinati, quam in favorem Ordinis clericalis fuerit promulgatus „ „. Excommunicatur & Clericus qui ſe verberibus ſponte ſubjecerit; (c. *Contigit*, 1. Extra, *de Sententia Excom.*)

5. Quintus caſus Epiſcopis reſervatus, eſt *duellum.* Duellum Caſus reſervatus.
Duello certantes, & eorum (ut vocant) patrinos, ſpectatores, & omnes, qui conſilium tam in jure quam in facto dederint, aut alia quacunque ratione id cuiquam ſuaſerint, *Excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo* Concilium Trid. ligat, ſeſſ. 25. ca. 19. Abſolutionem ab hac cenſura editis Conſti-

tutionibus ſibi reſervarunt ſummi Pontifices *Gregorius XIII. Clemens VIII.* & *Urbanus VIII.* Conſuetudo tamen in Gallia invaluit, ut duelli crimen, & provocatio ipſa ad duellum, ſingulari certamine non ſecuto, ſint caſus ſolis Epiſcopis reſervati.

Violatio clauſuræ regularis caſus reſervatus.

Sextus caſus Epiſcopis in Gallia reſervatus, eſt *Violatio Clauſuræ regularis*, ſive per egreſſum Monialium extra ſepta, ſive per ingreſſum, aut admiſſionem externarum cujuſcunque ſexus perſonarum intra ſepta Monialium, ſive etiam per fæminarum ingreſſum, ac admiſſionem intra clauſuram religioſorum Virorum. Perpetuam Monialium cujuſcunque Ordinis clauſuram ſanxit, ac præcepit *Bonifacius VIII.* Conſtitutione, quæ incipit, *Periculoſo*, Tit. *de Statu Regularium*, in ſexto; ita ut nulli concedi valeat facultas e monaſterio exeundi: „„ Niſi forte tanto, & tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque gravi periculo, ſeu ſcandalo commorari: *Nullique abſque* rationabili & manifeſta cauſa, ac de illius, ad quem

la cenſura contra violantes clauſuram regularem hac *Bonifacii VIII.* Conſtitutione decreta eſt.

Concilium Trid. ſeſſ. 25. Tit. *de Regularibus* cap. 5. Bonifacianam Conſtitutionem renovat, & confirmat, adjecta excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, ſed abſque ulla reſervatione. „ „ Nemini autem (*inquit*) Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire e monaſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda; indultis quibuſcunque & privilegiis non obſtantibus. Ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis „ „.

S. Pius V. Conſtitutione, quæ incipit, *Circa Paſtoralis*, edita quarto Kalendas Junii, anno 1565. *Bonifacii VIII.* Conſtitutionem, *Periculoſo*, confirmat, & executioni mandari præcipit, in quibuſvis monaſteriis monialium perpetuam ab illis clauſuram ſervari: „ „ Etiamſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur, nec unquam in earum monaſteriis, ſeu domibus etiam ab immemorabili tempore ſervata fuerit. Quod ſi aliquæ moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione Regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, Ordinarii, una cum Superioribus earum, omnibus juris, & facti remediis compellant eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præciſe ſubeundum dictam clauſuram, & perpetuo obſervandum „ „.

Altera vero Conſtitutione, quæ incipit, *Decori, & honeſtati*, edita Kalendis Februarii anni 1570. Conc. Trid. Decretum de clauſura Monialium confirmans, nulli Monialium cujuſcumque ſit Ordinis, & dignitatis licere declarat monaſteriis exire quacumque occaſione; & prætextu, „ „ Niſi ex cauſa magni in-

cendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ; quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum ſeu alium loci Ordinarium, etiamſi prædicta monaſteria ab Epiſcoporum, & Ordinariorum Juriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſſe in ſcriptis approbata ſit; ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere. Aliter autem exeuntes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſive laicas, aut ſæculares, vel Eccleſiaſticas, conſanguineas, vel non, Excommunicationis majoris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque aliqua declaratione ſubjacere, a quo præter quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi nequeant „ „.

Non tamen ob ſolas cauſas in *S. Pii V.* Conſtitutione expreſſas Moniales exire poſſunt e monaſteriis cum Superiorum, & Epiſcoporum licentia; ſed ob alias æque graves, ſcilicet ob aquarum eluvionem,

fis, Ducissis prohibet *S. Pius V.* sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, & summo Pontifici reservatæ, ne domos, & monasteria quorumcunque regularium Ordinum, etiam Mendicantium, ingrediantur.

Verum hæc in Galliis invaluit consuetudo, ut qui violatæ clausuræ Regularis rei sunt, non ad summum Pontificem, sed ad Episcopos confugiant, ab iisque absolvantur, non solum quando delictum occultum, sed etiam quando publicum, & ad forum contentiosum deductum est.

Procuratio abortus fœtus animati casus reservatus.

Septimus casus Episcopis ex gallicanæ Ecclesiæ disciplina in Gallia reservatus, est procuratio abortus fœtus animati; censetur autem secundum opinionem vulgi animatus ex die conceptus quadragesimo fœtus masculinus, ex die octogesimo femininus. Excommunicationis apostolicæ Sedi reservatæ Sententiæ contra procurantes abortum fœtus tam animati quam inanimis, ejusque sceleris participes, & adjutores, necnon contra eos, qui mulierum fœcunditatem impedirent, & sterilitatis potiones, seu venena præberent, tulerat *Sixtus V.* Constitutione, quæ incipit, *Effrenatam*, data 4. Kal. Novembris, Pontificatus sui anno tertio; sed Absolutionem ab hoc delicto, & excommunicatione contra personas in Sixtina Constitutione expressas *Gregorius XIV.* permisit Episcopis, & omnibus Sacerdotibus ad Confessiones audiendas ab ipsis approbatis, & ad hos casus specialiter deputatis, in foro conscientiæ tantum, Constitutione, quæ incipit, *Sedes apostolica*, edita pridie Kal. Junii 1591. Pœnas vero procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium, in dicta Constitutione *Sixti V.* contentas, reduxit ad terminos Juris communis, ac Sacrorum Canonum, & Concilii Trid. dispositionem.

Hi sunt casus Jure consuetudinis Episcopis in tota Gallia reservati, quorum etiam Absolutionem inferioribus Sacerdotibus committere possunt. Præter hæc

autem delicta, ſunt alia in ſingulis Diœceſibus ſpeciatim Epiſcopis reſervata ; quorum numerum Epiſcopus quilibet augere, vel minuere poteſt, prout animarum ſaluti conveniens judicaverit. Illa porro noſſe debent, quicunque in Diœceſi ad excipiendas Confeſſiones ſunt approbati.

REGULA XXXVII.

Epiſcopi abſolvere poſſunt ab omnibus caſibus occultis Sedi apoſtolicæ reſervatis, & in omnibus Irregularitatibus, & Suſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus diſpenſare, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, aliisque ad forum contentioſum deductis.

Abſolutio a caſibus reſervatis.

Id (*inquam*) poſſunt in ſua Diœceſi, non in aliena; ſuoſque duntaxat ſubditos in foro conſcientiæ, per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpeciatim deputandum, in foro conſcientiæ, abſolvere, aut diſpenſare poſſunt, gratis, & impoſita Pœnitentia ſalutari, ut de-

1. *Veneficia, incantiones, ſortilegia.*

2. *Apoſtaſia a Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, quando eo perveniret, ut extra ſepta monaſterii, ſeu conventus fiat egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.*

3. *Proprietas contra votum paupertatis*, quæ ſit *Peccatum mortale*; qualis eſt receptio, detentio, vel donatio rei notabilis abſque Superiorum licentia.

4. *Juramentum falſum in Judicio Regulari, ſeu legitimo.*

5. *Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum animati fœtus, etiam effectu non ſecuto.*

6. *Falſificatio manus, aut ſigilli Officialium, Monaſterii, aut Conventus.*

7. *Furtum de rebus Monaſterii, ſeu Conventus, in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.*

8. *Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus*; quo nomine non ſola copula, ſed voluntariæ etiam & ſolitariæ pollutiones intelliguntur.

9. *Occiſio, ſeu vulneratio, aut gravis percuſſio cujuſcumque perſonæ.*

10. *Malitioſum impedimentum, ſeu retardatio, aut apertio litterarum a Superiori ad inferiores, aut ab inferioribus ad Superiores.*

Si quid aliud Superioribus reſervandum videbitur *Pro Religionis conſervatione, aut conſcientiæ puritate*, id fieri Pontifex non permittit, niſi ex deliberatione, & conſenſu Generalis Capituli in Ordine; aut Provincialis in Provincia.

REGULA XXXIX.

Superiores Regularium poſſunt ipſos a gravi Sociorum percuſſione abſolvere; ab enormi vero ſolus Pontifex maximus poteſt.

Hæc Regula nititur Reſcripto *Alexandri III.* cap. *Monachi*, Extra, *de Sententia Excom.*) cujus hæc ſunt verba: „„ Monachi vero, & Canonici Regulares, quocunque modo ſe in claustro percuſſerint,

non

non ſunt ad apoſtolicam Sedem mittendi: ſed ſecundum providentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur: & ſi diſcretio Abbatis non ſufficit ad eorum correctionem, eſt providentia diœceſani Epiſcopi adhibenda „ „.

Et *Innocentii III.* cap. *Cum illorum*, ſub eodem Titulo, quo *Alexandri III.* Decretalem moderatur. „ „ Licet (*inquit*) ab Alexandro III. fuerit conſtitutum, quod Monachi, & Canonici Regulares, quocunque modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſint ad apoſtolicam Sedem mittendi, ſed ſecundum providentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur; & ſi Abbatis diſcretio ad eorum correctionem non ſufficit, providentia eſt diœceſani Epiſcopi adhibenda; & alibi dicatur, quod de ſæculo fugientes, qui Religionis habitum in monaſterio receperunt, & inter cætera poſtmodum confitentur ſe tale commiſiſſe delictum, per quod ipſo actu Excommunicationis Sententiam incurrerunt, ſine licentia Romani Pontificis Abbas non poteſt, nec debet eos abſolvere, quam-

REGULA XL.

Regularis, qui percuſſit alterius Clauſtri Regularem, a ſuo, & ejus, quem percuſſit, Superiore abſolvi debet. Si vero Clericum ſæcularem enormiter percuſſerit, ejus Abſolutio ſummo Pontifici, ſi graviter, Epiſcopo reſervata eſt.

Ita ſtatuit *Innoc. III.* cap. *Cum illorum*; mox citato: „„ Si vero Clauſtralis aliquis in Religioſam perſonam alterius Clauſtri manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & ejus, qui paſſus eſt injuriam, abſolvatur. Quod ſi Clericum percuſſerit ſæcularem, nonniſi per apoſtolicam Sedem (ut ſcandalum evitetur) Abſolutionis gratiam poterit promereri „„.

Et cap. *Religioſo*, Tit. *de Sententia Excom.* in Sexto, *Bonif VIII.* ſic decernit: „„ Religioſo, qui manus violentas in Clericum ſæcularem injecit, (ne hoc prætextu habeat materiam evagandi) poterit ab Epiſcopo caſu Abſolutionis beneficium exhiberi, quo ſæculari Clerico poſſet, ſi alium Clericum percuſſiſſet „„.

REGULA XLI.

Confeſſarius, qui legitima poteſtate deſtitutus pœnitentem a caſibus reſervatis abſolvit, illum ad Sac. Tribunal, ſi fieri poteſt, revocare tenetur, & obtenta facultate abſolvere, aut monere de errore, ut Superiorem adeat; ſi vero non poteſt, pœnitentiam agere ipſe debet.

Sic reſpondet *S. Antoninus*, 3. p. tit. 17. cap. 12. „„ Quicunque (*inquit*) abſolvit aliquem ab aliquo peccato in caſu, in quo non poteſt, ſive quia reſervatus eſt Epiſcopo, ſive quia nullam habet poteſtatem, vel auctoritatem, quamvis graviter peccet, quando abſolvit ſcienter, vel etiam quando ignorantia juris craſſa; non tamen cenſuram aliquam, ſeu Excommunicationem ex hoc incurrit, ſive ſit Clericus ſæcularis, ſive religioſus dictus abſolvens „„.

Nul-

Nullam quidem *S. Antonini* tempore ſic abſolventes, ſed nunc excommunicationem ipſo facto incurrunt, qui abſolvere audent, vel præſumunt a caſibus Sedi apoſtolicæ, aut Ordinariis locorum reſervatis, ut conſtat ex Decretis ſacræ Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum a *Clemente VIII. Paulo V.* & *Urbano VIII.* confirmatis. Audent autem, & præſumunt, qui ſcientes abſolvunt, vel ex ignorantia juris craſſa, aut affectata. Pergit S. Antoninus: „ „ Sed tenetur illum, quem ſic abſolvit, aviſare de errore ſuo, ſi cognoſcit, vel poteſt invenire. Ille tamen (*ſcilicet pœnitens*) quoad Deum excuſatur, dum ignorat. Et quod dictum eſt, quod Confeſſor debet illum aviſare, quem abſolvit, cum non poſſet, intelligitur, quando fieri poteſt ſine ſcandalo notabili. Unde in Concilio Baſileenſi quidam periti habita ſuper hoc collatione dixerunt, Quod talis Confeſſor petat auctoritatem a Superiore ſuper hoc caſu, a quo non potuit abſolvere, & tamen abſolvit; qua habita, vocet illum, quem ab-

REGULA XLII.

Monialibus, quæ regularibus ſunt ſubditæ, & nulla ratione poſſunt adduci, ut peccata ſua Confeſſariis regularibus confiteantur, & quibus Superiores regulares Confeſſarium extraordinarium ter in anno non concedunt, aut quoties id earum poſtulat infirmitas, Epiſcopus Confeſſarium deputare poteſt.

Quando poteſtatem habeant Epiſcopi dandi Confeſſarios Monialibus, quæ regularibus ſunt ſubditæ.

Cum enim ſacra Synodus Tridentina Sanctimoniales ſaltem ſingulis menſibus Confeſſionem peccatorum facere, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipere jubeat; ac præter ordinarium Confeſſarium illis *Alium extraordinarium ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offerri;* (ſeſſ. 25. *de Regularibus*, c. 10.) Cum inſuper teneantur Superiores omni modo ſaluti ſubditorum conſulere, parcere pudori, infirmitatibus compati, non viam ſalutis arctare; ſi Superiores regulares Monialibus in eo ſtatu poſitis facultatem non concedant alteri confitendi; poteſt Epiſcopus, qui omnium Diœceſanorum ſuorum paſtor eſt, illis Confeſſarium cognita cauſa deſignare. Sæpe contingit, ut confeſſarius unicus ſit monaſterio a Superioribus regularibus deputatus, vel ab ipſo Epiſcopo in monaſteriis illius Juriſdictioni ſubditis: Confeſſarius ille Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ gratus eſt, & ſingulari familiaritate conjunctus; Moniales plures, quæ alienum a ſe Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ animum experiuntur (ut eſt mulierum ſexus ad ſuſpiciones pronus, quas auget ut plurimum æmulatio) ſuſpicantur confeſſarium hujus abalienationis auctorem eſſe; ſi quid durum in ipſas agit, aut loquitur Abbatiſſa, confeſſarii ſuggeſtionibus tribuunt; ipſum confeſſiones ſuas Abbatiſſæ, ne revelet, metuunt, id facere conjiciunt, pene etiam perſuaſum habent ex modo regiminis. Non patitur Abbatiſſa, ut apud alium Sacerdotem exomologeſim faciant; regularis Superior infelicium Virginum querelis inſuper habitis, Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ favet, alium ipſis confeſſarium quamvis importune rogantibus, &

ad

ad Sacramenta interim non accedentibus, non concedit. Nonne in his anguſtiis poſitas conſolari poteſt, ac debet Epiſcopus earum ſpirituali neceſſitati, ac ſaluti conſulere, confeſſariumque illis deſignare, cui peccata ſua cum fiducia confiteri, & conſcientias ſuas exponere libere, ac ſecure poſſint? Hinc ſacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. interpretum declaravit, ex facultate decreti Concilii cap. 10. ſeſſ. 25. *de Regularibus*, Epiſcopum dare poſſe confeſſarium Monialibus ſubjectis Regularibus, quæ nulla ratione induci poſſunt, ut ſuis Regularibus peccata confiteantur. Refert *Barboſa*, p. 2. *de Officio, & poteſtate Epiſcopi*, Allegatione 25. §. 63.

REGULA XLIII.

Confeſſarius ordinarius ſine cauſa mutari non debet.

Confeſſarius ordinarius ſine cauſa non mutandus.

Hanc Regulam tradit *S. Carolus Borromæus*, in Inſtructionibus Confeſſorum: „ „ Si aliqui ſine cauſa Confeſſorem Ordinarium, ipſis ad animæ ſalutem admodum utilem cognitum reliquerint: quo

REGULA XLIV.

Neminem juramento, vel voto devincere poteſt Sacerdos, ut alium Confeſſarium non eligat; & hujuſmodi promiſſio, etiam juramento, aut voto firmata, irrita eſt.

Promiſſio plena, periculi.

Has enim promiſſiones periculi plenas eſſe, & multis ſacrilegiis viam aperire, certum eſt. Quamobrem Conc. Mechlinienſe anno 1607. celebratum, & à *Paulo V.* Pontifice maximo confirmatum ita ſtatuit: „„ Nemo aliquem ad ſibi ſoli perpetuo confitendum obliget, & ejuſmodi promiſſionem juratam, tanquam irrationabilem, & indiſcretam, hæc Synodus irritam eſſe declarat, & quatenus opus eſt, irritat „„.

REGULA XLV.

Sacerdos ad Confeſſionem admittere non debet imparatos.

Imparati ad Confeſſionem non admittendi.

Ita ſtatuit *S. Carolus* in Inſtruct. Confeſſorum. „„ Monemus (*inquit*) ne ad Confeſſiones admittant, quos ſine debita interiori, aut exteriori præparatione accedentes viderint; eos ideo verbis quidem lenioribus pro cujuſque capacitate præparandos dimittant „„.

„„ Nullus Confeſſor mulieres excipiat, quæ ad eum accedunt cum pigmentis, fuco, inauribus, variis ornamentis, & ex auro phrygio veſtibus, alioque vano ſimili apparatu, ſed, quæ nonniſi habitu modeſto, & ſimplici induantur, & velato capite, ita, ut velum non ſit ſubtilius, ſed pannum ſit ex lino, aut lana, aut ſericum colore obſcuro tinctum; cum ea denique, quæ ad tantum Sacramentum, & ad compunctionem, ſeu contritionem, cum qua ad Dei tremendi tribunal, & judicium, miſericordiam, & veniam imploratura peccatrix ſiſti debet, reverentia requiretur „„.

„„ Idem cum viris obſervetur, nec ad Confeſſionem ii admittantur, qui variis ornamentis, auro,

aut argento, aut pileorum ornatibus exculti, aut cum armis, & hujuſmodi rebus, ad Sacramentum audent accedere „„.

„„ Sed imprimis attendant ad animi præparationem ad hoc Sacramentum accedentibus neceſſariam, quæ in peccatorum diſcuſſione conſiſtit, in dolore de peccatis, & pro iis ſatisfaciendi, & impoſterum emendandi propoſito. Qui ergo ſine tali præparatione inventi fuerint, eos Confeſſor moneat, & inſtruat, ut alia vice cum præparatione debita revertantur „„.

Argumenta autem, unde cognoſci poſſit, num imparati pœnitentes accedant, ſunt; ſi ab aliquo temporali exercitio ad Confeſſionem tranſeant, non interpoſito debito pro oratione temporis ſpatio; aut ſi peccatorum commiſſorum non recordari dignoſcantur; aut ſi Confeſſor aliunde noverit eos adhuc in illicitis exercitiis, aut in peccato, aut in occaſione ad illud inducente, quam vitare non ſincere polliceantur, verſari; aut ſi, cum potuerint, bona aliena non reſtituerint „„.

REGULA XLVII.

Periculo violandi ſigillum Confeſſionis exponit ſe Sacerdos, qui de rebus in Confeſſione auditis, vel a ſe factis imprudenter loquitur.

Periculum enim eſt, ne perſonam pœnitentis manifeſtet; aut ne audientes in illius cognitionem, aut ſuſpicionem veniant. Exemplis rem illuſtro. Confeſſarius loquax, & imprudens ait: Titus mihi gravia peccata, vel caſum reſervatum confeſſus eſt. Hunc ad pœnitentiarium remiſi. Hanc injunxi pœnitentiam Petro; & ante, vel poſtea dixit: Hanc impono pœnitentiam illis, qui ita deliquerunt. Alius de loco anguſto, in quo confeſſiones excepit, multos ait eſſe fures, fornicatores, adulteros; aut in quopiam monaſterio plures eſſe proprietarios, aut impudicos. Alius ait: Utinam omnes mulieres, quarum confeſſiones excipio, æque caſtæ eſſent, ac Suſanna, vel ex omnibus, quas audivi, puellis paucæ ſunt virgines. Alter dicit: Aliquis ex iſto Collegio, vel ex iſta Communitate tale delictum admiſit. Alter Patri-familias, aut Superiori, alicujus religioſæ Domus, aut Eccleſiaſticæ, vel laicæ Societatis ait: Attende, vigila, obſerva, unus e tua familia, domo, ſocietatè fur eſt; aut mortem tibi machinatur: aut filiæ tuæ pudicitia in domo tua tuta non eſt. Alius ait: Prima mulier, cujus confeſſionem audivi, fidem fefellerat marito. Alius alicui ex ſuis pœnitentibus in jurgio ait: Novi qualis ſis; vel, Probe noſti me ſcire unde pudore ſuffundi deberes. His omnibus modis ſigillum confeſſionis violatur; quia vel manifeſtatur perſona peccatoris, vel audientibus aperitur via, ut in illius cognitionem, aut ſuſpicionem veniant. Qui autem jocando referunt peccata in confeſſione audita, etſi nullum eſſe videatur periculum infamiæ in pœnitentem derivandæ, graviter tamen peccant contra Religionem Sacramento debitam.

REGULA XLVIII.

Qui per Confeſſionem novit peccatum vergens in magnum Eccleſiæ, vel Reipublicæ damnum, illius reos detegere, abſque ſacrilegio non poteſt. Monere tamen poteſt, & debet Prælatos, Principem, ſive eos, qui Reipublicæ præſunt, de malo imminenti, & criminis attentati genus revelare, ut periculum avertatur, modo reus, vel complices, quorum crimen ex ſola Confeſſione notum eſt, nominatim, & in individuo, directe, vel indirecte non indicentur, non prodantur.

Ita docet *S. Thomas*, Quodlibeto 12. q. 10. art. 1. „„ Nec verbo (*inquit*) nec facto, nec nutu, nec aliquo ſigno licet in aliquo caſu revelare Confeſſionem, quia eſt ſacrilegium. Nam ita eſt in Sacramentis novæ Legis, quod efficiunt, quod figurant; effectus autem pœnitentiæ eſt occultatio peccatorum ab oculis Dei viventis; & hæc occultatio ſignificatur per Sacramentum Confeſſionis; & ideo [redacted]

ciemque criminis attentati revelare, modo reum ex cujus tantum Confeſſione illud novit, nominatim, & in individuo non indicet, non prodat, non revelet.

REGULA XLIX.

Nec Parochus, nec Seminarii Superior, ſive Moderator ac Director Ordinandorum, Clerico, ob crimen in Confeſſione auditum, & ex ſola Confeſſione notum, denegare teſtimonium de vita, & moribus, aut de ſpiritualibus exercitiis rite peractis poteſt; nec Parochus a matrimonio repellere pœnitentem ob impedimentum occultum, ex ſola Confeſſione ſibi cognitum.

Violarent enim ſigillum Confeſſionis, ipſam redderent odioſam, & injuriam facerent Sacramento. Unde ſicut occulto peccatori Euchariſtiam publice petenti Sacerdos negare non poteſt, nec debet; ſed privatim tantum monere tenetur, ne ad Euchariſtiam accedat, antequam ſe probaverit, & conſcientiam expurgaverit, ſueritque ſacramentaliter abſolutus; (ut docet *S. Thomas* 3. p. qu. 80. art. 6.) Ita Seminarii Superior, aut Doctor Ordinandorum, & Parochus, monere quidem debent, & divini judicii metu a ſacris Ordinationibus, aut a Matrimonio deterrere eos, quorum crimina, vel impedimenta occulta ex ſola Confeſſione noverunt, quibus indigni, vel inhabiles, (ut ita loquar) facti ſunt ad Ordinem ſuſcipiendum, aut Matrimonium contrahendum; debent illis in foro pœnitentiæ Dei omnipotentis nomine prohibere, ne ſe ſiſtant Ordinandos, aut Matrimonium contrahant impedimentis manentibus; ſed nec Epiſcopus Ordines, nec Seminarii Superior, aut Ordinandorum Director teſtimonium, nec Prælatus regularis licentiam, nec Parochus nuptialem Benedictionem, negare debent eis, quorum crimen, vel impedimentum ex ſola Confeſſione noverunt; niſi alia ratio legiti-

ma, & ſufficiens, & extra Confeſſionem cognita, ſufficiat ad hæc illis deneganda.

REGULA L.

Qui crimen ab aliquo perpetratum ex ſola illius Confeſſione novit, nulla Eccleſiæ Cenſura, nullo Superiorum præcepto ad illud revelandum cogi poteſt.

Hæc Regula traditur ab *Honorio III.* Pontifice Maximo, cap. *Dilectus*, Extra. *De exceſſibus Prælatorum*, cuidam Cardinali ſic ſcribente: „„ Dilectus filius Jo. Presbyter expoſuit conquerendo, quod Rectores Fraternitatis Urbis ipſum ad revelandum fures, & quod ſuper quodam furto ſibi tamquam Sacerdoti fuerat revelatum, vel ad ſatisfaciendum exinde damnum paſſo arctare nitentes, in eum (niſi alterum præmiſſorum efficeret) tulerunt ſententiam Interdicti. Quia igitur pernicioſum eſſet prædictum Presbyterum ſibi taliter credita revelare, ac cogi ad

quia non eſt ſubjectus Superiori ſuo niſi ut homo; hoc autem non ſcit ut homo, ſed ut Deus „ „; id eſt, ut Dei vices gerens in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ.

REGULA LI.

Si quis Confeſſarius in jus vocetur ad dicendum teſtimonium, & interrogetur a judice de crimine, quod ex ſola Confeſſione novit, illud revelare non tenetur, nec poteſt, ſed tuta conſcientia reſpondebit, ſe neſcire.

Nam, (ut ait, *S. Thomas* in reſponſione ad tertium.) „ „ Homo non adducitur in teſtimonium, niſi ut homo; & ideo ſine læſione conſcientiæ poteſt jurare ſe neſcire, quod ſcit tantum ut Deus „ „. Si autem interrogetur, utrum Confeſſionem *Titii* audiverit, reſpondere debet, ſe audiviſſe. At ſi Judex urgeat, quæratque, num tale peccatum confeſſus fuerit, reſpondere debet, hanc impiam eſſe quæſtionem, ſe ad reſpondendum huic interrogationi non teneri, ſe penitus neſcire. Si rurſus quærat, an ipſum abſolverit; reſpondere debet, ſe partes ſuas impleviſſe. Cum enim ex Abſolutionis negatione colligi poſſit hominem gravis alicujus peccati reum eſſe, quod dimittere nolit; ſacrum ſigillum violat, qui Abſolutionis beneficium ſe negaſſe ait tali homini, cujus Confeſſionem excepit.

REGULA LII.

Sigillum Confeſſionis non frangit, qui ſchedulam Confeſſionis teſtimonium continentem in foro pœnitentiæ negat illis; quos Abſolutione judicat indignos, ubi ſchedularum hujuſmodi mos, & uſus receptus eſt.

Hanc enim ſchedulam negans, nihil facit, ex quo alter directe, vel indirecte poſſit cognoſcere delicta pœnitentis, neque ipſa magis prodit, quam

cum Abſolutionem negat. Deinde via alioquin fraudibus aperiretur ; nam multos plures improbi , & impœnitentes tempore Paſchatis Parochos deciperent, & ad ſacram Menſam ſacrilege obreperent, exhibito Confeſſionis teſtimonio. De cujus quidem teſtimonii forma *S. Carolus* ita ſtatuit in Inſtructionibus Confeſſorum : „„ Cum pœnitens a Sacerdote, quod ei confeſſus fuerit, atteſtationem Parocho exhibendam, ut in Paſchate fieri ſolet, petierit, eam ſub infra ſcripta formula tradet; ideo cuilibet Confeſſori plurimas excuſſas trademus, quas cum alicui conceſſerit, ſingulas ſuo ſigillo muniet. Anno... Die.. Menſis... adminiſtravi Sacramentum pœnitentiæ in... Parochia... habitanti „„. In primo ſpatio dies, in ſecundo menſis, in tertio pœnitentis nomen, & cognomen, in quarto ejus Parochia inſcribetur, quibus Sacerdos nomen, & cognomen, titulum Beneficii, aut Officii, quo vulgo diſtinguitur, ut Rectores, Canonici, Capellani Eccleſiæ, aut Regularis Monaſterii N. apponet ; quæ omnia ipſa

ſſunt. Præterea, ſi id obſervent, qui ſacrum Tri-
nal circumſtant, hoc incommodum prohibere Sa-
dotem non debet, ne ſuo fungatur officio, cum
us non ſit cauſa. Pari enim modo obſervare poſ-
it, cum aliquos abſque Abſolutione dimittit, nec
nen indignos; & impœnitentes abſolvere tenetur.
Quid vero ſi homo Sacerdotem, qui ejus Confeſ-
nem excepit, conveniat coram Judice, ut det ipſi
nfeſſionis teſtimonium? Si ſæcularis ſit Judex,
i ſignificet, hujuſmodi cauſam ejus Tribunal, ac
iſdictionem non ſpectare, & ea de re moneat Epi-
pum, ejuſque conſilium, & mandatum ſequatur.
vero ſit judex Eccleſiaſticus, dicat ſe officio ſuo
ictum eſſe, & nemini homini rationem reddere de-
:e eorum, quæ ipſum inter, & pœnitentem in ſacro
nfeſſionis Tribunali acta ſunt, ſed ſoli Deo, cujus
:e judicat.

REGULA LIII.

elatus punire ſubditum non poteſt ob peccatum, quod ex ſola Confeſſione novit.

:a *S. Thomas* in 4. *Sentent.* ſive Supplementi qu. 9.
art. 1. ad tertium. „„Poteſt (*inquit*) Prælatus
e læſione conſcientiæ dimittere peccatum impu-
um, quod ſcit tantum ut Deus, vel ſine aliquo re-
:dio; quia non tenetur adhibere remedium, niſi
modo, quo ad ipſum deferuntur. Unde in his,
æ ad ipſum deferuntur in foro pœnitentiæ, debet
eodem foro, quantum poteſt, adhibere reme-
ım „„.

Confirmatur hæc Regula ex Cap. *Si Sacerdos*, Ex-
, *de Officio judicis Ordinarii*, quo *Eugenius* Papa
reſpondet: „„Si Sacerdos ſciat pro certo aliquem
e reum alicujus criminis; vel ſi confeſſus fuerit, &
iendare noluerit; niſi judiciario ordine quis pro-
re poſſit, non debet eum arguere nominatim,
indeterminate; ſicut dixit Chriſtus: *Unus veſtrum* Matth. 26.
traditurus eſt. Sed ſi ille, cui damnum illatum eſt, 22.

petierit juſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni, licet etiam ei confeſſus ſit; ſed tamen non nominatim poteſt eum removere a Communione, licet ſciat eum eſſe reum; quia non ut Judex ſcit, ſed ut Deus; ſed debet eum admonere, ne ſe ingerat; quia nec Chriſtus Judam a Communione removit „ „.

REGULA LIV.

Prælatus ab Adminiſtratione, vel Officio removere non poteſt ſubditum propter crimen, quod ex ſola Confeſſione novit, ſi ſit probabile periculum pravæ ſuſpicionis de pœnitente ingenerandæ.

Hanc Regulam tradit *S. Thomas* in 4. *Sentent.* diſt. 21. qu. 3. art. 1. Quæſtiunc. 1. ad tertium, & prolixius Quodlibeto 5. qu. 7. art. 1. „ „ Nihil (*inquit*) eſt faciendum in præjudicium Confeſſionis; eſſet autem præjudicium Confeſſionis, ſi ſubditus ab adminiſtratione removetur propter crimen, quod ſuo Prælato confeſſus eſt; quia per hoc alii retra-

expedire. Si vero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur, puta si in aliquo monasterio esset consuetum, quod Abbas pro suo libitu de facili aliquos ab administratione removeret; tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione removere, & deberet hoc facere, cum debita tamen cautela, si talis administratio esset subdito periculosa imposterum; quamvis etiam & in hoc casu melius esset, quod eum induceret ad cessionem petendam. Si vero periculum imposterum non timeretur, non oporteret, quod pro peccato præterito per pœnitentiam deleto, eum ab administratione removeret; sicut etiam Augustinus dicit lib. de adulterinis Conjugiis: *Cur adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos?* Quandoque enim pœnitentes innocentibus meliores sunt „„.

REGULA LV.

Quantumvis re absolute spectata licitum videatur Prælato subditum ab officio removere propter crimen, quod ex sola Confessione novit, ubi revelandæ Confessionis periculum abest; Ecclesiastica tamen Lege id omnino prohibetur.

Nam *Clemens VIII.* Pontifex maximus Decreto edito die 16. Maii anno 1594. Regularium Superioribus vetuit, ne notitia per Confessionem parta ad exteriorem gubernationem quovis modo uterentur. „„ Tam Superiores (*inquit*) pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur „„. Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, fieri mandavit. *Unde* (inquit *Suarez* Societatis Jesu Theologus doctissimus Tom. 4. in 3. p. disp. 33. sect. 7.) *cum indistincte loquatur, non est, quod a nobis limitetur; sed simpli-*

ci-

citer obſervetur. Et *P. Claudius Aquaviva* Societatis ejuſdem religioſiſſimæ Præpoſitus generalis prohibuit, ne contrarium publice, vel privatim ab ejus Profeſſoribus doceatur.

REGULA LVI.

Sacerdos, qui ex ſola Confeſſione novit aliquem indignum eſſe eccleſiaſtica Dignitate, vel Præfectura, ſuffragium illi negare poteſt, & illius electioni contradicere.

Multis enim aliis rationibus moveri aliquis poteſt ad ſuffragium alteri negandum, quam ex peccato cognito, nempe ex defectu ætatis, ſcientiæ, induſtriæ, &c. & quia novit alios digniores. „ „ Ex multis aliis cauſis (*inquit S. Thom.*) redditur quis indignus ad Prælationis Officium, quam ex peccato; ſicut ex defectu ſcientiæ, vel ætatis, vel alicujus hujuſmodi; & ideo qui contradicit, nec ſuſpicionem de crimine inducit, nec Confeſſionem revelat „ „.

tumvis confeſſus fuerit, publicus peccator eſt, niſi ſcandalum tollat, verbi gratia, niſi concubinam ejiciat concubinarius, fœnus exercere deſinat, uſurasque reſtituat uſurarius, theatrum dimittat hiſtrio, &c. Removendus eſt igitur ab Altari. Nec propterea ſacrum Confeſſionis ſigillum violatur, modo Confeſſarius non dicat, ſe illum non abſolviſſe, aut ex ejus Confeſſione compertum, & exploratum habere, quod pœnitentiam non egerit; ſed ita ſe gerat, ac ſi Confeſſionem illius non excepiſſet, dicatque: Iſte hactenus publicus concubinarius fuit, vel publicus uſurarius, vel hiſtrio, vel publicas inimicitias exercuit, & in eodem peccato manere videtur. Publico autem peccatori Communionem publice præbere non licet, donec publice conſtet, ipſum peccatum dimiſiſſe; propterea illi Corpus Chriſti non præbeo.

REGULA LVIII.

Confeſſio quælibet Sacramentalis, quæ ſcilicet fit Sacerdoti, aut qui Sacerdos eſſe creditur; animo ſe accuſandi; & peccata ſua clavibus Eccleſiæ ſubjiciendi, quamvis ſit invalida, ſacri ſigilli neceſſitatem inducit.

Hæc Regula nititur cap. *Quod quidam*, Extra, *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus*, ubi *Alexander III.* Bellovacenſi Epiſcopo hunc in modum reſpondet: „„ Quod quidam ad Confeſſionem de criminibus veniunt, & quamvis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt abſtinere non poſſe; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod eorum Confeſſionem recipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere; quia licet non ſit vera hujuſmodi pœnitentia, admittenda eſt tamen eorum Confeſſio, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda „„. Si quis igitur bona fide accedat ad pedes Sacerdotis, ſine contritione quidem, ſine melioris vitæ propoſito, ſed tamen eo animo, ut ſe accuſet coram illo, ceu Dei Miniſtro, ut aliquo modo Eccleſiæ ſatisfaciat, ut Confeſſarii con-

REGULA LX.

Sigillo Confeſſionis ea omnia claudi debent, quæ in Confeſſione audita ſunt, ſive ut famæ, ac pudori pœnitentis conſulatur, ſive ut ſcandalum vitetur.

Hanc Regulam tradit *S. Th.* in 4. *Sentent.* ſive Supplementi qu. 11. art. 2. „ „ Sigillum (*inquit*) Confeſſionis directe non ſe extendit niſi ad illa, de quibus eſt Sacramentalis confeſſio, ſed indirecte, id, quod cadit ſub Sacramentali confeſſione, etiam ad ſigillum Confeſſionis pertinet, ſicut illa, per quæ poſſet peccator, vel peccatum deprehendi; nihilominus etiam illa ſummo ſtudio ſunt celanda, tum propter ſcandalum, tum propter pronitatem, quæ ex conſuetudine accidere poſſent „ „. Sacrilegii ergo reus eſſet Confeſſarius, qui vel natalium defectum, vel aliquem alium defectum naturalem, aut infamiæ notam pœnitenti, vel ejus familiæ inuſtam, & in Confeſſione ſacramentali ab illo ſibi declaratam, nec aliunde notam, aut quid-

confeſſiones audiebant, quarum abſurdam audaciam coercet *Clemens III.* cap. *Nova quædam*, Extra, *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus.* Item illi, quibus peregrinæ linguæ homines confeſſionum ſuarum interpretibus utuntur. Item illi, quibus Confeſſarius vel ex deliberata malitia, vel imprudenter, conſilium petendo, aut aliis de rebus intemperanter loquendo, peccata in Confeſſione audita revelat. Item qui chartam, in qua peccata Confeſſario expoſita deſcripta ſunt, invenit, legit, vel ejus lectionem audivit. Hi, inquam, omnes ſacrilegii rei ſunt, ſi peccatum pœnitentis, etſi veniale duntaxat, vel aliquid ad confeſſionem pertinens, & unde peccatum, & perſona, quæ illud commiſit, innoteſcere poteſt, revelent; quamvis longe gravius ſit Sacerdotis, qui confeſſionem excepit, quam aliorum ſacrilegium. Unde & pœnæ canonicæ in Confeſſarium duntaxat ſacrum ſigillum violantem decretæ ſunt. Nam: „ „ Sigillum confeſſionis competit Sacerdoti, in quantum eſt miniſter hujus Sacramenti; quod nihil aliud eſt, quam debitum confeſſionem celandi, ſicut clavis eſt poteſtas abſolvendi (*inquit* S. Thomas *in 4. Sententiarum, ſive Supplementi qu.* 11. *art.* 3.) Tamen ſicut aliquis, qui non eſt Sacerdos, in aliquo caſu participat aliquid de actu clavis, dum confeſſionem audit propter neceſſitatem; ita etiam participat aliquid de actu ſigilli confeſſionis, & tenetur celare, quamvis proprie loquendo ſigillum confeſſionis non habeat „ „.

REGULA LXII.

Ille, cujus fidei creditur aliquod arcanum, illudque excipit quaſi ſub ſigillo Confeſſionis, illud jure naturæ celare tenetur, illudque revelando peccat contra fidelitatem, ſed ſigillum Confeſſionis non frangit.

Sacri enim ſigilli obligatio ex ſola confeſſione Sacramentali oritur, nec ex hominum inſtitutione, aut Confeſſionis arcanum.

aut voluntate originem ducit. Sicut enim ex hominum arbitrio non pendet Sacramenti natura, efficientia, miniſter; ita nec in eorum poteſtate eſt, ut arcanum aliquod extra Sacramentalem confeſſionem alterius fidei commiſſum, obliget ut ſigillum Confeſſionis, ita ut prodi non poſſit abſque ſacrilegio. Quamobrem, ſi hujuſmodi arcanum vergeret in damnum Eccleſiæ, Reipublicæ, Principis, alicujus tertii, illud revelare non ſolum poſſet, ſed deberet, qui illud excepit quaſi ſub confeſſionis ſigillo, etiamſi flexis genibus, ſigno crucis ſe muniens, & præmiſſo, *Confiteor*, id apud ipſum aliquis depoſuerit; quia nec animo ſe accuſandi quis arcanum ſuum in amici ſinum effudit, aut Eccleſiæ clavibus illud ſubjecit, quæ ad peccati remiſſionem inſtitutæ ſunt; arcana hujuſmodi non ſolum profanis hominibus, ſed & mulieribus, quaſi ſub ſigillo confeſſionis creduntur. Ea S. *Thomæ* mens eſt in 4. *Sentent.* ſive Supplementi qu. 11. art. 2. ad 2. „ „ Aliquis, (*inquit*) non debet de facili aliquid recipere hoc modo; ſi tamen recipiat, tenetur ex promiſſione hoc modo celare, ac ſi in

mo; quod facit, dum licentiat eum ad dicendum. Et ideo, ſi dicat, non frangit ſigillum confeſſionis, tamen debet cavere ſcandalum, dicendo, ne fractor ſigilli reputetur. *Neque vero* ex hoc datur aliqua impunitas malis Sacerdotibus; quia imminet eis probatio (ſi accuſatur) quod de licentia confitentis revelaverint „ „.

Secundum hanc Regulam Sacerdos quidam *Innoc. IV.* Pontifici maximo conjurationem in ipſum factam aperuit ac militem ad ejus cædem ſubornatum denuntiavit, cum id omne ex complicis cujuſdam moribundi Sacramentali confeſſione didiciſſet; quod volente, & permittente (ut par erat) pœnitente factum, nullus dubitat, quamvis id non exprimat *Matthæus Pariſius* ad annum 1247. pag. 486. hanc referens Hiſtoriam.

Secundum eamdem Regulam, Confeſſarius poteſt cum licentia pœnitentis hæredes admonere de reſtitutione rei alicujus facienda.

Cæterum hæc licentia expreſſa eſſe debet, nec ſufficit implicita, aut interpretativa. Præterea neceſſe eſt, ut ſponte, libereque conceſſa ſit. Tertio, conceſſam eſſe oportet ex cauſa legitima, & in commodum pœnitentis. Unde ſi uxor a marito coacta, poteſtatem faceret Confeſſario peccatum ſuum revelandi; aut ſi reus ſponte concederet licentiam detegendi crimen, propter quod capite plectendus eſt; aut ſi Confeſſarius ipſe moleſtus ſit pœnitenti, ut ei peccatum ſuum, aut complicis perſonam extra confeſſionem aperiat, & revelandi licentiam concedat, hac licentia uti non poteſt inviolata ſigilli religione. Etſi Prælatus præcipiat Confeſſario, ut peccatum alicujus omnino occultum revelet, illud revelare non debet, etiam cum licentia expreſſa ipſius pœnitentis, quia Prælatus non eſt Judex occultorum, & forum contentioſum ac pœnitentiale non ſunt miſcenda. Tandem licentia, quam dat pœnitens Confeſſario revelandi confeſſionem, quantumcun-

que generalis, non intelligitur, niſi in bonum confitentis. Ita docet *S. Anton.* 3. p. tit. 16. cap. 22. §. 1.

REGULA LXIV.

Confeſſario cum pœnitente loqui non licet, citra ejus conſenſum, de peccatis, aliiſque in ejus Confeſſione auditis.

Vix enim hujuſmodi colloquium fieri poteſt, niſi pœnitens pudore ſuffundatur, adeoque niſi grave fiat, odioſumque Confeſſionis jugum. Unde *S. Carolus Borromæus* in Inſtructionibus Confeſſorum ait: „ Si loqui cum pœnitente neceſſe ſit, petita „ ab ipſo licentia, tum eadem ſecreti religione, ac „ in confeſſione, ſe teneri noverit „.

REGULA LXV.

Qui ex confeſſione ſacramentali ita aliquid novit, ut alio etiam modo noverit, illud revelare poteſt, nulla confeſſionis mentione facta, ſi neceſſitas urgeat.

feſſionem, ſive poſt, non tenetur celare, quantum ad id, quod ſcit ut homo; poteſt enim dicere: Scio illud, quia vidi. Tenetur tamen celare illud, in quantum ſcit ut Deus; non enim poteſt dicere: Ego hoc audivi in confeſſione; tamen propter ſcandalum vitandum, debet abſtinere, ne de hoc loquatur, niſi immineat neceſſitas „„; imminens ſcilicet Eccleſiæ, vel Reipublicæ periculum, vel grave damnum proximi; aut mandatum Judicis teſtimonium ferre jubentis; vel Superioris Eccleſiaſtici præceptum excommunicantis omnes, qui talis facinoris auctores, ſive conſcios noverint, & non revelaverint; aut denique neceſſaria propter commune bonum correptio. Nec refert, quod inde ſcandalum in infirmi animi hominibus forte oriatur, quia (ut ait *S. Thomas* ibidem in Reſponſione ad 4.) „„ Non debet ita vitari ſcandalum ex una parte, quod ex alia juſtitia relinquatur; veritas enim non eſt propter ſcandalum dimittenda. Et ideo quando imminet periculum juſtitiæ, & veritatis, non debet dimitti revelatio ejus, quod quis in confeſſione audivit, ſi aliter ſciat, propter ſcandalum; verumtamen ſcandalum, quantum in ſe eſt, vitare tenetur „„.

REGULA LXVI.

Conveniens eſſet, ut Sacerdotibus omnibus, & ſingulis cujuſcunque criminis ſociis interdiceretur, nec ſociorum, & participum ejuſdem criminis confeſſiones audirent; omnique quoad hoc juriſdictione privarentur.

Vix enim contingit, ut peccatores, qui apud ipſos hujuſmodi crimen deponunt, ſinceram illius pœnitentiam agant; vix contingit, ut criminoſi illi Sacerdotes ſalutaria dent conſilia, & convenientem Satisfactionis modum præſcribant; & ſi peccata ſint impudicitiæ, periculum eſt, ne nova cum pœnitenti tum Sacerdoti in ipſa confeſſione peccati naſcatur occaſio. Quamobrem *S. Carolus Borromæus* Confeſſio fieri non debet Sacerdoti criminis conſcio, quod in Confeſſione apprehendum eſt.

in Synodo Mediolanenſi Dioeceſana 11. ita ſtatuit: „„ Confeſſario, qui cujuſcunque criminis, etiam minimi, ſocius, particepſve ullo modo fuit, munere interdictum ſit confeſſionis eorum audiendæ, quos illius ſocios habuerit. Idem de illis item abſolvendis ſancitum ſit. Si quam vero auctoritatem, juriſdictionemque habet, ea ne abutatur, illum privamus, quod ad hanc cauſam, culpamque attinet; nec vero Abſolutio, ſi quam impartierit, ullius roboris ſit, ſed irrita plane, ac reſciſſa, nullaque omnino, tanquam ab eo impartita, qui juriſdictionis, & facultatis expers eſt Et vero ſi quis Confeſſarius culpæ ſocius, particepſve aliquid contra auſus fuerit, excommunicationis ſententiam ſtatim ſubeat; cujus vinculo irretitus, ab alio Sacerdote niſi a nobis abſolvi non poſſit „„.

CAPUT VI.

„ omnis voluntas rationalis creaturæ ſubjectæ ſit vo-
„ luntati Dei. Hunc honorem debitum, qui Deo non
„ reddit, aufert Deo, quod ſuum eſt, & Deum ex-
„ honorat. Quamdiu autem non ſolvit, quod ra-
„ puit, manet in culpa; nec ſufficit ſolummodo red-
„ dere, quod ablatum eſt; ſed pro contumelia il-
„ lata plus debet reddere, quam abſtulit. Sicut enim,
„ qui lædit ſalutem alterius non ſufficit, ſi ſalutem
„ reſtituit; niſi pro illata doloris injuria recompenſet
„ aliquid; ita qui honorem alicujus violat, non ſuf-
„ ficit honorem reddere; ſi non ſecundum exhono-
„ rationis factam moleſtiam, aliquid, quod placeat
„ illi, quem exhonoravit, reſtituat. Hoc quoque
„ attendendum, quod cum aliquis, quod injuſte ab-
„ ſtulit, ſolvit, hoc debet dare, quod ab illo non
poſſet exigi, ſi alienum non rapuiſſet. „ Sic ergo
„ debet omnis, qui peccat, honorem, quem rapuit
„ Deo, ſolvere;.& hæc eſt Satisfactio, quam omnis
„ peccator debet Deo facere „. Alii ſic definierunt:
„ Satisfactio eſt injuriæ illatæ compenſatio ſecundum
„ juſtitiæ æqualitatem „. Alii accuratius: „„ Satis-
factio eſt voluntaria ſui ipſius punitio ad compen-
ſandam injuriam Deo per peccatum illatam, ipſum-
que placandum „ „.

Aliter definitur a *Gennadio* lib. *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, ſub nomine *S. Auguſt.* olim edito, cap. 54. „ Satisfactio eſt peccatorum cauſas excidere, &
„ eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere „. Et a *S. Iſidoro* lib. 6. *Originum* Tit. de Officiis. „ Sa-
„ tisfactio eſt cauſas peccatorum, & ſuggeſtiones
„ excludere, ac peccatum ultra non iterare „. Satis-
factio enim vero, quæ eſt actus juſtitiæ pœnam in-
ferentis, eſt *Medicina curans peccata præterita, & præ-
ſervans a futuris.* Primam rationem ſpectat *S. Anſelmi*, alteram *Gennadii* definitio. Cauſæ autem peccati actua-
lis ſunt duplices; ſcilicet *interiores*, ut „„ Libido
ex conſuetudine, vel actu peccati relicta; *& quæ di-
cuntur* reliquiæ peccati; *quædam exteriores, ut* oc-
caſiones ad peccandum, ſcilicet locus, mala ſocie-

tas, & hujuſmodi; & tales cauſæ in hac vita per Satisfactionem tolluntur; quamvis fomes, qui eſt cauſa remota peccati actualis, non tollatur totaliter in hac vita per Satisfactionem, etſi debilitetur „ „ „ (inquit *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, ſive Supplementi qu. 12. art. 3.) Sicut ergo præſervatio a morbo corporali fit per remotionem cauſarum, ex quibus morbus conſequi poteſt; ita & præſervatio a morbo ſpirituali. Sed tamen cum ex cauſis mox recenſitis peccatum neceſſario non ſequatur, quia *Liberum arbitrium non cogitur*; ideo *Gennadii*, & *S. Iſidori* definitio complectitur exciſionem cauſarum, ſive occaſionum peccati, & liberi arbitrii ſuggeſtiones propulſantis propoſitum.

Aliis denique: „ Satisfactio eſt purgatio, qua eluitur, quidquid ſordium propter peccati maculam in „ anima reſedit, atque a pœnis tempore definitis, „ quibus tenebamur, abſolvimur „; ut habet Conc. Trid. Catechiſmus p. 2. §. 90. Satisfactio quippe exhibetur, non ad culpam, vel pœnam æternam ex-

tur; (inquit Conc. Trid. Catechiſ.) atque huc *Davidis* verba videntur ſpectare, *Pſal.* 115. ubi poſtquam illud protuliſſet: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Nihil præter hanc Satisfactionem, quam calicis nomine expreſſit, dignum tot, tantiſque beneficiis invenire potuit; quare ſubjecit: *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Quem locum S. *Auguſt.* ſic explicat: „ „ Quæ præceſſerant hominis, ut omnium donorum Dei non attributio, ſed retributio vocari poſſit? Quæ præceſſerant hominis, niſi peccata? Retribuit ergo Deus bona pro malis; cui homines retribuunt mala pro bonis. Hæc enim retribuerunt, qui dixerunt: *Hic eſt hæres, venite, occidamus eum,* Matth. 21. Sed quærit iſte, quid retribuat Domino, & non invenit, niſi ex eis, quæ ipſe Dominus retribuit. *Calicem*, inquit, *ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* O homo, peccato tuo mendax, dono Dei verax, & ideo jam non homo, quis tibi dedit Calicem ſalutaris, quem accipiens, & invocans nomen Domini, retribues ei pro omnibus, quæ retribuit tibi? Quis niſi ille, qui ait: *Poteſtis bibere calicem,* Matth. 20. *quem ego bibiturus ſum?* Quis dedit tibi imitari paſſiones ſuas, niſi qui pro te paſſus eſt prior „ „?

Alterum Satisfactionis genus eſt illa, quæ Canonica appellatur, quod ſacris Canonibus præſcripta, & conſtituta ſit; & certo temporis ſpatio definita perficitur. Quare antiquiſſimo Eccleſiæ uſu receptum eſt, ut cum pœnitentes a peccatis ſolvuntur, pœna aliqua eis irrogetur, cujus pœnæ ſolutionem Satisfactionem vocamus.

Tertium Satisfactionis genus eſt pœna quælibet, non quidem a Sacerdote conſtituta, ſed ſponte ſuſcepta, & tolerata. Verum hæc ad pœnitentiam, ut Sacramentum eſt, minime pertinet.

„ „ Sacramentalis *itaque* Satisfactio eſt voluntaria pœnæ a Sacerdote in pœnitentiæ Tribunali impoſitæ perpeſſio, ad compenſandam injuriam Deo il-

latam, ipſumque placandum, cum firmo propoſito peccata impoſterum omni ſtudio vitandi „„

ARTICULUS II.

De Satisfactionis neceſſitate.

PROPOSITIO PRIMA.

Neceſſaria eſt Satisfactio pœnitentibus ad Deum placandum, & pœnam temporariam redimendam, cujus debitum poſt remiſſionem culpæ ſæpe manet.

Neceſſitas Satisfactionis.

Duo quippe ſunt, quæ peccatum conſequuntur, macula, & pœna, & quamvis ſemper culpa dimiſſa, ſimul etiam mortis æternæ ſupplicium apud inferos conſtitutum condonetur; tamen non ſemper contingit, ut Dominus pœnam temporariam, quæ peccatis debetur, remittat. Cujus rei perſpicua ſunt exempla in ſacris Litteris; ſed illud *Davidis* præ cæteris illuſtre, cui etſi Nathan Propheta dixerat 2. *Reg.* 12. *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*,

Cur autem pœna omnis pœnitentiæ Sacramento, æque ac Baptiſmo non condonetur, præclare ſacra Synodus Tridentina explicat his verbis: „„ Sane & divinæ juſtitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui ſemel a peccati, & dæmonis ſervitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templum Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis abſque ulla Satisfactione peccata dimittantur, ut, occaſione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii, & contumelioſi Spiritui ſancto, in graviora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ „„. Ex his colligitur, pœnitentem Deo ſatisfacere oportere, ut injuriam ipſi per peccatum illatam pro modulo ſuo compenſet, ipſum placare ſatagat, pœnamque temporariam, imo & æternam, quæ in temporariam Dei miſericordia commutata eſt, redimat. Hæc vero doctrina ſemper a Patribus in Eccleſia catholica tradita eſt.

Ita enim *Tertullianus*, lib. *de Pœnitentia*, cap. 8. & 9. „„ Confeſſionis ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ. Hujus igitur pœnitentiæ ſecundæ, & unius, quantum in arcto negotium eſt, tanti operoſior probatio eſt; ut non ſola conſcientia proferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur.. Satisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque Exomologeſis proſternendi, & humiliſicandi hominis diſciplina eſt, converſationem injungens miſericordiæ illicem, de ipſo quoque habitu, atque victu mandat, ſacco, & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animam mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, triſti tractatione mutare.. Plerumque vero jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire noctes, dieſque ad Dominum Deum ſuum, Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere. Hæc om-

omnia Exomologesis, ut pœnitentiam commendet; ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat... In quantum non peperceris tibi; in tantum tibi Deus, crede, parcet „„.

„„ *Et cap.* 11. Deliqui dicito in Deum, & periclitor in æternum perire; itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, ut Deum reconciliem mihi, quem delinquendo læsi. Sed enim illos, qui ambitus obeunt capessendi magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ, & corporis, nec incommodis tantum, verum & contumeliis eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? Quæ non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant? Ad omnem occursum majoris cujusque personæ decrescentes, nullis conviviis celebres, nullis comessationibus congreges, sed exules a libertatis, & lætitiæ felicitate; idque totum propter unius anni volaticum gaudium, Nos quod securium, virgarumve petitio sustinet, in periculo æternitatis tolerare dubitamus? Et castigationem victus, atque cultus offenso Domino præstare cessabimus, quæ gentiles nemine omnino læso sibi irrogant „„?

S. Cyprianus Tractatu de Lapsis: „„ Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens, & longa medicina non desit. Pœnitentia crimine minor non sit. Putasne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cujus templum sacrilega contagione violasti? Putas facile eum misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius, & rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes, ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo, adhærere cineri; in cilicio, & sordibus volutari; post indumentum Christi perditum, nullum hic jam velle vestitum; post diaboli cibum, malle jejunium; justis ope-

operibus incumbere, quibus peccata purgantur; eleemoſynis frequenter inſiſtere, quibus animæ a morte liberentur „ „.

S. Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus in *Paræneſi* ad *Pœnitentiam* verbis non minus luculentis Satisfactionis neceſſitatem adſtruit, cum pœnitentibus hæc verba ſuggerit, quibus reſpondeant eis, a quibus ad voluptates alliciuntur: „ „ Si quis ad balneum vocet, recuſare delicias; ſi quis ad convivium roget, dicere: Iſta felicibus, ego deliqui in Dominum, & periclitor in æternum perire. Quid mihi epulæ, qui Dominum læſi? Tenere præterea pauperum manus, viduas obſecrare, Presbyteris advolvi, exoratricem Eccleſiam deprecari, omnia prius tentare, ne pereas „ „.

S. Ambroſius lib. 2. *de Pœnitentia*, c. 10. „ „ Facilius inveni, qui innocentiam ſervaverint, quam qui congruam egerint pœnitentiam. An quiſquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignitatis, ubi vini effuſio, ubi ipſius copulæ conjugalis uſus? Renuntiandum ſæculo eſt, ſomno ipſi minus indulgendum, quam natura poſtulat, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, vivendum ita, ut vitali huic moriamur uſui, ſeipſum homo abneget, & totus immutetur „ „.

Et in Pſalm. 118. Ser. 8. illum Verſum explicans: *Miſerere mei ſecundum eloquium tuum*, ait; „ „ In ipſa Eccleſia, ubi maxime miſereri decet, teneri quam maxime debet forma juſtitiæ; ne quis a Communionis conſortio abſtentus, brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus Communionem, quam plurimis debet poſtulare temporibus, facilitate Sacerdotibus extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari? Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi „ „.

S. Auguſt. Ser. 20. alias 3. ex editis a Sirmondo: „ „ Impunitum (*inquit*) non poteſt eſſe peccatum; im-

impunitum esse non decet, non oportet, non est justum. Ergo quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur a te, ne puniaris pro illo. Peccatum tuum judicem te habeat, non patronum. In tribunal mentis tuæ ascende contra te, & reum constitue te ante te. Noli ponere te post te, ne Deus ponat te ante se. Ideo dicit in eodem Psalmo, unde facillimam
Psalm. 50. impetret veniam: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum ante me est semper.* Tanquam dicens: Quoniam ante me est; ne sit ante te; & quia ego agnosco, tu ignosce. Ergo peccatum aut a te punitur, aut a Deo, sed a te sine te, a Deo tecum. Te ergo habeat punitorem; ut tu Deum habeas defensorem „ „.

Cap. 4. Et serm. 351. alias 50. inter Homil. 50. ubi opera carnis recensuit, *quæ qui agunt, Regnum Dei non possidebunt*, ut ait Apostolus ad *Gal.* 5. subdit. „ „ Judicet ergo seipsum homo in istis voluntate, dum potest, & mores convertat in melius: ne cum jam non poterit, etiam præter voluntatem a Domino judicetur Et cum ipse in se protulerit severissimæ medicinæ, sed tamen medicinæ sententiam, veniat ad Antistites, per quos illi in Ecclesia claves ministrantur, & tanquam bonus jam incipiens esse filius maternorum membrorum ordine custodito, a Præpositis Sacramentorum accipiat Satisfactionis suæ modum, ut in offerendo Sacrificio cordis contribulati devotus, & supplex, id tamen agat, quod non solum ipsi profit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum. Ut si peccatum ejus, non solum in gravi ejus malo, sed etiam in tanto scandalo, aliorum est, atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ videtur Antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lethali, & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem.

Cap. 5. *Et infra*: Non sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere; nisi etiam de his, quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem,

per

per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis „ „.

S. Innocentius I. Pontifex maximus Epiſt. 1. „ „ Cæterum (*inquit*) de pondere æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt judicare, ut attendat ad Confeſſionem Pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis; ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam Satisfactionem „ „.

S. Cæſarius, Hom. 8. ubi peccatorum venialium & mortalium diſcrimen expoſuit, explicat, quæ Satisfactio pro venialibus, quæ pro lethalibus Deo ſit exhibenda. „ „ Quoties (*inquit*) infirmos viſitamus, in carcere poſitos requirimus, diſcordes ad concordiam revocamus, indicto in Eccleſia jejunio jejunamus, hoſpitibus pedes abluimus, ad vigilias frequentius convenimus, eleemoſynam ante oſtium prætereuntibus pauperibus damus; inimicis noſtris, quoties petierint, indulgemus: iſtis operibus, & his ſimilibus minuta peccata quotidie redimuntur. Pro capitalibus vero criminibus non hoc ſolum ſufficit, ſed addendæ ſunt lacrymæ, & rugitus, & gemitus, continuata, & longo tempore procraſtinata jejunia, largiores eleemoſynæ etiam pluſquam nos ipſi valere poſſumus, erogandæ; ultro nos ipſos a communione Eccleſiæ removentes, in luctu, & triſtitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam etiam publice agentes „ „.

Et Hom. 1. „ „ Mortificatione præſenti (*inquit*) futuræ mortis ſententia prævenitur; & dum culpæ auctor humiliatur, culpa conſumitur, dumque exterior afflictio voluntariæ diſtrictionis infertur, tremendi Judicis offenſa ſedatur, & ingentia debita labor ſolvit exiguus, quæ vix conſumpturus erat ardor æternus. Tractantes ergo cauſam ſalutis noſtræ, faciamus intra nos, quod circa nos medici facere ſolent. Si læſura aliqua, vel querela in prima corporis cute ſentitur, curatio medicamenti blandioris apponitur: ſi vero in oſſibus vulnus abſconditum, aut in viſcerum profunda demerſum eſt auſteriorem, ac violentiorem poſcit vis occulta medicinam. Similis ratio in ægri-

tudi-

tudine interioris hominis adhibenda eſt. Si levia ſunt fortaſſe delicta, verbi gratia: ſi homo, vel in ſermone, vel in aliqua reprehenſibili voluntate, ſi oculo peccavit, aut corde; verborum, & cogitationum maculæ quotidiana oratione curandæ, & privata compunctione tergendæ ſunt. Si vero quiſque conſcientiam ſuam interrogans, facinus aliquod capitale commiſit, aut fidem ſuam falſo teſtimonio expugnavit, ac prodidit, aut ſacrum Veritatis nomen perjurii temeritate violavit; ſi veram Baptiſmi tunicam, & pretioſam virginitatis holoſericam cœno immaculati pudoris infecit: ſi in ſemetipſo novum hominem nece hominis occidit: ſi per augures, & Divinos, atque incantatores captivum ſe diabolo tradidit: hæc & ejuſmodi commiſſa expiari penitus communi, & mediocri, vel ſecreta Satisfactione non poſſunt; ſed graves cauſæ graviores, & acriores publicas curas requirunt; ut qui cum plurimorum deſtructione ſe perdidit, ſimili modo cum plurimorum ædificatione ſe redimat „ „.

[redacted]

Canonicam impoſitam fuiſſe, quam ſecreto quoque peragerent, ab Euchariſtiæ communione ſeparatæ certo, ac definito tempore, Ep. 3. ad *Amphilochium*, Can. 39. teſtatur.

Alterum petitur ex *S. Leone*, Ep. ad *Ruſticum*, Narbonenſem Epiſc. aſſerente, alienum eſſe a conſuetudine Eccleſiaſtica, ut Presbyteri, & diaconi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi. „ Unde (*inquit*) hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei privata eſt expetenda feceſſio, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa „. Quod & *Juliani Pomerii* teſtimonio lib. 2. *de Vita contemplativa*, c. 7. & Ilerdenſis Conc. can. 1. & can. *Presbyter*, apud *Gratian.* diſt. 82. confirmatur.

Sed & Traditionis fonti propinquior *S. Cyprianus*, lib. *de Lapſis*, diſerte aſſerit, pœnitentiæ operibus non Eccleſiæ ſolum, ſed Deo ſatisfieri; ejuſque iram placari. „ Poteſt ille (*inquit*) indulgentiam dare, ſententiam ſuam poteſt ille deflectere. Pœnitenti, operanti, roganti poteſt clementer ignoſcere, poteſt in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes; vel ſi quis plus eum ſuis ſatisfactionibus moverit, ſi ejus iram, ſi indignantis offenſam juſta deprecatione placaverit, dat ille & arma rurſum, quibus victus armetur, reparat, & corroborat vires, quibus fides inſtaurata vegetetur „.

PROPOSITIO II.

Satisfactionis neceſſitas Dei præcepto peccatoribus impoſita eſt.

Id probat *S. Joannis* ſententia, Lucæ 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Quid enim aliud ſibi volunt digni fructus pœnitentiæ, quam ſatisfactionem per opera juſtitiæ? „ Pœnitentiam dico (*inquit* S. Joan. Chryſoſtomus. *Hom.* 10. *in Matthæum*) non ſolum ut a malis prioribus deſiſtamus, verum etiam ut bo-

bonorum operum fructibus impleamur. *Facite* inquit, *fructus dignos pœnitentiæ.* Quo autem modo fructificare poterimus? Si utique peccatis adverſa faciamus. Aliena rapuiſti? Incipe donare jam propria. Longo es tempore fornicatus? A legitimo quoque uſu ſuſpende conjugii, ac perpetuam continentiam ſæpius paucorum dierum caſtitate meditare. Injuriam vel opere cuiquam, vel ſermone feciſti? Refer benedictionis verba convitiis, & percutientes te nunc officiis, nunc etiam beneficiis placare contende. Neque enim vulnerato ſufficit ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore evellere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus. Deliciis ante, & temulentia diffluebas? Jejunio, & aquæ potu utrumque compenſa, ut famem ſuperes imminentem. Vidiſti impudicis alienum decorem oculis? Fœminam jam omnino non videas, majore tactus cautione poſt vulnera „„.

Eamdem *S. Joannis* ſententiam expendens, *S. Gregorius*, Hom. 20. in Evangelia, ait: „„ Sciendum eſt, quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic juro

Signum ergo veræ converſionis non eſt in oris confeſſione, ſed in afflictione pœnitentiæ. Tunc namque bene converſum peccatorem cernimus, cum digna afflictionis auſteritate delere nititur, quod loquendo confitetur. Unde Joan. Baptiſta male converſos Judæos ad ſe confluentes increpans, ait: *Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.* In fructu ergo, non in foliis, aut ramis pœnitentia cognoſcenda eſt. Quaſi arbor quippe bona voluntas eſt. Confeſſionis ergo verba, quid ſunt aliud niſi folia? Non ergo nobis folia propter ſeipſa, ſed propter fructum expetenda ſunt; quia idcirco omnis Confeſſio peccatorum expetitur, ut fructus pœnitentiæ ſubſequatur. Unde & Dominus arborem foliis decoram, fructu ſterilem maledixit, quia Confeſſionis ornatum non recipit ſine fructu afflictionis „„.

His etiam *Joelis* Prophetæ, & *S. Pauli* verbis Satisfactionis præceptum expreſſum eſt, quibus peccatores ad pœnitentiam adhortantur. Joel. 2. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & fletu, & planctu.* 2. Cor. 7. *Hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari vos, quantum in vobis operatur ſolicitudinem; ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed vindictam.* Et ad Rom. 6. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita & nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.* Hunc verborum illorum ſenſum eſſe, conſtat ex *S. Baſilio*, verſum illum Pſ. 32. *in Pſalterio decachordo, pſallite illi*, explicante: „„ Quoniam (*inquit*) in corpore peccavimus, quando membra noſtra ſerva peccati ad iniquitatem præbuimus, corpore item confiteamur, eodem in peccati diſſolutionem uſi inſtrumento. Maledixiſti? Benedicas. Circumveniſti proximum in negotio? Redde. In ebrietatem incidiſti? Jejuna. Arroganter, & ſuperbe egiſti? Humiliare. Invidiſti? Conſolare. Occidiſti? Martyrium ſubito, aut certe, quod Martyrio æquivalere queat, per exomologeſim proprium corpus af-

ſlige. Tunc demum poſt Confeſſionem dignus fueris, qui Deo pſallas in decachordo Pſalterio „ „. *Et Homil. contra Ebrioſos*: „ „ Medicina (*inquit*) magna delicta ſanet. Jejunium ebrietatem curet, Pſalmus turpes cantus, lacrymæ riſum. Pro ſaltatione genu Deo flectatur, pro manuum plauſu pectus pulſetur. Pro veſtium ſumptu, atque ornatu ſuccedat humilitas. In omnibus vero eleemoſyna peccata diProv. 13. luat. *Redemptio animæ viri divitiæ ipſius* „ „. Quid autem eſt aliud ſatisfacere Deo; quam quod his verbis exprimitur? *Hinc S. Auguſtinus*, Epiſt. 153. alias 54. „ „ Nihil aliud agit, (*inquit*) quem veraciter pœnitet, niſi ut id, quod mali fecerit, impunitum eſſe non ſinat. Eo quippe modo ſibi non parcenti ille parcit, cujus altum, juſtumque judicium nullus contemptor evadit „ „.

PROPOSITIO III.

Ut Satisfactio in Sacramento pœnitentiæ a Sacerdotibus imponatur, non humana poteſtate uſurpatum, ſed divi-

gratulando impletur effectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum fuiſſe donatum „ „.

Objicitur, Deum *Ezech.* 18. conteſtari: *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis* &c. *omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor.* At recordaretur iniquitatum, quas pœnitentibus condonavit, ſi poſt illarum remiſſionem pœnam aliquam, ſive ſatisfactionem exigeret.

Objectiones contra Satisfactionis neceſſitatem ſolvuntur.

Reſpondetur: Non recordari Deum iniquitatum, quas vere pœnitentibus dimiſit, ita ut propter illas hominem odio habeat, ipſique pœnas æternas infligat, quæ cum amicitia Dei cohærere non poſſunt; ipſarum vero ita memorem eſſe, ut pœnas exigat temporarias, atque ſatisfactiones, non tam ſervitate Judicis, quam miſericordia Patris, qui a peccatorum reliquiis filios his ſatisfactionibus expiat; & tanquam medicinis ſaluberrimis adverſus futuras peccatorum ægritudines præmunit, ac præterea Filii ſui paſſionis, & mortis pœnis illos conformes facit. Eodem certe ſenſu intelligi debent hæc verba Dei apud Ezechielem: *Omnium iniquitatum ejus non recordabor*, quo iſta, quæ ibidem leguntur de Juſtis in lethale peccatum prolapſis, & a juſtitia ſua averſis: *Omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur.* Porro & Patres docent, & experientia ſuadet, Deum non ita oblivioni tradere bona juſtorum opera, cum a gratiæ ſtatu deficiunt, quin ob illa præmiis ipſos temporalibus donet. Non ſic igitur oblivioni tradit impiorum crimina, cum pœnitentiam agunt, quin ob ipſa pœnis temporalibus obnoxios ipſos eſſe velit, vel in hoc ſæculo ſatisfactione, vel in purgatorio ſatisfactione luendis.

Objicitur ſecundo: Ficta, & fraudulenta eſſet hominis cum inimico ſuo reconciliatio, ſi poſt injuriæ condonationem, & ſponſionem amicitiæ, aliquod damnum, aut malum ipſum pati vellet. Qua igitur ratione Deus a pœnitentibus pœnas exigit, ſi vere ipſis peccata dimiſit, illoſque in ſuam recipit amicitiam?

Reſpondetur; & in hominum reconciliatione non alia lege amicitiam reintegrari, niſi ut violatus reparetur honor, ut injuria illata convenienti modo compenſetur, ut pro damnis illatis congrua ſatisfactio fiat. Qui læſo ſatisfacere nolit amico, amicitia indignum cenſeri. Sed magnum præterea diſcrimen eſt inter hominis reconciliationem cum inimico, & Dei cum pœnitente. Illa enim externis tantum ſignis innoteſcere poteſt, ac probari; proindeque merito veniret in ſuſpicionem fraudis, ſi grave aliquod malum inferret inimico, qui cum eo in gratiam rediiſſet. Præterea, malum illud, quo afficeretur inimicus ad prioris expiationem injuriæ, aut confirmationem amicitiæ nihil conferret. Dei vero cum pœnitente reconciliatio interior eſt, & externa pœnæ prorſus omnis remiſſione non indiget, ut probetur. Ac præterea pœnæ, quas hic a ſe peccator pœnitens repetit ex mandato Sacerdotum, vel ſponte aſſumit, aut patitur; plurimum valent ad relarciendum honorem Deo ablatum, & violata divinæ juſtitiæ pariter, & miſeri-

Objicitur tertio; poſt remiſſionem peccatorum in Baptiſmo nulli pœnæ obnoxii manent baptizati, quia Baptiſmus omnia peccata delet, ac remittit; igitur nullius etiam pœnæ manent debitores, quibus peccata omnia per pœnitentiam dimiſſa ſunt.

Reſpondetur, id minime ſequi, magnumque diſcrimen Baptiſmum inter, & pœnitentiam in hoc etiam intercedere. Baptiſmus enim regenerationis, & innovationis Sacramentum eſt, quod ideo culpam pariter, & pœnæ debitum omne abolet, & expungit; pœnitentia vero Sacramentum eſt ſanationis, in quo majores ex parte hominis pœnitentis diſpoſitiones poſtulantur; quia gravius peccatum eſt, quod poſt Baptiſmum perpetratur, illo, quod ante Baptiſmum committitur; ac propterea majores ad Deum placandum labores ſubeundi ſunt: „ „ Nam lavari quidem cito poſſumus (*inquit* S. Bernardus *Serm. in Cœna Domini*) ad ſanandum vero opus eſt curatione multa „ „. Et, ut docet ſacra Synodus Tridentina ſeſſ. 14. c. 2. „ „ Alius eſt Baptiſmi, & alius pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum induentes, nova prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes; ad quam tamen novitatem, & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus, divina id exigente juſtitia, pervenire nequaquam poſſumus; ut merito pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus dictus fuerit „ „.

Objicitur quarto; Chriſtus *Lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo; & Propitiatio eſt pro peccatis noſtris*: ejuſque Satisfactio pro delictis noſtris, & non ſolum pro noſtris, ſed & totius mundi, non modo ſufficiens eſt, ſed ſuperabundans; quamobrem ejus Paſſioni, & morti infertur injuria, ſi præter illius ſatisfactionem humanæ etiam ſatisfactiones ad Deum placandum neceſſariæ aſſerantur. Unde *S. Ambroſ.* nullam *S. Petrum* pro negatione Chriſti, quod graviſſimum certe crimen fuit, obtuliſſe Deo Apoc. 1. 1. Joan. 2.

ſatisfactionem, affirmare non dubitat lib. 10. in Lucam : *Lacrymas Petri lego* (inquit) *ſatisfactionem non lego.*

Chriſti Satisfactioni non derogat pœnitentialis Satisfactionis neceſſitas.

Reſpondetur ; Chriſti ſatisfactionem ſufficientiſſimam eſſe pro noſtris, & totius mundi peccatis, in modum cauſæ, & remedii univerſalis, quod nihilominus tum per Sacramenta, tum per ſatisfactiones noſtras nobis applicari debeat, ut efficaciter in nobis operetur. Unde ſicut nulla ſit injuria dolori, quo Chriſtus pro peccatis noſtris afflictus eſt, & lacrymis, quas pro illorum remiſſione fudit, tametſi contritio, & lacrymæ pœnitentium ad expianda delicta neceſſariæ aſſerantur ; nec ulla ſit injuria orationibus Chriſti, licet orationibus noſtris ſit opus ad remiſſionem peccatorum, divinaque beneficia impetranda ; ita nulla ſit injuria ſatisfactioni Chriſti, etſi ſatisfactio noſtra neceſſaria ſit divino jure ad Deum placandum. Et quemadmodum in obſervatione mandatorum Dei ſemper conjungenda ſunt gratia, & liberum hominis arbitrium ; ita in remiſſione pec-

quam pro peccatis noſtris exſolvimus, ut non ſit per Chriſtum Jeſum; nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus; ita non habet homo, unde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo vivimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur a Patre „„. Satisfactio igitur noſtra Paſſionem Chriſti non obſcurat, ſed illuſtrat. „„ Eo enim copioſior Chriſti gratia videtur eſſe, quod non ſolum ea nobiſcum communicantur, quæ ipſe ſolus; ſed illa etiam quæ tanquam caput in membra ſuis Sanctis, & juſtis hominibus promeruit, ac perſolvit; qua ratione fieri perſpicuum eſt, ut juſtæ, & honeſtæ piorum actiones tantum ponderis, & dignitatis habeant „„; (inquit Conc. Catechiſmus.)

Cum porro *S. Ambroſius* aſſerit, ſe *Petri* ſatisfactionem non legere, nomen ſatisfactionis non uſurpat eo ſenſu, quo de illa agimus, prout pœnitentiæ pars eſt; ſed populari ſignificatione, pro excuſatione, quæ verbis fieri ſolet. Nam ſatisfacere alicui vulgo dicitur, qui apud illum verbis ſe excuſat. *Ambroſius* itaque *S. Petrum* laudat, quod ingenue confeſſus fuerit peccatum, non excuſaverit, ac defenderit. Sed ſatisfactionem proprie dictam in *S. Petri* pœnitentia non negat. „„ Nos (*inquit*) excuſamus, ipſe non excuſavit. Maluit enim ipſe ſuum accuſare peccatum, ut potius juſtificaretur fatendo, quam gravaretur negando; *Juſtus enim in principio accuſator eſt ſui*; & ideo flevit... Petrus doluit, & flevit; quia erravit, ut homo. Non invenio, quid dixerit, invenio, quod fleverit; lacrymas ejus lego, ſatisfactionem non lego; & quod defendi non poteſt, ablui poteſt „„. Cæterum lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 5. peccatorum reliquias non dilui, nec pœnas condonari docet, niſi ſatisfactione, quæ fit Deo per opera juſtitiæ. „„ Utrumque (*inquit*) beatum dixit Da- Prov. 18.

ſpondet id minime ſequi. Nec enim medicus, cum curat, aſſidue vulnerari docet; nec qui ab incendio liberat, incendium monſtrat; nec qui naufragum e ſcopulis eripit, in ſaxa compellit. „ „ Aliud eſt de periculo liberari, aliud ad periculum cogi. Et fortaſſe (*inquit*) paterer hoc credi, ſi pœnitentia deliciæ putarentur, cui labor tantus imponitur, cui carnis interitus imperatur, cui juges lacrymæ, cui gemitus ſempiterni. Volet ergo ille ſanatus iterum ſe ſecari, rurſus exuri? Volet peccare iterum, & iterum pœnitere, cum ſcriptum ſit: *Noli adjicere peccatum, ne quid tibi deterius contingat* „ „? Eccl. 5.

Et antiquior S. Paciano *Tertullianus*, lib. *de Pœnitentia*, cap. 7. „ „ Abſit (*inquit*) ut aliquis ita interpretetur, quaſi via ſibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad pœnitendum, & redundantia clementiæ cœleſtis libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt, toties delinquendo quoties ignoſcitur... Plerique naufragio liberati, exinde repudium & navi,

quam doloris. Cor enim contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorum notitiam per verba, aut quæcunque ſigna procedit; cum ſit coram illo, cui dicitur: *Gemitus meus a te non eſt abſconditus*; recte conſtituuntur ab iis, qui Eccleſiis præſunt, tempora pœnitentiæ, ut fiat ſatis etiam Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata; extra eam quippe non remittuntur „ „. Pſalm. 37.

IV. „ Præterea (inquit Conc. Tridentini Cate- „ chiſmus) pœnitentiæ noſtræ exempla alios docent, „ quo modo ipſi vitam inſtituere, & pietatem ſequi „ debeant; cum enim pœnas nobis pro peccatis ir- „ rogatas cæteri homines intuentur, ſummam cau- „ tionem ſibi in omni vita adhibendam, & mores „ priſtinos corrigendos intelligunt. Quare ſapientiſ- „ ſime illud ab Eccleſia obſervatum eſt, ut cum ab „ aliquo publice flagitium commiſſum eſſet, publica „ etiam pœnitentia ei indiceretur, ut cæteri timore „ perterriti deinceps peccata diligentius vitarent. Quod etiam in occultis criminibus, quæ graviora eſſent, interdum fieri ſolitum erat, ut colligitur ex antiquis Canonibus, qui graviorum criminum reis pœnitentiam publicam imponunt, nec diſtinguunt uſpiam inter crimina publica, & occulta; item ex *S. Ambroſio*, lib. 1. *de Pœnitentia*, cap. 16. & *S. Auguſtino*, Ser. 351. alias 50. inter Homilias quinquaginta, cap. 4. Sed (ut diximus) id in more Eccleſiæ fuit, ut qui ea commiſerant, antequam publicam pœnitentiam ſuſcepiſſent, non abſolverentur, niſi vita eorum interim explorata, & diſcuſſa, ut certum eſſet, an peccata ex animo deteſtarentur, an vitam veterem odiſſent, novamque agere cœpiſſent; & ne in ipſo pœnitentiæ decurſu facerent, quod poſtea pœnitentia indigeret, ut loquitur *S. Ambr.* Satisfactiones ad aliorum exemplum etiam impoſitæ.

V. Quarto, hujuſmodi perpeſſione pœnarum conſequimur, ut capitis noſtri Jeſu Chriſti ſimilitudinem, & imaginem geramus. Nam, teſte Apoſtolo, ſumus *Cohæredes Chriſti; ſi tamen compatimur, ut & conglori-* Pœnis ſatisfactoriis pœnitentes Chriſto conformantur.

Rom 8 17. 2. Tim. 2. 11. *rificemur.* Et, *Si commortui ſumus, & convivemus; ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Exemplum dedit nobis, ut ſequamur veſtigia ejus; ut ſicut ipſe tulit crucem ſuam, carnem noſtram indutus, verum ab omni prorſus peccato immunis; ita & nos peccatis contaminati, tollamus & ipſi crucem noſtram. Matt. 16. 24. Hoc eſt, quod nos admonet, dicens: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Hinc *S. Leo*, Serm. 14. *de Paſſione Domini*, ait oportere, *ut corpus regenerati fiat caro Crucifixi*,

VI. Ad purgandas quoque peccatorum reliquias, & vitioſos habitus eradicandos pœnæ ſatisfactoriæ plurimum proſunt. Non ſatis eſt (inquit *S. Joan. Chryſoſtomus*) ſagittam e corpore extrahi, ſed plaga quoque a ſagitta inflicta curanda eſt; ſic etiam in anima poſt acceptam peccati veniam pœnitentia curanda eſt plaga relicta. Hinc David poſt remiſſionem peccati orabat: *Amplius lava me ab injuſtitia mea, & a delicto meo munda me.* Quæ verba *S. Chryſoſto-*

mus magna fortitudine. Vide enim oro quemdam, qui contumelia affecit, & non ſupplicio affectum; non propter hoc ſolum debet lacrymari, quia non contumelia dat pœnam; ſed etiam propter aliam cauſam, ut lugeat dignum. Et qualis hæc? Quia impudentior facta eſt anima. Nam unumquodque peccatum, ubi patratum fuerit, & ad finem pervenerit, relinquit in anima venenum; non audis quoſdam dicentes, quando a morbo confirmati fuerint: Non auſim aquam bibere? quamvis ſanus ſit, ſed ita morbus læſit „ „.

De his etiam reliquiis antiquior *Origenes* Hom. 8. in *Leviticum* ita ſcribit: „ „ In vulneribus corporum, poſtquam curata fuerint, remanet interdum ipſius vulneris ſignum, quod cicatrix appellatur. Vix enim eſt, qui ita curetur, ut nullum ſuſcepti vulneris reſidere videatur indicium. Tranſi nunc ab iſta legis umbra ad veritatem ejus, & intuere, quomodo anima, quæ peccati vulnus acceperit, etiamſi curetur, tamen habet peccati cicatricem in loco vulneris reſidentem. Quæ cicatrix non ſolum a Deo videtur, ſed & ab eis, qui acceperunt ab eo gratiam, qua pervidere poſſint animæ languores, & diſcernere, quæ ſit anima ita curata, ut omni genere veſtigium illati vulneris abjecerit; & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc veteris morbi in ipſo veſtigio cicatricis indicia „ „.

VII. Denique pœnitentiæ pœna a nobis ſuſcepta Dei animadverſionem, ſuppliciaque in nos conſtituta antevertit. Sic Acab 3. *Reg.* c. 21. Manaſſes 2. *Paralip.* c. 23. Ninivitæ *Jonæ* 2. pœnitentiæ operibus imminentem ſibi a Domino pœnam depulerunt. Id confirmat Apoſt. 1. ad Cor. 11. 31. 32. *Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Omnia ergo præterita converſis dimittuntur (inquit S. Auguſtinus.) „ „ Cæterum hujus vitæ ſunt quædam gravia & mortifera, quæ niſi per vehementiſſimam moleſtiam humiliatio-

Pœnæ ſatisfactoriæ Dei animadverſionem antevertunt.

nis

nis cordis, & contritionis ſpiritus, & tribulationis pœnitentiæ non relaxantur. Hæc dimittuntur per claves Eccleſiæ. Si enim tu te cœperis judicare, ſi tibi cœperis diſplicere, Deus veniet, ut miſereatur. Si tu te punire volueris, parcet ille. Qui autem agit bene pœnitentiam, ſuus ipſe punitor eſt. Sit oportet ipſe ſeverus in ſe, ut in eum ſit miſericors Deus; Pſalm. 50. quomodo dicit David: *Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Sed quo merito? ait in ipſo Pſalmo: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum ante me eſt ſemper.* Si ergo tu agnoſcis, ille ignoſcit „ „. Hæc ille Serm. 277. alias *de Diverſis*, 34.

S. Auguſtino concinit *S. Bernardus*, Serm. 55. in Cantica. „ „ Verendum valde (*inquit*) cum ad hoc ventum fuerit, ne ſub tam ſubtili examine multæ noſtræ juſtitiæ (ut putantur) peccata appareant. Unum 2. Cor. 11. eſt tamen, *Si noſmetipſos dijudicaverimus, non utique judicabimur.* Bonum judicium, quod me illi diſtricto, divinoque judicio ſubducit, & abſcondit. Prorſus horreo incidere in manus Dei viventis: volo multi

ARTICULUS IV.

De his, quæ ad veram Satisfactionem requiruntur.

PROPOSITIO PRIMA.

Neceſſe eſt, ut is, qui ſatisfacit, juſtus ſit, ac Dei amicus.

Ita docet Conc Tridentini Catechiſmus p. 2. §. 103. idque ex eo probat, quod opera, quæ ſine fide, & charitate fiunt, nullo modo Deo grata eſſe poſſint. Id confirmat *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, ſive Supplementi qu. 14. art. 2. „ Oportet (*inquit*) quod opera ſatisfactoria ſint Deo accepta; quod dat eis charitas; & ideo ſine charitate opera facta non ſunt ſatisfactoria „. Conditiones Satisfactionis.

Præterea, *Univerſa delicta operit charitas*, ut dicitur *Prov.* 10. Cum igitur ſatisfactionis virtus ſit abolere delicta, nullius virtutis eſt abſque charitate.

Tertio, inter opera ſatisfactoria præcipuum eſt eleemoſyna; hæc autem ſine charitate nihil prodeſt, Apoſtolo dicente 1. ad Cor. 13. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas... Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

Quæ tamen ſacræ Scripturæ ſententia, & *S. Thomæ* aſſertio, non ſunt intelligendæ de ſola charitate, quæ diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, propria eſt juſtorum, in iiſque habitu permanet; ſed etiam de illo affectu, quo Deus ita ſincere diligitur, ut aliis omnibus præponatur; qualis dominatur in vere pœnitentium animis; nam alioqui non recte diceretur: *Nihil mihi prodeſt;* cum pœnitentium oratio, gemitus, jejunia, eleemoſynæ multum eis proſint, etiam ſi nondum ſint juſtificati; proſint (inquam) ut congruæ diſpoſitiones ad gratiam ſanctificantem, qua filii Dei nominamur, & ſumus. Unde ſatisfactio ſecundum veteris Eccleſiæ diſciplinam Abſolutioni præmittebatur; quem uſum non inſtituiſſet Eccleſia, ſi ſatisfactiones pœnitentibus nondum cum Deo penitus reconciliatis inutiles

fuiſſent. Cum ergo Tridentini Conc. Catechiſmus aſſerit: „ Neceſſe eſſe, ut is, qui Deo ſatisfacit, ju„ ſtus ſit, & Dei amicus „, loquitur de juſtitia inchoata, & de amore actuali, quo quis gratia Spiritus ſancti, *Nondum quidem inhabitantis, ſed moventis* adjutus, ad Deum animo pœnitente convertitur, eum amore dominante diligit, ejuſque amicitiam pia ſolicitudine quærit.

Id clarius ut explicent Theologi, obſervant, eſſe in peccato variis modis intelligi; vel actu, cum peccatum committitur; vel affectu, cum peccatum voluntati placet, etiamſi actu tranſierit; vel reatu, & macula, dum voluntas quidem odio ſincero adverſus peccatum movetur, illudque pœnitens animus deteſtatur, nondum tamen abolita macula eſt, nondum ſolutus damnationis æternæ reatus. Hominem igitur in actu, vel affectu lethalis alicujus peccati perſeverantem, Deo ſatisfacere nullatenus poſſe aſſerunt. Quam doctrinam ex ſacris Litteris, & Patribus hauſere. Eo enim pertinet illud Prov. 28. *Qui*

ferando deleat jam facta peccata, ſi non Satisfactio congrua negligatur „ „. Fruſtra ergo ſibi blandiri ſceleratos, & inter ipſa flagitia ſua eleemoſynas frequentantes, quod Dominus dixerit: *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Qui enim vult ordinate dare eleemoſynam, a ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primum dare. Eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ; veriſſimeque dictum eſt: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Non autem miſerentur animæ ſuæ, qui eleemoſynis „ „ Impunitatem ſe emere exiſtimant in facinorum immunitate, ac flagitiorum nequitia permanendi; non ſolum enim hæc faciunt, ſed ita diligunt, ut in iis ſemper optent, tantum ſi poſſint impune verſari. *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam*: & qui odit animam ſuam, non eſt in eam miſericors, ſed crudelis „ „.

Luc. 11. 41

Eccl. 30. 24.

Pſ. 10.

Idem confirmat rurſus *S. Th.* in 4. *Sentent.* ſive Supplementi q. 14. art. 1. „ „ Cum (*inquit*) per Satisfactionem tolli debeat offenſa præcedens, oportet, quod talis ſit modus Satisfactionis, qui competat ad tollendam offenſam; offenſæ autem ablatio eſt amicitiæ reſtitutio. Et ideo ſi aliquid ſit, quod amicitiæ reſtitutionem impediat, etiam apud homines Satisfactio eſſe non poteſt. Cum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediat, quæ eſt hominis ad Deum; impoſſibile eſt, ut homo de uno peccato ſatisfaciat, alio retento; ſicut nec homini ſatisfaceret, qui pro alapa ei data ſe ei proſterneret, & aliam ſimilem daret „ „.

Ex his compertum eſt, opera ſatisfactoria *extra charitatem*, ſive *ſine charitate* facta nullius eſſe momenti ad placandum Deum, & ad remiſſionem pœnæ peccato debitæ promerendam; quia Deo grata, & accepta non ſunt, quamdiu homo permanet in affectu peccati. Verum cum affectum peccati penitus depoſuit, cum ab amore creaturæ, cujus in fruitione ſibi finem ultimum conſtituerat, voluntatem ſuam expedivit, & ad Deum amore pœnitente, & pravis cupiditatibus dominante converſus eſt, opera ejus Deo grata ſunt, & probata, quamvis homo ipſe pœ-

nitens nondum forte ſit plene Deo gratus, utpote nondum cum ipſo reconciliatus, ſed peccati macula adhuc inquinatus, & damnationis æternæ reatu obſtrictus. Unde Satisfactionem illam, ut Deus acceptam, ratamque habeat, illiuſque intuitu pœnam temporalem peccato debitam minuat, vel condonet, ſtatim atque peccator juſtificatus fuerit, divinam bonitatem maxime decet; quamvis id non ſit debitum pœnitenti adhuc in ſtatu, quamvis non amplius in affectu peccati perſeveranti, ſed de ſua cum Deo reconciliatione ſolicito, *Pœnitenti*, *operanti*, *roganti*, ut ſibi Deus ignoſcat. Hinc *S. Thomas* art. 3. ejuſdem Quæſtionis in reſponſione ad primum, ait: Satisfactionis, & bonæ converſationis fructus homini computari „ „ A tempore, quo peccare ceſſavit (*id eſt, affectum peccati depoſuit;*) vel intelligitur, quando ſtatim poſt peccatum contritus fuit, & fecit multa bona, antequam confiteretur. Vel dicendum, quod quanto eſt major contritio, tanto magis diminuit de pœna; & quanto aliquis plura bo-

Supplementi q. 15. art. 1. Satisfactio, inquit, reſpicit & præteritam offenſam, ut compenſetur, & futuram culpam, ut caveatur. Utroque autem nomine fieri debet per opera, quæ natura ſua dolorem, & moleſtiam homini afferant. Juſtum quippe eſt, ut qui plus ſibi tribuit auferendo aliquid alteri, eidem aliquid reddat ſubtrahendo ſibi. „„ Quamvis autem Deo, quantum eſt ex ejus parte, nihil ſubtrahi poſſit; tamen peccator, quantum in ipſo eſt, aliquid ei ſubtraxit peccando. Unde oportet ad hoc, quod recompenſatio fiat, quod aliquid ſubtrahatur a peccante per Satisfactionem, quod in honorem Dei cedat. Opus autem bonum ex hoc, quod eſt hujuſmodi, non ſubtrahit aliquid ab operante, ſed magis perficit ipſum. Unde ſubtractio non poteſt fieri per opus bonum, niſi pœnale ſit; & ideo ad hoc, quod aliquod opus ſit ſatisfactorium, oportet, quod ſit bonum, ut in honorem Dei ſit; & pœnale, ut per hoc aliquid peccatori ſubtrahatur. Similiter etiam pœna a culpa futura præſervat, quia non facile homo ad peccata redit, ex quo pœnam expertus eſt „„.

Hinc *S. Ambroſius* lib. 2. *de Pœnitentia*, cap. 10. ait. „„ Uſus doloris ablegat luxuriam criminis, erroris, delicias. Ita dum dolemus admiſſa, admittenda excludimus, & fit quædam de condemnatione culpæ diſciplina innocentiæ „„.

Hinc *S. Hieronymus*, Commentario in *Michæa* cap. 7. ſcribit: „„ Sentiens igitur anima ſe peccaſſe, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus vivere, & indigere cauterio, conſtanter dicit ad medicum: Ure carnes meas, reſeca vulnera, humores omnes, *reum* noxium adure, hellebori potione conſtringe. Mei vitii fuit, ut vulnerarer; mei doloris ſit, ut tot tormenta ſuſtineam & poſtea ſanitatem recipiam „„.

Hinc *S. Gregorius*, p. 3. Paſtoralis, Admonitione 31. „„ Admonendi ſunt (*inquit*) qui admiſſa deſerunt, nec tamen plangunt; ne jam relaxatus æſtiment culpas, quas etſi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim ſcriptor,

ſi a ſcriptione ceſſaverit, quia alia non addidit, etiam illa, quæ ſcripſerat, delevit; nec qui contumelias irrogat, ſi ſolummodo tacuerit, ſatisfecit, cum profecto neceſſe ſit, ut verba præmiſſæ ſuperbiæ verbis ſubjunctæ humilitatis impugnet; nec debitor abſolutus eſt, quia alia non multiplicat, niſi & illa, quæ ligaverat, ſolvat. Ita & cum Deo delinquimus, nequaquam ſatisfacimus, ſi ab iniquitate ceſſamus, niſi voluptates quoque, quas dileximus, e contrario appoſitis lamentis inſequamur. Si enim nulla nos in hac vita operum culpa maculaſſet, nequaquam nobis hic adhuc degentibus ipſa ad ſecuritatem innocentia noſtra ſufficeret; quia illicita animum multa pulſarent. Qua ergo mente ſecurus eſt, qui perpetratis iniquitatibus ipſe ſibi teſtis eſt, quia innocens non eſt? Neque enim Deus noſtris cruciatibus paſcitur, ſed delictorum morbos medicamentis contrariis medetur; ut qui voluptatibus delectati diſceſſimus, fletibus amaricati redeamus; & qui per illicita diffluendo cecidimus, etiam a licitis noſmetipſos re-

eleemoſynis, ſed *aliis etiam pietatis operibus* convenire pronuntiat ſacra Synodus Trid. ſeſſ. 14. can. 13. Et certe homini carnali, & terrenis aſſueto moleſtiam affert omne opus, quo Deo ſervitur, & mens ad cæleſtia erigitur: adeo ut ſicut eleemoſyna homini ſubtrahit bonum utile, ſic jejunium, & oratio bonum delectabile ſubtrahant. Nam, ut ait *S. Thomas* in 4. *Sentent.* ſive Supplementi quæſt. 15. art 3. ad 1. „„ Quælibet oratio habet rationem ſatisfactionis, quia quamvis habeat ſuavitatem ſpiritus, habet tamen afflictionem carnis. Quia, ut dicit S. Gregorius Homilia 14. in Ezechielem, *Dum creſcit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis.* Unde & nervus femoris Jacob ex lucta Angeli emarcuiſſe legitur „„. Non igitur externa duntaxat, ſed & interna pietatis opera, ſcilicet piæ meditationes, & actus interni virtutum, offerri Deo in ſatisfactionem poſſunt; quia & ipſi ſunt grata, & aliquid moleſtiæ homini inferunt. Quamquam non ſemper illud conſequitur (inquit Conc. Trid. Catechiſmus) ut qui ſe in illis moleſtis actionibus exercent doloris ſenſum habeant. Sæpe enim vel patiendi conſuetudo, vel accenſa in Deum charitas efficit, ut quæ perpeſſu graviſſima ſunt, ne ſentiantur quidem. Neque tamen idcirco fit, quo minus ea ipſa opera ſatisfaciendi vim habeant; ſiquidem hoc proprium eſt filiorum Dei, ita ejus amore, & pietate inflammari, ut acerbiſſimis doloribus cruciati, aut nihil fere incommodi ſentiant, aut omnia lætiſſimo animo perferant. Unde *S. Auguſt.* lib. *de Bono Viduitatis*, cap. 21. ait: „„ Jejunia quoque, ac vigiliæ, in quantum valetudinem non perturbant, ſi orando, pſallendo, legendo, & in lege Dei meditando inſumantur, in delicias ſpiritales etiam ipſa, quæ videntur laborioſa, vertuntur. Nullo modo enim ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium, vindemiantium, negotiantium, ludo aliquo ſe oblectantium. Intereſt ergo, quid ametur. Nam in

ctorium eſt, quatenus aliquid moleſtiæ adjunctum habet.

eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur „ „.

Ex his colligitur: Bona opera, ſive ex voto, ſive ex præcepto alias debita, ſatisfactoria eſſe poſſe, cum & Deo grata, & homini moleſta ſint. Sic Eccleſiæ jejunia ſatisfactoria eſſe nemo negaverit. Ideo enim ab Eccleſia inſtituta ſunt, ut Chriſtiani pœnas peccatis ſuis debitas per ea redimant. Sic macerationes carnis, aliaque bona opera viris Religioſis in Regula, vel Conſtitutionibus Ordinis ſui præcepta utilia eſſe ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis, ſi ea intentione tolerentur, certum eſt. Per Martyrium quoque maxime ſatisfacere hominem pro ſuis peccatis conſtat, ſiquidem, ut *Tertullianus* ait: *Omnia huic operi delicta donantur.*

PROPOSITIO III.

Præcipua Satisfactionis Opera ſunt, oratio, jejunium, & eleemoſyna.

reſpondere; priori ſcilicet jejunium, alteri eleemoſynam, tertiæ orationem.

Denique, ſi eos etiam, qui peccatis noſtris offenduntur, ſpectemus, facile erit intelligere, cur ad hæc tria potiſſimum omnis Satisfactio referatur. Hi vero ſunt, Deus, proximus, nos ipſi. Quare Deum oratione placamus; proximo eleemoſyna ſatisfacimus; nos ipſos vero jejunio caſtigamus. Hinc *Tobiæ* 12. 8. dicitur: *Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere: quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam.* Hinc *S. Ambroſius*, lib. *de Elia, & jejunio* cap. 20. „ „ Habemus (*inquit*) plurima ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venumdatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia „ „.

Et lib. 2. *de Pœnitentia*, c. 8. „ „ Plura (*inquit*) ſolvendi habet ſubſidia, qui Deo, quam qui homini, debet. Homo pecuniam pro pecunia repoſcit, quæ non ſemper debitori præſto eſt; Deus affectum exigit, qui in tua poteſtate eſt. Nemo pauper eſt, qui Deo debet, niſi qui ſe ipſum pauperem fecerit. Et ſi non habet, quæ vendat, habet, quæ ſolvat. Oratio, lacrymæ, jejunia debitoris boni cenſus eſt, multoque uberior, quam ſi quis ex pretiis fundorum pecuniam ſine fide deferat „ „.

Hinc *S. Leo* Serm. 1, *de jejunio decimi Menſis*, ait: „ „ Tria ſunt, quæ maxime ad religioſas pertinent actiones. Oratio ſcilicet, jejunium, & eleemoſyna ... Oratione enim propitiatio Dei quæritur, jejunio concupiſcentia carnis extinguitur; eleemoſynis peccata redimuntur, ſimulque per omnia Dei in nobis imago renovatur, ſi & in laudem ejus ſemper parati, & ad purificationem noſtram ſine ceſſatione ſoliciti, & ad ſuſtentationem proximi indeſinenter ſimus intenti. Hæc triplex obſervantia omnium virtutum com-

curari, qui petit argui; ſed levari vult pœnam, ne ſi in iracundia arguatur, impetu iræ corripiatur... Et ſi differt medicus, æger offerre ſe debet, ut citius ſecetur, ſicut offerebat ſe David in flagella Domini „„. Hinc *S. Paulus* 1. ad Corinth. 11. 32. ait: *Cum judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.*

Idem confirmat ſacra Synodus Tridentina Seſſ. 14. cap. 9. docetque „„ Tantum eſſe divinæ munificentiæ largitatem, ut non ſolum pœnis ſponte a nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris argumentum eſt, temporalibus flagellis a Deo inflictis, & a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Jeſum Chriſtum ſatisfacere valeamus „„. Idemque fidei dogma eſſe declarat Canone 13.

Tribus mollis Deo ſatisfacimus.

Primum itaque Deo ſatisfacimus pœnis, & operibus a Sacerdote injunctis; de quibus *S. Leo* ſcribit Ep. 82. alias 91. „„ Mediator Dei, & hominum ho-

mona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Illuſtrium pœnitentium in Scripturis ſacris exempla hunc ſatisfaciendi modum ſatis confirmant, ſcilicet Davidis, Magdalenæ, Petri, &c. Unde *S. Auguſt.* Enarratione in Pſalmum quinquageſimum, hæc Davidis verba: *Et a delicto meo munda me*, explicans: „ „ Quo merito? (*inquit*) medicus eſt, offer mercedem; Deus eſt, offer Sacrificium. Quid dabis, ut munderis? Vide enim, quem invoces; juſtum invocas; odit peccata, ſi juſtus eſt; vindicat in peccata, ſi juſtus eſt; non poteris auferre a Domino Deo juſtitiam ejus; implora miſericordiam, ſed attende juſtitiam; miſericordia eſt, ut ignoſcat peccanti, juſtitia eſt, ut puniat peccatum. Quid ergo? Quæris miſericordiam, peccatum impunitum remanebit? Reſponderit David, reſponderint lapſi, reſponderint cum David, ut miſericordiam mereantur ſicut David, & dicant: Non, Domine, non erit impunitum peccatum meum; novi juſtitiam ejus, cujus quæro miſericordiam; non impunitum erit, ſed ideo nolo, ut tu me punias, quia ego peccatum meum punio; ideo peto, ut ignoſcas, quia ego agnoſco „ „.

Tertio denique Deo ſatisfacimus temporalibus pœnis ab illo inflictis, ſive ærumnis hujus vitæ, & calamitatibus; ſi eas patienti animo feramus, morbos, jacturam bonorum, perſecutiones, infamiam, calumnias, peſtem, famem, hoſtium incurſiones, orbitates, morteſque parentum, conjugis, filiorum, propinquorum, amicorum; aeris intemperiem, egeſtatem. Si autem inviti, & repugnantes hujuſmodi pœnas ſuſtinemus, omni ſatisfactionis fructu privamur; ſed Dei tantum, peccata juſto judicio ulciſcentis, animadverſionem, & ſupplicium perferimus. (inquit Concilii Tridentini Catechiſmus part. 2. §. 107.) Patimur, ut malefici, & ſcelerati, non ut pœnitentes, non ut Chriſtiani. Adeo, (inquit *S. Auguſtinus*, lib. 1. *de Civit. Dei*, cap. 8.) „ „ Manet diſſimilitudo paſſorum, etiam in ſimilitudine paſſionum;

num; & licet ſub eodem tormento, non eſt idem virtus, & vitium. Nam ſicut ſub uno igne aurum rutilat, palea fumat; & ſub eadem tribula ſtipulæ comminuuntur, frumenta purgantur; nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem prœli pondere exprimitur; ita una eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat; malos damnat, vaſtat, exterminat. Unde in eadem afflictione mali Deum deteſtantur, atque blaſphemant; boni autem precantur, & laudant. Tantum intereſt, non qualia, ſed qualis quiſque patiatur. Nam pari motu exagitatum, & exhalat horribiliter cænum, & ſuaviter fragrat unguentum „ u.

ARTICULUS V.

Utrum unus pro altero ſatisfacere poſſit?

PROPOSITIO UNICA.

Unus pro alio ſatisfacere poteſt.

congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et ad Epheſios 4. *Unum Corpus, & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ... Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus; ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.* Quemadmodum igitur neque pes ſuæ tantum, ſed etiam oculorum utilitatis cauſa munere ſuo fungitur; neque rurſus quod oculi videant, ad illorum propriam, ſed ad communem omnium membrorum utilitatem referendum eſt; ita communia inter nos ſatisfactionis officia exiſtimari debent. Hinc Apoſtolus 2. ad *Cor.* 8. adhortatur illos, qui terrenis opibus divites erant ad eleemoſynam Macedoniæ Chriſtianis inopibus tribuendam, ut cum illi ſua beneficentia corporalem iſtorum paupertatem ſublevaverint, hi viciſſim interiorem eorum tenuitatem ſpiritualibus divitiis ſublevent, bonorumque operum communicatione Deum illis propitium reddant. *In præſenti tempore* (inquit), *veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat; ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas.* Quo etiam ſpectat illud ad Galatas 6. *Alter alterius onera portate;* cui non repugnat ſubjuncta paullo poſt ab eodem Apoſtolo ſententia. *Unuſquiſque onus ſuum portabit.* Nam, ut explicat *S. Auguſt.* lib. 2. *de Conſenſu Evangeliſtarum*, c. 30. „ „ Alia ſunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis Deo de actibus noſtris; illa cum fratribus ſuſtentanda communicantur, hæc propria ab unoquoque portantur „ „.

Hinc *S. Ambroſius* lib. 5. in *Lucam*, Num. 92. „ „ Et ſi grave (*inquit*) peccatum eſt, quod pœnitentiæ tuæ lacrymis ipſe lavare non poſſis, fleat pro te mater Eccleſia, quæ pro ſingulis tanquam pro unicis filiis vidua mater intervenit; compatitur enim quodam ſpirituli dolore naturæ, cum ſuos libe-

beros lethalibus vitiis ad mortem cernit urgeri. Viſcera ſumus de viſceribus ejus; ſunt enim & ſpiri-
Ad Philem. tualia viſcera, quæ habet Paulus dicens: *Ita, frater, ego te fruar in Domino, refice viſcera mea in Chriſto.* Nos ergo viſcera ſumus Eccleſiæ; quoniam membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & oſſibus ejus. Doleat igitur pia Mater, adſiſtat & turba; non ſolum turba, ſed etiam multa compatiatur bonæ parenti. Jam reſurges a funere, jam liberaberis a ſepulcro „„.

Et lib. 2. *de Pœnitentia*, c. 10. „„ An teſtes (*inquit*) precationis, & conſcios refugit, cum ſi homini ſatisfaciendum ſit, multos neceſſe eſt ambias, obſecres, ut dignentur intervenire, ad genua te ipſe proſternas, oſculeris veſtigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros, paternæ veniæ precatores? Hoc ergo in Eccleſia facere faſtidis, ut Deo ſupplices, ut patrocinium tibi ad Deum obſecrandum ſanctæ plebis requiras... Fleat pro te ſancta Mater Eccleſia, & culpam tuam lacrymis lavet, videat te Chriſtus mœ-
rentem. Amat ut pro uno multi rogent. Deniqne

non prodeſt alteri; quia ex jejunio unius caro alterius non domatur; nec ex actibus unius, alius bene agere conſuevit.

Id autem hujus partis pœnitentiæ maxime proprium eſt, ut ab uno pro altero perſolvi poſſit. Quod enim ad contritionem, & Confeſſionem attinet, unus pro altero dolere, aut confiteri non poteſt, quia (ut ait *S. Thomas* in 4. Sententiarum, ſive Supplementi qu. 13. art. 2. ad ſecundum) „„ Contritio ordinatur contra culpam, quæ ad diſpoſitionem bonitatis, vel malitiæ hominis pertinet; & ideo per contritionem unius, alius a culpa non liberatur. Similiter per Confeſſionem homo ſe Sacramentis Eccleſiæ ſubjicit; non tamen poteſt unus Sacramentum pro alio accipere, quia in Sacramento gratia ſuſcipienti datur, non alii... Sed quantum ad pœnæ remiſſionem, unus alteri poteſt mereri, quia actus unius efficitur alterius mediante charitate, per quam omnes unum ſumus in Chriſto „„; (inquit idem S. Doctor in reſponſione ad primum.)

ARTICULUS VI.

Quo Regulæ morum, ac diſciplinæ circa Satisfactionem exponuntur.

REGULA PRIMA.

Sacerdos Satisfactionem pœnitentibus injungere tenetur.

Pro viribus enim agere debet, ut ſit integrum pœnitentiæ Sacramentum; at ſine ſatisfactione integrum non eſſet. Præterea, cum vice Chriſti ſit Judex, æquitatis leges ſervare tenetur, & obligare pœnitentem, ut Deo, cujus offendit Majeſtatem, ſatisfaciat. Id enim poteſt, ſiquidem habet ligandi, non minus quam ſolvendi poteſtatem, ad quam ſatisfactoriæ pœnæ impoſitio pertinet, ut declarat ſacra Synodus Tridentina, Seſſ. 14. Can. 15. Quamobrem ſi id non præſtet, id eſt, ſi nullam ſatisfactionem imponat pœnitenti, miniſterii ſui prævaricator De Satisfactione.

tor eſt, & lethalis criminis reus. Medicus etiam eſt animarum, ſeu divinæ medicinæ miniſter; pœnitentium itaque vulnera curare debet, pravoſque affectus pœnis ſatisfactoriis ſanare. Unde Tridentina Synodus, Seſſ. 14. c. 8. docet. „„ Debere Sacerdotes Domini, quantum Spiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere. *Tum ſubdit*: Habeant autem præ oculis, ut ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem „„. Merito itaque rejicienda, & damnanda hæc Propoſitio eſt: „ Abſolvi poteſt pœ„ nitens nulla ſatisfactione impoſita, ſed in purga„ torium dilata „.

REGULA II.

Satisfactionem ante Abſolutionem imponere convenientius eſt.

De Satisfactionis impoſitione.

Hunc enim ordinem præſcribunt rituales libri plerique omnes, & Sacramentaria in Eccleſia recepta, & *S. Carolus* in Inſtructionibus Confeſſorum: „„ Si opus fuerit (*inquit*) efficiet, ut rerum, aut famæ, aut honoris, in quo proximum læſit, reſtitutio fiat; & indicta ſalubri pœnitentia eum abſolvet „„. Deinde cum ſatisfactio ſit *quaſi materia* Sacramenti pœnitentiæ, ſicut contritio, & Confeſſio, conveniens eſt, ut ejus impoſitio præmittatur abſolutioni, ut pœnitentes tum voto, tum ſpontanea indictæ pœnæ ſuſceptione ſatisfacere incipiant, & ſatisfaciendi votum, ſuſceptioque ſatisfactionis Abſolutione ſacramentali confirmetur. Tertio, fieri poteſt, ut pœnitens congruam, ac legitimam Satisfactionem ſuſcipere nolit, ac Sacerdotis in ſacro Tribunali vice Chriſti Judicis parere ſententiæ; eaque inobedientia ſe Abſolutione indignum prodat: prius itaque imponi ſatisfactionem conveniens eſt,

ut

ut exploretur animus pœnitentis, & innoteſcat Sacerdoti, num dignos pœnitentiæ fructus facere velit. Si tamen poſt Abſolutionem imponatur; perinde eſt ad Sacramenti perfectionem; ſufficit enim, ut cæteris partibus Sacramenti ſatisfactionis impoſitio, & ſuſceptio moraliter conjungatur. Hinc *S. Antoninus* 3. p. tit. 16. c. 20. „„ Apud multos (*inquit*) eſt conſuetudo, quod prius abſolvatur, & pœnitentia injungatur. Quomodocunque fiat, vel ante, vel poſt, ſufficit. Præſupponit enim Confeſſor, illum habere propoſitum faciendi, quod ſibi injunget, cum ipſum pœniteat „„.

REGULA III.

Non eſt neceſſe, ut impoſita ſatisfactio ante Abſolutionem ſacramentalem impleatur.

De tempore ſatisfactionis adimplendæ.

Ex veteris quidem Eccleſiæ diſciplina pœnitentes, non prius olim abſolvi ſoliti erant, quam pœnitentiæ functi eſſent laboribus, & ſatisfactionem Canonicam impleviſſent, niſi mortis, aut imminentis perſecutionis periculum aliud poſtularet, ut conſtat ex variis *S. Cypriani* locis, ex *Innocentio I* Ep. 1. *S. Leone* Ep. ad Theodorum Forojuljenſem Epiſcopum, *S. Eligio* Homilia 4. in cœna Domini, *S. Greg. magno*, Homilia 26. in Evangelia, & veterum Conciliorum Canonibus, libriſque pœnitentialibus. Hæc tamen diſciplina ſenſim ſine ſenſu remiſſa, & mutata eſt, Eccleſia pia matre indulgente, & tacito quodam conſenſu approbante. Hodiernaque diſciplina eſt, ut vere pœnitentibus impendatur Abſolutio, antequam ſatisfactionem expleverint. Totum id diſciplinæ negotium eſt, quæ *Lege fidei manente*, (ut loquitur *Tertullianus*) varias mutationes patitur. Suas habuit vetus diſciplina rationes. Cogebantur enim pœnitentes implere ſatisfactionem canonicam, prius quam reconciliationis gratia donarentur: Primo, ut ex pœnitentiæ fructibus innoteſceret converſionis eorum ſinceritas. Secundo, ut diuturnis, moleſtiſque pœ-

Veteris, & novæ diſciplinæ rationes.

nitentiæ laboribus, & difficultate veniæ a peccatis magis deterrerentur. Tertio, ut ſalubri ſatisfactione purgarentur amplius, expiarentur, probarentur, ad Euchariſtiam digne percipiendam. Suas habet etiam rationes nova diſciplina. Abſolutio namque ſincere pœnitentibus tribuitur, antequam ſatisfactionem impleverint, ut Deo citius reconciliari, in gratia, & meritis proficere, efficaciuſque ſatisfacere valeant in ſtatu charitatis exiſtentes. Secundo, ſic magis oſtenditur, Abſolutionem ſacramentalem valere ad ſolutionem pœnæ, non ſolum æternæ, ſed etiam (ex parte) temporis. Sicut ergo ad Baptiſmi eſſentiam, & efficaciam minime neceſſe eſt, ut trina conferatur immerſione, quod olim uſurpatum eſt; neque ad euchariſticæ Communionis integritatem, aut fructum, ut ſub utraque ſpecie ſumatur Euchariſtia, quamvis id olim uſitatum fuerit; quia hæc ad diſciplinam pertinent, quæ & antiquitus varia fuit, & mutari potuit ab Eccleſia juſtis de cauſis; ita minime neceſſe eſt ad eſſentiam pœnitentiæ, vel etiam ad

ſiquidem iis etiam, „„ Qui poſt Baptiſmum omni „ tempore incontinentiæ, & voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem Communionis„, expoſcebant, ideſt, Abſolutionem, *Innocentius I.* antiquioris moris ſeveritatem temperans, Abſolutionem concedi ſtatuit; „ Ut homines ejuſmodi, vel in ſupremis ſuis permittente Salvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur„; (ut conſtat ex illius Ep. 3. ad *Exuperium* Tolofanum Epiſc. data.) S. etiam Leo Ep. ad *Theodorum* Forojulienſem Epiſc. „„ His, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec actionem pœnitentiæ, nec Communionem denegandam *ſtatuit*, ſi eam amiſſo vocis officio, per indicium integri ſenſus quærere comprobentur „„. Concilium Carthaginenſe quartum, Can. 76. ei, qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos venit, oppreſſus infirmitate fuerit, vel phreneſi correptus, ſuffragante eorum, qui ipſum audierunt, teſtimonio, pœnitentiam imponi decernit; ita ut, „„ Si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia; *ea tamen lege, ut* Si ſupervixerit, ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. Concilium Arauſicanum I. Can. 3. Pœnitentes in extremis reconciliatos, ſi incolumitati priſtiniæ reſtituerentur, „„ In „ ordine pœnitentium *ſtare jubet*, ut oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam Communionem cum reconciliatoria manus impoſitione, (id „ eſt, Abſolutione cæremoniali a pœnis Canonicis) „ accipiant „. Quo autem ſpectabat illa ſatisfactio, quæ ab ægrotis, poſtquam convaluerant, perſolvebatur in Eccleſia africana, & gallicana, eodem pertinet illa, quæ nunc & ab eis, qui ad pœnitentiæ Sacramentum tam accedunt, poſt Abſolutionem ſacramentalem frequentius expletur. Itaque etſi pro conditione temporum, vel pro languore Chriſtianorum,

cenſuit, ut ſatisfactio ante abſolutionem impleretur.

vel alia quapiam non prætereunda ratione mutatio quædam acciderit in hac ſatisfactoriæ diſciplinæ obſervatione; doctrina tamen, & fides, ratioque ſatisfaciendi una, atque eadem perſeverat; quemadmodum una eſt diſciplina, & ars medicinæ, quamvis nec eadem omnibus, neque pari prædita virtute, neque eodem tempore medicamenta præbeantur. Et cum unius, ejuſdemque Eccleſiæ Chriſti ſit utraque conſuetudo, non debet improbari poſterior, quod diverſa prior extiterit; quemadmodum nec in medico reprehendi uno debet, ſi ingraveſcente cujuſpiam ætate alia velit medicamenta præſcribere, quam antea ſolitus ſit, ægri corpore valentiore. Nec eidem homini vitio verti debet, ſi parcius cœnet, aut aliis exercitiis utatur ſenior, quam junior conſueverat. Atque ſimilem in modum in hac de ſatisfactione cauſa, ſic illa prior conſuetudo laudanda eſt, ut iſta non vituperetur. Eſt enim unius, ejuſdemque Eccleſiæ, & Sponſæ Chriſti conſuetudo diverſa. Tenendum proinde in utraque conſuetudine illud Apo-

„ „ Ordinem præmittendi ſatisfactionem Abſolutioni induxit non politia, aut juſtitia Eccleſiæ, ſed ipſa Chriſti lex, & præſcriptio, natura rei idipſum quodammodo dictante „ „. Propoſitiones damnandæ.

„ Per illam praxim mox abſolvendi, ordo pœnitentiæ eſt inverſus „.

„ „ Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, etiamſi eam plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas. & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed pro abuſu „ „.

REGULA IV.

Confeſſarius pœnitentem obligare poteſt ad ſatisfactionem vel ex toto, vel ex parte implendam ante Abſolutionem, ſi id ejus emendationi, & ſaluti expedire judicaverit.

Cum enim Chriſtus de modo, & tempore implendæ ſatisfactionis nihil præceperit, ſed Eccleſiæ arbitrio reliquerit, ipſa vero non jubeat ſatisfactionem adimpleri ante Abſolutionem in pœnitentia privata, ſed nec Abſolutionem differri prohibeat, donec adimpleta fuerit ſatisfactio, in poteſtate Sacerdotis eſt, Abſolutionem pœnitentis differre, donec ſatisfactionem impleverit, ſi id tamquam judex, & medicus ejus curationi ſpirituali judicaverit expedire. Id autem peritus, ac prudens medicus opportunum procul dubio ſaluti pœnitentis judicabit, dum in eadem ſæpe relapſus peccata eſt. Tunc enim ſatisfactoriis operibus ſecundum modum criminum impoſitis, magis ſolicitus fiet, ac vigilans ad vitanda peccata. Nam percipiendæ Communionis difficultas major pœnitentem humiliorem efficit, & cautiorem. At humilitate virtutes comparantur; & infiguntur altius; cautione peccata vitantur diligentius. Deinde id ipſi Sacerdoti videbitur interdum conducibile, ut ſatisfactoriis operibus peccandi conſuetudo, & pravi habitus eradicentur, & bonis operibus paullatim pœni- De pœnitentiæ impoſitione.

tens aſſueſcat, ut purior accedat ad ſacram Euchariſtiam. Neceſſarium denique videbitur aliquando, ut exploret Contritionem pœnitentis, & ſinceram converſionem; cujus ſufficientia forte indicia non habet ex Confeſſione. *Confeſſionis verba, quid ſunt aliud, niſi folia?* Non autem ex foliis, ſed ex fructibus bonitas, & fœcunditas arboris cognoſcitur; adeoque & converſio peccatoris ex fructibus pœnitentiæ. Cum ita ſe geret Sacerdos in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ, antiquos mores ſequetur. Faciet, quod faciendum præſcripſit *S. Innocentius* Pontifex hujus nominis primus, Epiſt. 1. „ „ De pondere (*inquit*) æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt judicare, & attendere ad Confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis; ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam Satisfactionem „ „. Faciet, quod *S. Leo* ſuo tempore fieri conſueviſſe teſtatur, & probat Epiſtola ad *Theodorum* Forojulenſem Epiſcopum ſæpe laudata. Faciet, quod *S. Gregorius magnus* faciendum eſſe docuit Homilia 26. in Evangelia:

tam granditer defleamus ; alto vulneri diligens , & longa medicina non desit, pœnitentia crimine minor non sit „ „.

„ „ *Ibid.* Qui peccantem (*inquit*) blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat; nec comprimit delicta , sed nutrit. At qui consiliis fortioribus redarguit simul, atque instruit fratrem, promovet ad salutem. *Quos diligo*, inquit Dominus, Apoc. 3. *redarguo , & castigo.* Sic oportet, & Dei Sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus virus inclusum dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum , & putraminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur, & clamet licet æger impatiens per dolorem , gratias aget postmodum, cum senserit sanitatem. Emersit enim, Fratres dilectissimi , novum genus cladis; & quasi parum persecutionis procella lævierit , accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens , & blanda pernicies. Contra Evangelii vigorem , contra Domini, ac Dei legem , temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio; irrita, & falla pax; periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt sanitatis patientiam , nec veram de satisfactione medicinam. Pœnitentia de pectoribus excussa est , gravissimi, extremique delicti memoria sublata est. Operiuntur morientium vulnera; & plaga lethalis altis, & profundis visceribus infixa , dissimulato dolore contegitur „ „.

Eamdem Regulam tradit *S. Ambrosius* , lib. 1. *de Pœnitentia* , c. 2. „ „ Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus; & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeravit, exaggeret etiam pœnitentiam. Majora enim crimina majoribus abluuntur fletibus „ „.

Eamdem Regulam confirmat Conc. Moguntinum ſub *Rabano*, Can. 31. „„ Modus (*inquit*) tempuſque pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum Canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per Eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet a Sacerdotibus. Nam qui pro peccatis gravibus leves quoſdam, & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, conſuunt pulvillos, ſecundum Propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas „„. Quem canonem repetit Conc. Cabilonenſe 2. Can. 38. Libelloſque pœnitentiales: *Quorum ſunt certi errores, incerti Auctores*, eliminari jubet.

Et Conc. Turonenſe 3. Can. 22. „„ Epiſcopis, & Presbyteris diligenti cautela pertractandum eſt, qualiter hominibus ſua ſibi delicta confitentibus tempus abſtinendi adſcribant, & juxta modum peccati pœnitentibus abſtinentia indicatur; quoniam varie ab aliquibus Sacerdotibus, & indiſcrete hæc judicia proferuntur: Ideo neceſſarium nobis videbatur, cum omnes Epiſcopi ad ſacrum Palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cujus antiquorum liber pœnitentialis potiſſimum ſit ſequendus „„.

Eamdem Regulam confirmat Concilium Romanum 5. ſub *Gregorio VII.* Can. 5. „„ Falſas (*inquit*) pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum Auctoritatem ſanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur „„.

Ita Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 8. „„ Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere; ne, ſi forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur „„.

Ita denique *S. Carolus Borrom.* in Inſtruct. pœnitentiæ: „„ Cum hæc Parochus pro prudentia, cha-

ri-

ritateque ſua ſpectabit, tum vero maxime videbit, ut ne pro peccatis gravibus leviſſimas pœnitentias imponat; id quod & Confeſſoribus, & pœnitentibus periculoſum eſt; cum id a ſacris Litteris, & a Conciliorum decretis, & a SS. Patrum ſententia alienum ſit. Nam divinæ Litteræ, ab iis, qui pœnitentiam agunt, hoc efflagitant, ut fructus dignos pœnitentiæ faciant, atque ad Dominum convertantur in jejunio, & planctu. Et vero, qui peccatis gravibus leves quoſdam pœnitentiæ modos imponunt, hi *Conſuunt pulvillos*, ſecundum Propheticum ſermonem, *ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.* Imo Conc. Trident. docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confeſſores, qui dum cum pœnitentibus indulgentius agunt, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungunt „ „. Ezech. 13. 18.

REGULA VI.

Satisfactionum impoſitio non ita eſt in arbitrio Sacerdotis poſita, ut in iis imponendis delictorum gravitatem, & perſonarum conditionem, ſtatumque ſpectare non teneatur.

Congrua ſatisfactionis impoſitio.

Hanc Regulam, quæ major eſt præcedentis explicatio, tradit *S. Thom.* in 4. *Sentent.* ſive Supplementi qu. 18. art. 3. ubi quærit, utrum Sacerdos poſſit ligare, & ſolvere ſecundum proprium arbitrium. „ „ Sacerdos (*inquit*) operatur in uſu clavium, ſicut inſtrumentum, & miniſter Dei; nullum autem inſtrumentum habet efficacem actum, niſi ſecundum quod movetur a principali agente, & ideo dicit Dionyſius in fine Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, quod *Sacerdotibus utendum eſt virtutibus hierarchicis, quomodo Divinitas eos moverit.* In cujus ſignum (Matth. 16.) ante poteſtatem clavium Petro traditam fit mentio de revelatione Divinitatis ei facta; & in Joan. 20. præmittitur poteſtati remiſſionis Apoſtolis datæ Spiritus ſancti donum, quo filii Dei aguntur.

Un-

Unde *Si quis præter illum motum divinum uti ſua poteſtate præſumeret, non conſequeretur effectum*, ut Dionyſius dicit. Et præter hoc a divino ordine averteretur, & ſic culpam incurreret. Et quia pœnæ ſatisfactoriæ infligendæ medicinæ ſunt; ſicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt, ſed variandæ ſunt ſecundum arbitrium medici, non propriam voluntatem ſequentis, ſed ſcientiam medicinæ; ita pœnæ ſatisfactoriæ in Canonibus determinatæ non competunt omnibus, ſed variandæ ſunt ſecundum arbitrium Sacerdotis divino inſtinctu regulatum .. Sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam ita efficacem, quæ ad morbi curationem ſufficiat, ne propter debilitatem naturæ majus periculum oriatur; ita Sacerdos divino inſtinctu motus non ſemper totam pœnam, quæ uni peccato debetur, injungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ deſperet, & a pœnitentia totaliter recedat „„.

S. Thomæ concinit *S. Antoninus*, 3. p. tit. 17. cap. 20. „„ Pro quolibet (*inquit*) peccato mortali ei-

na canonica. *Et hæc opinio* eſt tutior, licet difficilior „ „.

Id confirmatur ex Synodo Lingonenſi ann. 1404. „ „ Licet (*inquit*) pro quolibet peccato mortali eſſet regulariter ſeptennis pœnitentia injungenda, quæ deberet imponi magis, vel minus aſpera, prout majoritas, vel minoritas criminum, & circumſtantiæ eorum expoſcunt; tamen hodie omnes pœnitentiæ Sacerdotis arbitrio ſunt taxandæ, ſive in quantitate temporis, aut rei, vel modi, ſeu conditionis, conſiderando gravitatem peccati, & circumſtantias temporis, loci, perſonarum, conditionis, & ſtatus earum „ „. Addit ſatisfactoria opera peccatis commiſſis contraria Sacerdotem ſemper imponere debere. „ „ Sacerdotes, *inquit*, debent ſemper injungere pœnitentiam per contrarium peccatori, puta ſuperbo humilem orationem; avaro eleemoſynarum largitionem; acedioſo peregrinationem, & Eccleſiarum frequentationem; guloſo abſtinentiam a cibis, & potibus; luxurioſo carnis maceratione, & quandoque loci mutationem; iracundo manſuetudinem, & quod in corde reprimat fortiter primum motum iræ, & ſic de ſimilibus „ „.

Item ex Synodo Senonenſi ann. 1524. „ „ In injungendis, *inquit*, pœnitentiis conſiderent Confeſſores peccatum, modum peccandi, tempus, locum, qualiter, & quando, perſonam, qualitatem, & quantitatem culpæ, & contritionem confitentis „ „.

Item ex Conc. Bituricenſi an. 1584. Tit. *de Pœnitentia, & ejus Partibus*. Can. 12. „ „ Pœnitentiam, *inquit*, & ſatisfactionem injungant Sacerdotes, non pro ſuo arbitratu, ſed pro gravitate peccatorum; habeant tamen rationem Contritionis, dum pœnitentem abſolvunt „ „.

Eamdem Regulam confirmat *S. Carolus Borrom.* in Inſtructionibus Sacramenti pœnitentiæ. „ „ Injunget, *inquit*, pœnitentiam pro culpæ, & perſonæ ratione; ita ut ſuperbis humilitatis opera; carnis voluptatem ſectantibus, jejunia, abſtinentiam, cilicii geſtationem,

nem, aliamque corporis macerationem pro peccati gravitate indicat; in oratione negligentibus, ut ſingulis diebus mane ſaltem, & veſpere orationi vacent; feria ſecunda, & aliis certis feriis pro Defunctis orent; certis item, & definitis diebus devote viſitent Stationales, & præcipuæ devotionis Eccleſias, & altaria, præſertim in Quadrageſima, & in Adventu. Mundi pompas, choræas, aliaque opera ſatanæ conſectantibus, eam pœnitentiam imponet, ut in hebdomada mane certis diebus (id quod in ſingulos dies etiam faciendum eſſe graviſſime B. Chryſoſtomus monet) ſancta meditatione ſibi propoſita, ſolemnem illam ſponſionem, quam per compatres in Baptiſmo ſancte fecerunt, redintegrent, intime Deum precando; in qua precatione firmo, ſtabilique animi propoſito ſtatuant, ſe Chriſto Domino adhærere, renuntiareque iterum, atque iterum ſæculi pompis, operibus tenebrarum, & diabolo imprimis, cui ſe adverſarios eſſe & profeſſi ſunt, & profitentur perpetuo „ „.

„ Ut aliquot diebus carne, aut vino item abſti-„ neat „.

„„ Ut certis diebus, præſertim feria quarta, ſexta, & ſabbato jejunet; vel etiam veſcatur ſolum pane, & aquæ potu utatur „„.

„ Ut certo aliquo tempore non equitet „.

„„ Ut, ſi facultates ſuppetunt, certam pecuniæ, aut frumenti, aut vini quantitatem in eleemoſynam pauperibus Chriſti conferat „„.

„„ Ut genibus flexis, aut etiam brachiis extentis in modum crucis, certo tempore, & hora præfinita, ante crucem, aliamve ſacram Imaginem in Eccleſia oret „„.

„ Ut humi aliquamdiu jaceat, cubetve „.

„ Ut flagella certis præſcriptis diebus ſibi adhi-„ beat „.

„ Ut cilicium aliquot dies induat „.

„ Ut religioſam aliquam peregrinationem ſuſci-„piat, ſancteque conficiat „.

„ Ut ſtatos Pſalmos pœnitentiales, aliaſque pœ-„nitentiales preces pie recitet aliquot dierum ſpatio „.

„ Ut certas Eccleſias, puta Stationales, vel præ-„cipuæ devotionis viſitet „.

Monet inſuper *S. Carolus*, ut Sacerdos in peccati gravitate perpendat, quoties commiſſum ſit: „Nam ſi quis in eodem peccati genere ſæpius offen-„derit, dignus eſt, qui graviori pœna afficiatur „.

Et in Inſtructionibus Confeſſorum: „„ Faciat (*inquit*) ut impoſita pœnitentia peccatis reſpondeat. Ita pro peccatis luxuriæ injungantur jejunia, vigiliæ, peregrinationes, cilicii uſus, aliaque hujuſmodi corpori macerando propria. Pro avaritiæ peccato, præter debitas reſtitutiones, eleemoſynæ pro cujuſque facultatibus imponantur. Sanandæ ſuperbiæ, aliiſque peccatis ſpiritualibus oratio adhibeatur, qua coram Deo vires, & vigor acquiruntur, quibus his peccatis obſiſtatur. Pro negligentia rerum chriſtianarum quas ignorant, conciones audiant, & per aliquot tempus doctrinæ chriſtianæ ſcholas frequen-

tent,

tent. Indevotis, & tepidis juvabit imponere, ut Eccleſias, divinaque officia, oraturi ſæpius adeant „„.

REGULA VII.

Confeſſarius Canones pœnitentiales noſſe debet, & juxta eos pœnitentiam imponere, ſervatis prudentiæ regulis, habitaque ratione conditionis, & diverſitatis perſonarum, aliiſque circumſtantiis, & maxime contritionis pœnitentium.

Canonum pœnitentialium ſcientia.

Hæc Regula traditur a *S. Cœleſtino* 1. Pontifice maximo Epiſt. 3. „ Nulli (*inquit*) Sacerdo„ tum ſuos liceat Canones ignorare, nec quidquam „ facere, quod Patrum poſſit regulis obviare „.

A Concilio Pariſienſi 6. lib. 1. c 32. „„ Quoniam (*inquit*) multi Sacerdotum partim incuria, partim ignorantia, modum pœnitentiæ reatum ſuum confitentibus, ſecus quam jura Canonica decernant, imponunt, utentes ſcilicet quibuſdam codicillis contra canonicam Auctoritatem ſcriptis, quos pœniten-

Eo quod deceperint populum meum dicentes: Pax, pax, & non eſt pax. Et poſt non multa: *Cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum, & violabant me, ac populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.* Presbyteri etiam imperiti ſolerti ſtudio ab Epiſcopis ſuis inſtruendi ſunt, qualiter & confitentium peccata diſcrete inquirere, eiſque congruum modum ſecundum canonicam auctoritatem pœnitentiæ noverint imponere. Quoniam hactenus eorum incuria, & ignorantia multorum flagitia remanſerunt impunita; & hoc ad animarum ruinam pertinere, dubium non eſt „ „.

Eamdem Regulam tradit *Iſaac* Lingonenſis Epiſcopus, Canonum ſuorum pœnitentialium Tit. 1. cap. 39. hunc in modum concludens: „ „ Qualis vero peccatis adhibenda ſit medicina, ſecundum Canonum authenticorum, & ſanctorum Patrum eſſe debet inſtitutionem, & non ſecundum placitum hominum, ſed ſecundum Dei voluntatem. Nec in hac parte voluntas, aut gratia hominis ſectanda eſt, ſed voluntas Dei in omnibus exquirenda, quatenus dignis precibus, & pœnitudine digna placare poſſit omnipotentis Dei vindictam, quam ſuo vitio provocavit „ „.

Quod autem habenda ſit ratio conditionis, & diverſitatis perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, & maxime contritionis, idem Præſul docet c. 29. „ „ Tempora (*inquit*) pœnitudinis, habita moderatione, & arbitrio ſunt conſtituenda, prout converſorum animos Sacerdotes viderint eſſe devotos. Pariter etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumcunque, aut ægritudinum reſpicientes neceſſitates „ „. Quod ſumptum eſt ex Epiſtola *S. Leonis* ad *Nicetam*, & refertur etiam in Collectione Gratiani, Cauſa 26. quæſt. 7. Can. *Tempora.*

Eamdem Regulam tradit *S. Carolus Borrom.* in Inſtructionibus pœnitentiæ: „ „ Pœnitentis (*inquit*) culpas graves perpendenti ſibi ob mentis oculos proponet Canones pœnitentiales, qui lumen & ſibi, & pœnitenti quoque afferant; quo videant, quemadmodum pro peccati ratione, pœnitentia imponenda, & ſuſcipienda ſit. Eorum Canonum tamen pœnitentias, ut tempora ferunt, pro charitate, & prudentia ſua minuet, prout peccati, & peccatoris circumſtantiæ requirent; in quibus rationem etiam habebit contritionis ejus, qui peccavit. Demonſtrabit tamen iis, qui gravius peccarint (quo magis ſcelerum ſuorum magnitudinem agnoſcant) quanta ipſis pœnitentia ex Canonum regulis imponenda eſſet; nec vero putent ſua peccata levia eſſe, quia parva illis pœnitentia data eſt; ſed hoc factum eſſe, ne eam, quæ pro culparum ratione injungenda erant, deſerant cum periculo ſalutis ſuæ. Proinde pœnitentes ideo hortandi erunt, ut præter pœnitentiæ opera impoſita, plura etiam alia præſtare conentur „ „.

Idem in Inſtructionibus Confeſſorum: Sacer-

Id confirmat *Guilielmus Parisiensis*, Tract. *de Sacramento pœnitentiæ*, cap. 20. „„ Cum (*inquit*) in arbitrio Confessoris, & voluntate pœnitentialem satisfactionem positam esse dicamus; dicimus consequenter, quod in bona fide ipsius hoc positum est. Hoc autem exigit bona fides, ut consulantur periti Juris cœlestis, atque divini, vel Scripta Sanctorum, atque prudentium de pœnitentiæ injunctione, ubi Confessori propria peritia non sufficit; & quod debita deliberatione, atque consilio pœnitenti injunxit, hoc misericors Deus, tanquam gratam satisfactionem, & sacrificium reconciliationis, seu propitiationis a pœnitente suscipit. Si enim ne erretur in judicio, quo de agro vel fundo, vel de alia re temporali agitur, tantopere consuluntur libri legum, ac judiciorum secularium, atque solicite examinatur factum, de quo, vel per quod judicandum est, tanta circumspectione cogitatur, deputatur, circumspicitur, atque pronuntiatur etiam in scriptis sententia; quanto magis similia omnia facienda sunt in hoc judicio spirituali? Et qui minori diligentia uteretur in isto judicio, quam in judicio seculari, manifeste negligens esset, & iniquus, atque infidelis Judex „„.

Id confirmat *S. Antoninus*, 3. p. tit. 17. c. 21. „„ Quamvis (*inquit*) pœnitentiæ injungendæ a Confessore pœnitentibus hodie sint arbitrariæ, & ad arbitrium Judicis, id est, Confessoris imponendæ, ut habetur 26. qu. 7. Can. *Tempora*, & *de Pœnitentia* dist. 1. Can. *Mensuram*. Et hanc opinionem approbat consuetudo, & generaliter hoc servatur, ut dicit Hostiensis in Summa, Tit. de Pœnit. & Remiss. Tamen, ut Sacerdos circa hujusmodi dispensationem cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per Canones certæ pœnitentiæ imponuntur. Nam & Canones pœnitentiales tenetur scire Sacerdos, alias vix in eo nomen Sacerdotis constabit 38. Dist. *Can. Quæ ipsis* „„.

Denique Concilii Trid. Catechismus p. 2. §. 113. & 114. „„ In irroganda (*inquit*) satisfactionis pœ-

na, Sacerdotes nihil ſibi ſuo arbitratu ſtatuendum eſſe; ſed omnia juſtitia, prudentia, & pietate dirigenda exiſtimabunt. Atque, ut hac regula peccata metiri videantur, & pœnitentes ſcelerum ſuorum gravitatem magis agnoſcant, operæ pretium erit, interdum eis ſignificare, quæ pœnæ quibuſdam delictis ex veterum Canonum præſcripto, qui pœnitentiales vocantur, conſtitutæ ſint. Igitur univerſæ Satisfactionis modum culpæ ratio temperabit „ „.

REGULA VIII.

In pœnitentialium Canonum moderatione juſtitiam, prudentiam, pietatem, charitatem ſingularem Sacerdotes adhibere debent, ita ut nimiam ſeveritatem, æque ac nimiam lenitatem devitent.

Canonum pœnitentialium moderatio.

Hanc Regulam tradit Trullana Synodus, Can. ultim. „ „ Oportet, *inquit*, eos, qui ſolvendi, & ligandi poteſtatem a Deo accepere, peccati qualitatem conſiderare, & ejus, qui peccavit, ad con-

deatur; & neque per deſperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ diſſolutionem, & contemptum frœna relaxet; ſed una quidem omnino ratione, ſive per acriora, & aſtringentia, ſive per molliora, & leniora medicamenta affectioni reſiſtat, & ad ulceris abductionem annitatur fructus pœnitentiæ examinans, & ſapienter diſpenſans, & gubernans hominem, qui ad ſuperiorem illuminationem vocatur Nos enim utraque ſcire oportet, & quæ ſunt ſummi Juris, & quæ conſuetudinis. In iis autem, qui extrema non admittant, ſequi formam traditam, quemadmodum S. docet Baſilius „„.

Idem confirmat Epiſt. *Nicephori Carthophylacis* ad *Theodoſium Monachum*, lib. 5. Juris orientalis edita: „„ Adhærendum eſt iis, *inquit*, quæ ſynodice promulgata, & confirmata ſunt; deinde etiam ex perſonarum, & temporum, rerumque qualitate, correctionis diſpenſatio facienda, magno Baſilio id permittente. Cæterum tua virtute illud indignum eſt, quod dicis, homines ne auditu quidem Canonica præcepta ferre. Qui enim ea non admittunt, nullo modo ſunt chriſtianarum partium, ob eamque cauſam non ſevere, & ſine conſolatione his tibi erit utendum, ſed benigne, & facili diſciplina „„.

Hæc Regula confirmatur ex *Innoc. III.* Extra *de Pœnitentiis, & Remiſſionib.* cap. *Deus qui*, cujus hæc ſunt verba: „„ Cæterum cum pœnitentia, non tam ſecundum quantitatem exceſſus, quam pœnitentis contritionem, per diſcreti Sacerdotis arbitrium ſit moderanda, penſata qualitate perſonæ, ſuper fornicatione, adulterio, homicidio, perjurio, & aliis criminibus, conſideratis circumſtantiis omnibus... competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout ſaluti eorum videritis expedire „„.

Idem ex Synodo Lingonenſi ann. 1404. celebrata: „„ Caveant Sacerdotes (*inquit*) ne gravent pœnitentes per difficiles, vel oneroſas pœnitentias; ſed eas imponant, quas putant poſſe, & velle pœnitentem portare, ne deterius contingat peccare pœni-

tentiam non adimplendo, etiamſi non deberent injungere, niſi unum *Ave Maria*. Debet enim ſufficere Sacerdoti, ſi pœnitentem liberatum videat ab offenſa, & pœnam remittat in purgatorium, licet eumdem pœnitentem liberatum a culpa ad Paradiſum non tranſmittat „„.

„„ *Ibidem*: Omnino caveant Sacerdotes, ne pœnitentes dimittant recedere deſperatos, propter gravitatem pœnitentiæ, quantumcunque gravia commiſerint peccata. Caveant etiam Sacerdotes, ne per pœnitentias, quas injungunt, faciant præjudicia vel onus alicui alteri, quam pœnitenti; puta, non injungant marito, quod ſit in onus uxoris, vel e contra, & ſic de ſimilibus „„.

Item ex Synodo Senonenſi anno 1524. „„ In injungendis, *inquit*, pœnitentiis conſiderent Confeſſores peccatum, modum peccandi, tempus, locum, qualiter, & quando, perſonam, qualitatem, & quantitatem culpæ, & contritionem confitentis; & non injungant nimis magnas pœnitentias, neque graves,

Concilium quoque Remenſe anno 1583. Tit. *de Pœnitentia*, §. 4. „ „ Ut autem (*inquit*) injunctæ pœnæ ſatisfacere valeant pœnitentes, Sacerdos non ſe præbeat nimis ſeverum, neque tamen ita lenem, ut pœnæ contemptu ad rurſum peccandum pœnitentem potius invitet, quam ad novæ vitæ genus ineundum „ „. Idem confirmat *S. Th.* Quodlibeto 3. qu. 13. art. 1. „ „ Videtur ſatis conveniens (*inquit*) quod Sacerdos non oneret pœnitentem gravi pondere ſatisfactionis; quia ſicut parvus ignis a multis lignis ſuperpoſitis de facili extinguitur, ita poſſet contingere, quod parvus affectus contritionis in pœnitente nuper excitatus, propter grave onus ſatisfactionis extingueretur, peccatore totaliter deſperante. Unde melius eſt, quod Sacerdos pœnitenti indicet, quanta pœnitentia eſſet ipſi injungenda, & injungat nihilominus aliquid, quod tolerabiliter ferat; ex cujus impletione aſſueſiat, ut majora impleat „ „.

Idem confirmat *S. Raymundus* lib. 3. §. 49. „ „ Si dicit ſe pœnitere de peccatis, & proponit de cætero abſtinere, cum allegans fragilitatem recuſat Satisfactionis aſperitatem, debet Sacerdos primo ipſum inducere, ut animum habeat paratum ad omnem ſatisfactionem, oſtendendo ſibi magnitudinem peccatorum, quot, & quanta bona amiſit propter iſta peccata, quæ omnia recuperabit per pœnitentiam. Oſtendat etiam, quantam pœnam ſuſtinuit Adam, & totum genus humanum uſque in finem ſæculi, tantummodo, quia guſtavit de pomo ligni vetiti; quanta ergo pœna debetur tantis, quæ tu commiſiſti?.. Si non poteſt eum ad hoc inducere, imponat ei talem ſatisfactionem, cum voluntate ſua, quam utiliter poſſit portare, ne forte poſtea frangendo, deterius peccet. Invitant nos ad hoc multa; primo exemplum Domini, qui nunquam legitur gravem pœnitentiam injunxiſſe. Joannis 8. *Vade, & amplius noli peccare.* Item Joan. Chryſoſtomus ſuper illum

talem imponet, qualem ab eo præſtari poſſe judicet. Proinde aliquando, ſi ita expedire viderit, illum interroget, an poſſit, anve dubitet pœnitentiam ſibi injunctam peragere. Alioquin eam mutabit, aut minuet. Conſiderabit item animum, mentemque pœnitentis, ac fletum, gemitum, & lacrymas intimi doloris indices „ „.

Et in Inſtructione Confeſſorum: „ „ Pro imponenda pœnitentia prudens eſſe debet Confeſſor; nec ita levem adhibeat, ut clavium poteſtas inde contemnatur, & ipſe peccatorum alienorum evadat particeps; nec ita etiam gravem, aut diuturnam, ut pœnitentes ei obſequi recuſent, aut acceptam ex integro non exequantur „ „.

Eamdem Regulam tradit *S. Franciſcus Saleſius*, in „ monitis ad Confeſſariorum inſtructionem editis, „ cap. 8. Monet quippe Confeſſarium ab impoſitio„ ne pœnitentiæ antiquis Canonibus præſcriptæ ab„ ſtinere poſſe, ſi pœnitentem ad eam implendam „ paratum non videat; & conſultius facturum, ſi

quamvis aliquando proprie consideratis regulis Patrum determinare possit; tum quia quandoque etiam ex industria minorem pœnitentiam imponens, plus prodest pœnitenti, quam noceat, qui forte magnitudine pœnæ posset a pœnitentia peragenda impediri propter debilitatem virtutis adhuc in eo de novo recuperatæ; & ideo negligit minus damnum, ut majus evitet; & iterum paullatim confortatus in eo divinus amor ad plura pœnitentiæ opera peragenda ipsum incitabit propria sponte, quam Sacerdos eidem secundum quantitatem peccatorum injungere potuisset „ „.

REGULA X.

Pro minori peccato gravior quandoque pœnitentia imponenda est.

Ita enim quandoque postulat spiritualis medicinæ ratio: „ „ Vel quia peccato unius difficilius potest resisti, quam peccato alterius; sicut juveni pro fornicatione imponitur major pœnitentia, quam seni, quamvis minus peccet; vel quia in uno peccatum est periculosius, sicut in Sacerdote, quam in alio; vel quia multitudo magis prona est ad illud peccatum; & ideo per pœnam unius alii sunt exterrendi „ „, inquit *S. Th.* in 4. *Sentent.* dist. 20. qu. 1. art. 1. Quæstiunc. 1.

REGULA XI.

Ægrotis significanda est pœnitentia, quam implere teneantur, si convaluerint, eaque interim imposita, quam in eo statu facile possint implere, sunt absolvendi

Hæc Regula traditur causa 26. q. 7. Canone *Ab infirmis*, qui ex *Theodori* Cantuariensis Archiepiscopi Pœnitentiali sumptus est. „ „ Ab infirmis (*inquit*) in periculo mortis positis per Presbyteros pura inquirenda est Confessio peccatorum, non tamen

Pœnitentia infirmis significanda.

men illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda; & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſublevandum, & ſi forte migraverint, ne obligati a Communione, & conſortio veniæ fiant alieni. A quo periculo ſi divinitus ereptus convaluerit, pœnitentiæ modum a Sacerdote ſibi impoſitum diligenter obſervet „„.

Idem confirmat *S. Carolus Borromæus* in Inſtructionibus de viſitatione, & cura infirmorum. „„ Pœnitentiam (*inquit*) ne ideo nimis levem imponat, quod juſta ab homine jacente non poſſit præſtari; ſi probabile ſit, quod convaleſcet, & tunc præſtare poterit, quod non potuerat jacens. Quod ſi credibile ſit, eum non amplius ſurrecturum, rationes pœnitentiæ juſtæ eliget, quæ poſſint præſtari a jacente veluti magnam eleemoſynam pro facultatum modo. Suadebit vero ſemper, ut morbi afflictiones pœnitentiæ loco libenter accipiat, Dominoque pro peccatis ſuis offerat „„.

REGULA XII.

prout neceſſum fuerit, uſque ad proximam Confeſſionem, aut donec ea memoriter didicerint „ „.

REGULA XIII.

Satisfactiones intricatas, & ex variis operum generibus, aut diverſarum orationum magno numero compoſitas, Confeſſarium pœnitentiam vulgo imponere non expedit.

Conſilium eſt *S. Franciſci Saleſii* in monitis pro Confeſſariorum inſtructione ſcriptis, cap. 8. hac ratione fultum, quod illa diverſarum orationum congeries, aut piorum operum varietas oblivionem pœnitentiæ impoſitæ inducat, indeque anxietatem, & ſcrupulos pariat in animis pœnitentium. Deinde remittitur, ac tepeſcit plerumque devotio, dum pœnitens magis cogitat, quas orationes recitare, vel quid agere debeat, & quo die, quam attendat ad preces ipſas, quas fundit, aut ad opera ipſa, quæ facit.

REGULA XIV.

Sacerdos, qui eleemoſynas, vel Miſſas in Satisfactionem imponit, nec ſibi, nec Eccleſiæ ſuæ, aut monaſterio eas applicare poteſt, aut applicandas committere. Idemque in rerum incertarum reſtitutione, votorum commutatione, & aliis hujuſmodi obſervandum eſt.

Hanc Regulam plurima Concilia tradunt, ſcilicet Eboracenſe anno 1195. Can. 3. „„ Prohibemus (*inquit*) ne Sacerdos laico ad pœnitentiam venienti obtentu cupiditatis injungat, ut Miſſas faciat celebrari „„. Impoſitio pœnitentiæ ab omni ſpecie cupiditatis aliena.

Synodus Senonenſis anno 1524. „„ Caveat Confeſſor, ne de reſtitutionibus faciendis aliquid ſibi, ſeu ad utilitatem ſuam, vel ſuorum retineat, ne per hoc pœnitentes a reſtitutione retrahantur, & etiam ne ipſi non pœnitentiarii, ſed fraudulenti conſiliarii

videantur; ſed omnia in eleemoſynas, ubi fuerit major indigentia, expendantur; nec ullus Sacerdos præſumat celebrare Miſſas, quas in pœnitentia injunxerit „ „.

Odo Pariſienſis Epiſcopus in Synodo: „ Nullus (*inquit*) Miſſas, quas injunxerit, celebret „.

Statuta ſynodalia Eccleſiæ Lingonenſis: „ „ Quando Sacerdotes injungent pœnitentias de faciendo celebrari Miſſas, vel dicere aliquas orationes, vel dando pecunias, aut alias res pro eleemoſyna, non inducant ipſi Sacerdotes, quod ſibi dentur pecuniæ, vel aliæ res pro præmiſſis faciendis, niſi pœnitentes proprio motu, abſque perſuaſione Sacerdotis, vellent per Sacerdotem fieri „ „.

Statuta ſynodalia Eccleſiæ Trecenſis: „ „ Cavere debent tam Epiſcopus, quam Confeſſor, ne de reſtitutionibus faciendis aliquid retineant, ne ex cauſa pœnitens a reſtitutione retrahatur; & ne ipſi non pœnitentiarii Eccleſiaſtici, ſed fraudulenti conſiliarii videantur; ſed omnia in eleemoſynas, ubi fuerit major indigentia, expendantur. Nullus Sacerdos Miſ-

Concilium Mediolanenſe 3. Tit. 8. de iis, quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent. „ „ Si pœnitentia præſcribenda eſt aliqua pecuniæ ratione, ne ſibi Sacerdotes Confeſſarii eam pecuniam, ſed locis piis attribui curent, ut in officia, operaque pietatis erogetur; neque vero hujus pecuniæ diſtribuendæ curam ipſi ullo plane modo ſuſcipiant. Neque præterea ſibi dari curent, ſi quid eleemoſynæ cauſa pœnitenti erogandum eſt in Miſſæ ſacros Ritus faciendos „ „.

Concilium Mediolanenſe 4. ſub eodem Titulo, vetat: „ „ Ne capſulæ, loculive, colligendæ eleemoſynæ cauſa, ſive Confeſſarii uſui, ſive Eccleſiæ utilitati ea ſit, ac ne ob pium quidem ullum aliud opus, loco confeſſionalibus proximo, nedum ipſis Confeſſionalibus affigantur, apponanturve „ „. Idem prohibet Concilium Aquenſe anno 1584. Tit. *Quæ ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent.*

Statuta ſynodalia *Sifridi* Colonienſis Archiepiſcopi: „ „ Sub pœna excommunicationis prohibemus Sacerdotibus, ne Miſſas, quas pœnitentibus, ut celebrari faciant, injunxerint, aliquatenus celebrent, ſed ad alios mittant. Neque Sacerdotes inter ſe faciant conventionem de Miſſis celebrandis, ut ſi mutuo ſibi Parochianos pro celebrandis Miſſis tranſmittant „ „.

S. Carolus Borromæus in Inſtructionibus Confeſſorum: „ „ Ut Sacerdos liberius circa pœnitentem debito fungatur officio, & auctoritate in ejus utilitatem ſemper gaudeat, ab omni avaritiæ ſpecie alienus videri debet. Hinc non modo non petat, ſed nec velle ſe habere ſignificet pecuniam, aliamve rem pro ſuſcepti in Confeſſione laboris munere; imo verbis, vel potius factis, ab his omnibus abhorrere ſe demonſtret. Cum pro pœnitentia Miſſas injunxerit, ſibi, aut Eccleſiæ ſuæ, aut monaſterio dicendas non addicat. Quod idem ſervabitur in reſtitutionibus incertis, aut votorum commutatione, aliiſque hujuſmodi. Nec ipſe pecuniæ, aliuſve rei reſtituendæ

pro-

provinciam aſſumat, niſi neceſſitas ad id eum adegerit, ne ſcilicet pœnitens dignoſcatur; tumque apocham recipiat ab eo, cui reſtitutionem contulerit, quam poſtea pœnitenti tradet; ita denique ſe gerat, ut nec minimam avaritiæ labis ſuſpicionem contrahat „ „.

REGULA XV.

Publicis peccatoribus publica pœnitentia eſt imponenda, quam Confeſſarius cum privata commutare inconſulto Epiſcopo non debet.

Publica pœnitentia publicis peccatoribus imponenda.

Hanc Regulam tradit Conc. Trid Seſſ 24. *de Reformatione*, cap. 8. his verbis: „ „ Apoſtolus monet publice peccantes palam eſſe corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, unde alios ſcandalo offenſos, commotoſque fuiſſe non ſit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet; ut quos exemplo ſuo ad

Concilium Mediolanenſe 3. „„ Studeat Epiſcopus ad ſacrorum Canonum, & Trid. Concilii præſcriptum, pro publicorum delictorum gravitatis ratione, & publicam, & ſolemnem pœnitentiam in uſum revocare. Quos vero ita ſolemniter pœnitere oportet, menſe ante Quadrageſimæ initium ad ſe per Parochos deferri curet; ut primum ineunte Quadrageſima illi pœnitentia affici, tum die Cœnæ Domini Eccleſiæ reconciliari poſſint ſtatuto ſolemni ritu „„. Id confirmant Conc. Mediolanenſe 5. & Inſtructiones ab iiſdem Conciliis approbatæ. In iis, quæ Euchariſtiæ adminiſtrationem ſpectant, hæc habentur: „„ Parochus neminem peccatis publicis irretitum ad communionem excipiet, niſi prius ſcandalo publico ſatisfecerit, etiamſi Abſolutionis a pœnitentiariis, aut Confeſſoribus etiam regularibus acceptæ teſtimonium protulerit. Nec etiam admittet eos, qui juxta Concilii Trid. noſtrarumque Synodorum Decretá, ad pœnitentiam publicam, aut ſolemnem tenentur, ob publicum, & in multorum conſpectu commiſſum crimen, quodque multis ſcandalum pepererit. Siquidem pœnitentiam publice fieri neceſſum eſt juxta culpæ gravitatem, ut ſua emendatione eos ad rectam viam revocent, quos exemplo ſuo ad malum provocaverunt; niſi ipſi Parocho conſtiterit, hanc pœnitentiam publicam in aliam a nobis fuiſſe commutatam „„.

Eadem diſciplina confirmata eſt in Synodis provincialibus gallicanis poſt Tridentinum celebratis, ſcilicet Burdigalenſi anno 1583. cap. 12. *de Pœnitentia*; Bituricenſi anno 1584. cap. 21. Canone 2. &c.

Antiquis Canonibus conſona hæc diſciplina eſt. Ita namque can. *Sed illud*, diſt. 46. ſumptus ex *Origene*, Hom. 7. in Joſue: „„ Sed illud non otioſe tranſmittendum eſt, quod uno peccante ira Dei ſuper omnem populum venit. Hoc quando accidit? Quando Sacerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur,

Sacerdotalis ſeveritatis immemores, nolunt complere,
1. Tim. 5. 20. quod ſcriptum eſt: *Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant, &c* „ „. Et Can. *Si peccaverit*, cauſa 2. qu. 2. „ Ipſa corripienda ſunt co„ram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa „ vero corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſe„cretius „. Quæ *S. Auguſt.* verba ſunt.

Et Can. *In Capite*, diſt. 50. „ „ In capite Quadrageſimæ omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo civitatis, *&c* „ „. De Pœnitentia publica ſolemni ritu imponenda hic Canon loquitur. Solemnem enim pœnitentiam ſolus Epiſcopus imponere poteſt; ſolus pœnitentes ſolemni ritu reconciliare. At publicam pœnitentiam Confeſſarius quilibet approbatus in pœnitentiæ foro pro publicis peccatis imponere poteſt, niſi publicæ quoque pœnitentiæ impoſitionem Epiſcopus ſibi reſervaverit; quo in caſu peccatorem crimine aliquo publico irretitum Sacerdos ad Epiſcopum remittet.

Eadem Regula confirmatur ex can. *Manifeſta*,

habitu modeſto, demiſſis oculis, genu flexo, cum ardente face pariter orare; vel in ſolemni aliqua ſupplicatione nudis pedibus procedere; vel in Concione, quæ intra Miſſæ parochialis ſolemnia habetur a Parocho flexis, ut dictum eſt, genibus, pœnitentis animi ſigna in totius populi chriſtiani conſpectu dare, Parocho alta voce dicente; (prout ipſum inter, & pœnitentem convenerit) Infelicem illum peccatorem a Deo, quem graviter offendit, & Eccleſia, cui ſcandalo fuit, humiliter veniam precari, adſtantium omnium orationes implorare; ut pœnitentiam ejus Deo commendent; hanc peregrinationem ipſum ſatisfactionis cauſa peracturum, aut ſingulis Dominicis ſtato tempore in extrema Eccleſiæ parte ſeptem Pſalmos, aliaſve preces pœnitentiales, aut Roſarium recitaturum; vel pauperibus in Xenodochio miniſtraturum, aut in monaſterium aliquod ad certum tempus ſeceſſurum, ut pœnitentiam agat; præter alia opera ſatisfactoria, quæ ipſi in pœnitentiæ Tribunali impoſita ſunt a Sacerdote, qui Confeſſionem ejus excepit. Hoc fere modo publicam cujuſdam Mathematici pœnitentiam *S. Auguſt.* moderatus eſt, ut conſtat ex ejus Enarratione, ſive Sermone in Pſal. 61. „ Illa (*inquit*) Eccleſiæ ſitis, etiam iſtum, quem videtis, bibere vult. Iſte ex Chriſtiano, & Fideli pœnitens redit; & territus poteſtate Domini, convertitur ad miſericordiam Domini. Seductus enim ab inimico, cum eſſet Fidelis, diu Mathematicus fuit, ſeductus ſeducens, deceptus decipiens, illexit, fefellit, multa mendacia locutus eſt contra Deum... Modo, ſicut de illo credendum eſt, horruit mendacium, & multorum hominum illectorem ſe aliquando a diabolo ſenſit illectum, convertitur ad Deum pœnitens. Putamus, Fratres, de magno timore cordis accidiſſe.. Pœnitens eſt, non quærit niſi ſolam miſericordiam. Commendandus eſt ergo & oculis, & cordibus veſtris. Eum, quem videtis, cordibus amate, oculis cuſtodite... Cuſtodite vos, non vos lateat converſatio ejus, vita ejus; ut

teſtimonio veſtro nobis confirmetur vere illum ad Dominum eſſe converſum. Non enim ſilebit fama de vita ejus, quando ſic vobis & videndus, & miſerandus offertur.. Perierat ergo iſte, nunc quæſitus, inventus, adductus eſt; portat ſecum codices incendendos, per quos fuerat incendendus, ut illis in ignem miſſis, ipſe in refrigerium tranſeat. Sciatis eum tamen, Fratres, olim pulſare ad Eccleſiam. Ante Paſcha enim cœpit petere de Eccleſia Chriſti medicinam. Sed quia talis eſt ars, in qua exercitatus erat, quæ ſuſpecta eſſet de mendacio, atque fallacia, dilatus eſt, ne tentaret; & aliquando tamen admiſſus eſt, ue periculoſius tentaretur. Orate pro illo per Chriſtum. Prorſus hodiernam precem pro illo fundite Domino Deo noſtro. Scimus enim, & certi ſumus, quia oratio veſtra delet omnes impietates ejus „„. Hæc exempli gratia proponuntur; nam & alias pœnitentiæ pro publicis criminibus publice agendæ rationes, modoſque Sacerdotibus ſuggeret prudentia Spiritus, & præcipue Epiſcopis, quorum conſilium, ac voluntatem his in caſibus exquirere convenientius, ac tutius erit, ut æſtimato pondere delicti, judicent, num publicæ duntaxat, num ſolemni pœnitentiæ peccator ſit addicendus; quis ſit illi ſatisfactionis modus imponendus pro ratione ſcandali; & ſpectatis perſonæ, ſexus, ætatis, conditioniſque circumſtantiis, necnon ſignis contritionis conſideratis; ut denique videant, num forte expediat, pœnitentiam publicam in aliam commutare, quæ privatim peragatur. Quæ quidem commutatio Epiſcoporum poteſtati reſervata eſt ex ſacrorum Canonum præſcripto, nec ab inferioris ordinis Sacerdotibus quibuſcunque, ſive regularibus, ſive ſæcularibus, etiam Parochis, niſi cum Epiſcopi licentia fieri poteſt. Semper autem in poteſtate fuit Epiſcopi, etiam ſecundum antiquam diſciplinam, pœnitentium ſatisfactorios labores moderari, & pœnitentiæ tempus contrahere; ut probant cum alia pleraque antiquitatis eccleſiaſticæ monumenta, tum Nicæni Concici-

cilii Canon 13. „„ In his omnibus (*inquit*) propoſitum, & ſpeciem pœnitentiæ convenit explorare. Quotquot enim metu, & lacrymis, atque patientia, vel bonis operibus, rebus ipſis converſionem ſuam, non ſimulatione demonſtrant; hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum Fidelibus in oratione communicent; poſtmodum vero licebit Epiſcopo de his aliquid humanius cogitare „„.

REGULA XVI.

Pœnitentia ab uno Confeſſario impoſita, ab altero mutari non poteſt, niſi cauſa cognita, & graves ob cauſas.

Pœnitentiæ commutatio.

Conſtat enim (inquit ſacra Synodus Tridentina Seſſ. 14. de Pœnitentia, cap. 5.) *Sacerdotes judicium hoc incognita cauſa exercere non poſſe, neque æquitatem in pœnis injungendis*, moderandis, aut commutandis, *ſervare*. Quamobrem Canonibus ſancitum eſt, ut quem unus Epiſcopus a Communione ſuſpenderit, alter non admittat. Et cum publici peccatores a Germaniæ Sacerdotibus pœnitentiam accipere nollent publice peragendam, ideoque Romam ſe conferrent, & per fraudem, ac ſubreptionem a ſummo Pontifice Abſolutionem, ac indulgentiam extorquerent, Salegunſtadienſe Concilium anno 1022. decrevit, ut nihil ipſis proficerent hujuſmodi indulgentiæ, niſi cauſa cognita conceſſæ eſſent. „„ Quia multi (*inquit cap.* 5.) tanta mentis ſuæ fallunt ſtultitia, ut in aliquo capitali crimine inculpati pœnitentiam a Sacerdotibus ſuis accipere nolint, in hoc maxime conſiſi, ut Romam euntibus Apoſtolicus omnia ſibi dimittat peccata. Sancto viſum eſt Concilio, ut talis Indulgentia illis non proſit; ſed prius juxta modum delicti pœnitentiam ſibi datam a Sacerdotibus ſuis adimpleant, & tunc Romam ire, ſi velint, ab Epiſcopo proprio licentiam, & litteras ad Apoſtolicum ex eiſdem rebus deferendas accipiant „„.

Hanc Regulam confirmat *S. Raymundus*, lib. 3. §. 66. „ „ Ad illud (*inquit*) quod ultimo quærebatur: Utrum Sacerdotes poſſint facere commutationes jejuniorum, vel alterius ſatisfactionis ad petitiones ipſorum pœnitentium; credo, quod ſic, dum tamen diſcrete, & propter cauſam, & circa ſubditos ſuos, alias non „ „ „. diſt. 81. can. *Presbyter.* Idem docet *S. Antoninus*, 3. parte tit. 14. cap. 15.

REGULA XVII.

Pœnitens opera ſatisfactoria ſibi a Confeſſario impoſita ſuſcipere, & implere tenetur. Unde peccati lethalis reus eſt, qui pœnitentiam pro lethalibus peccatis ſibi præſcriptam implere negligit.

Præſcripta Satisfactio neceſſario adimplenda.

Hujus Regulæ rationem in anteceſſum protuli qu. 5. art. 6. ubi de conditionibus Confeſſionis egimus, §. 7. & illud *S. Antonini* Tit. 14. cap. 18. §. 19. „ „ Pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem, quæ ſibi imponitur a Confeſſore, facere debet; nam ſi ex negligentia omittit, cum propoſito non faciendi

Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam ergo peccato parcitur, quia fine vindicta nullatenus laxatur „„.

Hanc Regulam *S. Basilius* Homilia in illud: *Attende tibi ipsi*, confirmat: „„ Itaque (*inquit*) attende tibi ipsi, ut pro delicti proportione, hinc quoque mutueris ex admota tibi medela valetudinis instaurandæ subsidium. Magnum est, & grave peccatum; multa habes opus confessione, lacrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indivulso, & continenti jejunio. Levis est, nec intoleranda offensio, huic quoque exæquetur pœnitentia. Solum attende tibi ipsi, ut cognoscas animæ tuæ sanitatem, & morbum „„.

Idem confirmat *S. Thomas*, Quodlibeto 3. quæst. 13. art. 1. „„ Peccator (*inquit*) est debitor alicujus satisfactionis dupliciter; uno modo, ex injunctione Sacerdotis; alio modo, ex peccato commisso; unde si contingat, quod Sacerdos minorem satisfactionem imponat pœnitenti, quam sit illa, ad quam alligatur ex quantitate sui peccati, subtracto eo, quod remittitur virtute clavium, & Contritionis præcedentis; nihilominus pœnitens ad aliquid ulterius obligatur, quod si in hac vita non perficiet, in purgatorio exsolvet; & e converso, si Sacerdos imponat majorem pœnitentiam, quam pœnitens facere teneatur pensata remissione, quæ est facta per vim clavium, & Contritionem præcedentem, nihilominus pœnitens tenetur facere, quod sibi injunctum est, si adsit facultas. *Quæ vero Satisfactionis opera pœnitens* præter injunctionem expressam facit, accipiunt majorem vim expiationis culpæ præteritæ ex illa generali injunctione, qua Sacerdos dicit: *Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum.* (Unde laudabiliter consuevit hoc a multis Sacerdotibus dici) licet non habeant majorem vim ad præbendum remedium contra culpam futuram; & quantum ad hoc talis satisfactio est Sacramentalis, in quantum virtute clavium est culpæ commissæ expiativa „„.

Ex his ſequitur, pœnitentem non poſſe tuta conſcientia pœnas, quarum debitum ſupereſt, in purgatorio luendas reſervare. Lex enim ipſa naturæ præcipit, ut propoſitis duobus malis, minus eligatur; ut ſi quis ſanari poſſit a morbo lethali apertione venæ, aut abſciſſione brachii, tenetur eligere apertionem venæ: & graviſſime peccaret, ſi aliter faceret. Cum igitur homo duobus modis juſtitiæ divinæ pro peccato ſatisfacere poſſit, aut in hac vita ſe ipſum utcunque puniendo, vel in purgatorio manum Dei vindicis patiendo; purgatorii pœnam eligere non licet, ac pœnitentiæ labores longe leviores declinare.

REGULA XIX.

Satisfactio a Sacerdote injuncta majoris virtutis eſt quam ſponte ſuſcepta.

Ita docet *S. Thomas*, Quodlibeto 3. quæſt. 13. art. 1. „„ Opus (*inquit*) quod quis facit ex injunctione Sacerdotis, dupliciter valet pœnitenti; uno modo ex natura operis; alio modo ex vi clavium; cum

REGULA XXI.

Pœnitens graviorem pœnitentiam pro levioribus peccatis a Sacerdote ſibi impoſitam adimplere tenetur.

Ita reſpondet *S. Th.* in 4. *Senten.* diſt. 20. qu. 1. art. 2. Quæſtiunc. 2. ad ſecundum: „ „ Pœnitens (*inquit*) cui major condigno pœnitentia injuncta eſt, tenetur eam explere ex Sacerdotis injunctione, qui non ſolum debitum pœnæ conſiderat, ſed peccato remedium adhibet „ „.

REGULA XXII.

Pœnitens impoſitæ ſibi ſatisfactionis onus propria auctoritate alteri imponere non poteſt; & ſi alter ſatisfactionem pro ipſo ſponte ſuſceperit, non ideo ſolutus eſt ſatisfactionis obligatione, ſed per ſe ipſum ſatisfacere debet. Confeſſarius itaque permittere non debet, ut pœnitens impoſitam ſatisfactionem alteri committat adimplendam.

Hæc Regula colligitur ex Concilio Lateranenſi 4. can. 21. „ Injunctam (*inquit*) ſibi pœnitentiam pro viribus ſtudeat adimplere „. Hinc *S. Joan. Chryſ.* Hom. 5. in *Matthæum* ait: „ „ Si negligentes fuerimus, ac deſides, nec per aliorum quidem poſſumus merita ſalvari. Si vero mente vigilemus, etiam per noſmetipſos iſtud valemus efficere, & multo magis noſtro, quam alieno tuti eſſe ſuffragio. Nam & Deus gratiam nobis potius, quam aliis rogantibus pro nobis vult donare; ut hoc ipſo, quo iram in nos ejus placare cupimus, ad ſtudia meliora migremus, & fiduciam bonæ conſcientiæ colligamus. Sic enim Chananæam illam aliquando miſeratus eſt; ſic meretrici donavit ſalutem; ſic latronem e Cruce in paradiſum tranſtulit, nullius patroni, nullius precibus mediatoris inflexus. Et hæc dicimus, non ut ſupplicandum eſſe Sanctis negemus, ſed ne noſmetipſos in otium, ac deſidiam reſolvamus, & dormientes ipſi aliis tantummodo noſtra curanda mandemus. Nam

Satisfactionis onus in alterum transferri non poteſt.

Luc. 16. cum dixiſſet: *Facite vobis amicos*, non hic ſtetit, ſed adjecit, *ex iniquo Mammona*; ut ſcilicet tuum id eſſet, ac proprium. Nihil quippe hic aliud quam miſericordiæ opera deſignavit „ „.

Eadem Regula *S. Th.* ſuffragio confirmatur, in 4. *Sententiarum*, ſive Supplementi q. 13. art. 2. „ „ Nec etiam (*inquit*) exigitur quantum ad ſolutionem debiti, quod ille, pro quo fit ſatisfactio, ſit impotens ad ſatisfaciendum; quia etiamſi eſſet potens, alio ſatisfaciente pro ipſo, ipſe a debito immunis eſſet. Sed hoc requiritur, in quantum pœna ſatisfactoria eſt in remedium. Unde non eſt permittendum, quod aliquis pro alio pœnitentiam agat, niſi defectus aliquis appareat in pœnitente, vel corporalis, per quem fit impotens ad ſuſtinendum, vel ſpiritualis, per quem non ſit promptus ad portandam pœnam „ „.

Propoſitio damnata. Merito igitur hanc inter alias Propoſitionem, ut minimum tanquam ſcandaloſam, & in praxi pernicioſam damnavit *Alexander VII.* Pontifex maximus ordine decimam quintam: „ Pœnitens propria au-

autem, quæ non relinquunt aliquem effectum in ſatisfaciente, poſtquam actus tranſiit, oportet, ut iterentur, ſicut orationes, & alia hujuſmodi. Actus autem interior, quia totaliter tranſit, nullo modo vivificatur, ſed oportet, ut iteretur „„; id eſt, actum illum, quo ſatisfacere quis propoſuit in peccato mortali exiſtens, vel quo ſive ad jejunandum, ſive ad orandum, ſive ad eleemoſynam erogandam ſe voluntas ipſius applicavit, iterandus eſt a pœnitente, cum fuerit in Dei amicitiam reſtitutus.

Eamdem Regulam confirmat *S. Antoninus*, 3. P. tit. 14. c. 20. tutiuſque propterea eſſe docet, ut Confeſſarius etſi diuturnas imponat pœnitentias jejuniorum, peregrinationum, ſimiliumque operum, prout requirunt peccata, non tamen injungat diuturnas pœnitentias orationum, & præcipue his, de quorum relapſu celeri dubitat.

REGULA XXIV.

Quamvis nemo certo ſciat, ſe in ſtatu gratiæ Deo ſatisfeciſſe, iterare tamen ſatisfactionem non tenetur, niſi conſcientiam habeat peccati mortalis.

Hanc Regulam tradit *S. Th.*, art. 3. quæſtionis mox indicatæ, ad ſecundum. „„ Sicut (*inquit*) homo neſcit pro certo, utrum charitatem habuerit in ſatisfaciendo, vel habeat; ita etiam neſcit pro certo, utrum plene ſatisfecerit; & ideo dicitur Eccleſiaſtici 5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Nec tamen exigitur, quod propter hunc metum homo ſatisfactionem expletam iteret, ſi conſcientiam peccati mortalis non habeat; quamvis enim pœnam non expiet per hujuſmodi ſatisfactionem tamen non incurrit reatum omiſſionis ex ſatisfactione neglecta; ſicut nec ille, qui accedit ad Euchariſtiam ſine conſcientia peccati mortalis, cui ſubjacet, reatum indignæ ſumptionis incurrit „„.

ARTICULUS VII.

De Canonibus pœnitentialibus.

Cum neceſſaria ſit Sacerdotibus, qui Confeſſiones audiunt, Canonum pœnitentialium ſcientia, ut iis velut regulis quibuſdam dirigantur, cum ad culpæ commiſſæ gravitatem recte dignoſcendam, tum ad imponendam pro illius ratione congruam ſatisfactionem, ut Patres docuerunt, Canones pœnitentiales pro Decalogi ratione diſpoſitos a *S. Carolo Borromæo*, & ex antiquis Patribus, & Conciliis, ex pœnitentiali *Bedæ*, ex pœnitentiali *Rabani*, & pœnitentiali Romano, necnon ex *Burchardi Wormatienſis*, *Anſelmi Lucenſis*, *Yvonis Carnotenſis*, & *Gratiani* Collectionibus maximam partem deſcriptos, hic exhibere operæ pretium eſt in gratiam Parochorum, ac Sacerdotum cæterorum, qui Confeſſiones excipiunt.

CANONES POENITENTIÆ.

„ Qui auguriis, & divinationibus ſervierit, quive „ incantationes diabolicas fecerit, pœnitens erit an- „ nos ſeptem.

„ Mulier incantatrix pœnitentiam aget annum, „ vel ut alio Canone cavetur, annos ſeptem.

„ Qui herbas medicinales cum incantationibus „ collegerit, pœnitentiam aget dies viginti.

„ Qui magos conſuluerit; quive domum ſuam in- „ duxerit, aliquid arte magica exquirendi cauſa; in „ pœnitentia erit annos quinque.

„ Qui ædes magicis cantionibus luſtrat, aliudve „ tale admittit; & qui ei conſentit, quive conſulit, „ in pœnitentia erit annos quinque.

„ Qui tempeſtatum immiſſor erit, pœnitentiam „ aget annos ſeptem, tres in pane, & aqua. Qui „ vero crediderit, particepſve fuerit, annum unum „ per legitimas ferias.

„ Si quis ligaturas. aut faſcinationes fecerit, pœ- „ nitens erit annos duos per legitimas ferias.

„ Si quis ſortilegus erit, pœnitentiam aget dies „ quadraginta.

„ Si quis in codicibus, aut in tabulis ſorte ducta „ res futuras requiſierit, pœnitens erit dies quadra- „ ginta.

„ Reſpiciens furta in Aſtrolabio, annis duobus.

„ Si quis clericus, vel monachus, poſtquam Deo „ voverit, ad ſæculum redierit; pœnitentiam aget „ annos decem, quorum tres in pane, & aqua.

CANONES POENITENTIÆ,

Spectantes peccata contra ſecundum Decalogi præceptum commiſſa.

„ Quicunque ſciens pejeraverit, quadraginta dies „ in pane, & aqua, & ſeptem ſequentes an- „ nos pœniteat, & nunquam ſit ſine pœnitentia, & „ nunquam in teſtimonium recipiatur; & poſt hæc „ Communionem percipiat.

„ Qui

„ Qui perjurium in Eccleſia fecerit, pœnitentiam „ aget annos decem.

„ Qui ſciens pejerat domini impulſu, pœnitens „ erit Quadrageſimas tres, & ferias legitimas; Do„ minus autem, quia præcepit, quadraginta dies in „ pane, & aqua, & ſeptem ſequentes annos.

„ Si quis ſciens pejeraverit, alioſque in perjurium „ induxerit, pœnitens erit dies quadraginta in pa„ ne, & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & tot „ perjuria jejunabit, quot homines in perjurium in„ duxerit.

„ Si quis ſuſpicatus ſe ad perjurium induci, ex „ conſenſu jurat, pœnitentiam aget dies quadraginta, „ & ſeptem annos ſequentes, & nunquam ſine gra„ vi pœnitentia erit.

„ Si quis per cupiditatem perjurium fecerit; cari„ nam in pane, & aqua jejunet, & quamdiu vivit, „ omnes ſextas ferias. Carinæ jejunium appellatur, „ quod per quadraginta dies in pane, & aqua fie„ bat, ut Burchardus interpretatur. Quidam care-

[redacted]

„ Si quis ſe jurejurando obſtrinxerit, ut cum aliquo litiget, nec pacem cum eo reconciliet; pœnitentiam aget dies quadraginta in pane, & aqua, per annum a ſacra Communione ſegregatus; ad charitatem vero celeriter redeat.

„ Si quis per capillum Dei, aut per caput ejus juraverit; ſi ſemel neſciens fecerit, pœnitens aqua, & pane ſeptem dies victitet; ſi ſecundo, ac tertio monitus idem fecerit, dies quindecim.

„ Si per cœlum, aut per aliam aliquam creaturam; dies item quindecim,

„ Si quis blaſphemat, tamdiu pœnitens erit, quamdiu impœnitens permanſit.

„ Si quis Deum, vel B. Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum publice blaſphemaverit, pro foribus Eccleſiæ diebus Dominicis ſeptem, in manifeſto, dum Miſſarum ſolemnia aguntur, ſtet; ultimoque ex illis die ſine pallio, & calceamentis, ligatus corrigia circa collum; ſeptemque præcedentibus feriis ſextis in pane, & aqua jejunet, Eccleſiam nullo modo tunc ingreſſurus. Singulis item ſeptem illis diebus Dominicis tres, aut duos, aut unum pauperem paſcat, ſi poteſt; alioquin alia pœnitentia afficiatur; recuſans, Eccleſiæ ingreſſu interdicatur; in obitu Eccleſiaſtica careat ſepultura. Dives a Magiſtratu mulctetur pœna ſolidorum quadraginta, alioqui triginta, ſeu viginti.

CANONES PŒNITENTIÆ,

Spectantes peccata contra tertium Decalogi præceptum commiſſa.

Canones pœnitentiales.

„ Qui opus aliquod ſervile die Dominico, Feſtove fecerit; pœnitentiam aget tres dies in pane, & aqua.

„ Qui die Dominico opus terrenum fecerit.... dies ſeptem pœnitentiam aget.

„ Si

„ Si quis ante Eccleſias, vel die feſto ſaltationes „ fecerit; emendationem pollicitus, pœnitentiam „ aget annis tribus.

„ Si quis pranſus Miſſæ interfuerit, pœnitens erit „ dies tres in pane, & aqua.

„ Si quis ſacram Communionem ſumpſerit poſt „ aliquam, vel minimam deguſtationem; pœnitentiam „ aget dies decem in pane, & aqua.

„ Si quis in Eccleſia confabuletur, cum Divina „ fiunt; pœnitens erit dies decem in pane, & aqua.

„ Si quis jejunia a ſancta Eccleſia indicta violarit; „ pœnitentiam aget dies viginti in pane, & aqua.

„ In Quadrageſima, carne ſine inevitabili neceſſi- „ tate veſcens, in Paſcha non communicet, ac præ- „ terea a carne abſtineat.

„ Qui in Quadrageſima jejunium violaverit; pro „ uno die pœnitentiam aget dies ſeptem.

„ Si quis jejunium quatuor temporum non cuſto- „ dierit, pœnitens erit dies quadrageſimæ in pane, „ & aqua.

CANONES POENITENTIÆ,

Spectantes peccata contra quintum Præceptum Decalogi commissa.

„ Qui Presbyterum occiderit, pœnitentiam aget
„ annos duodecim.

„ Si quis Presbyter Presbyterum occiderit, pœ-
„ nitentiam aget annos viginti octo.

„ Si quis Presbyterum armis contra se irruentem
„ occiderit, pœnitens erit annos decem.

„ Si quis patrem, aut matrem, fratrem, aut so-
„ rorem occiderit, toto vitæ suæ tempore non su-
„ scipiat Corpus Domini, nisi in obitu; abstineat a
„ carne, & vino, dum vixerit; jejunet secunda, &
„ quarta, & sexta feria... Si autem nolenti accidit,
„ decem annis pœniteat judicio Sacerdotis.

„ Qui voluntarie filium suum, aut filiam suam, vel
„ germanum, aut germanam suam occiderit; quin-
„ que annis extra metas ipsius terræ exul fiat; dein-
„ ceps viginti annis pœniteat.

„ Quæ mulier filios suos necarit, peracta septenni
„ pœnitentia, in monasterium detrusa, monasticam
„ vitam perpetuo regulariter aget.

„ Si quæ mulier post partum, filium, filiamve spon-
„ te interfecerit, pœnitentiam aget annos duodecim,
„ & nunquam erit sine pœnitentia.

„ Paupercula, si ob difficultatem nutriendi id com-
„ miserit, annos septem.

„ Si quæ mulier sponte abortum fecerit, pœniten-
„ tiam aget tres annos; si nolens, Quadragesimas
„ tres.

„ Item Mulier partum suum perdens voluntarie
„ ante quadraginta dies, pœnitens erit annum unum;
„ si post quadraginta dies, annos tres; si vero post-
„ quam editus est in lucem, tanquam homicida.

„ Quæ sceleris occultandi causa filium necarit,
„ pœnitentiam aget annos decem.

„ Qui nolens filium oppresserit, si post Baptismum,
„ pœnitentiam aget dies quadraginta in pane, &

„ aqua, oleribus, ac leguminibus; abſtinebit ab uxo-
„ re dies totidem. Deinde pœnitens erit tres an-
„ nos per legitimas ferias; tres præterea Quadrage-
„ ſimas in anno obſervabit. Si ante Baptiſmum, qua-
„ draginta dies, ut ſupra, & quinquenni præterea
„ pœnitentiam explebit.

„ Cujus parvulus ſine Baptiſmo per negligentiam
„ moritur, tres annos pœniteat, unum in pane &
„ aqua.

„ Cujus filius ſine Confirmationis Sacramento mo-
„ ritur, parentes, quorum negligentia id factum eſt,
„ pœnitentiam agent annos tres.

„ Si quis explendæ cauſa libidinis, vel odii medi-
„ tatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur, homini,
„ aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dede-
„ rit, ut non poſſit generare, aut concipere, homi-
„ cida teneatur.

„ Qui uxorem occiderit, aut monaſterium ingre-
„ diatur pœnitentiam perpetuam acturus; aut cuncta
„ negotia ſæcularia dimittens, perpetuo abſtineat a
„ carne, ſagimine, vino, medone, mellita, cervi-

„ Si quis per iram ſubitam, aut per rixam homi-
„ nem necarit, pœnitentiam aget annos tres.

„ Si quis juſſu domini homicidium perpetrarit;
„ dies quadraginta in pane, & aqua; & præterea ſe-
„ ptem annos ſequentes per legitimas ferias jejunabit.

„ Qui homicidii auctor fuit, ob conſilium quod
„ dedit, erit in pœnitentia quadraginta dies in pane,
„ & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis.

„ Si quis caſu homicidium fecerit, pœnitens erit
„ quadraginta dies in pane, & aqua; quinquennio
„ Communione privabitur: a cibis abſtinebit arbi-
„ trio Sacerdotis.

„ Qui homicidio, quod poſtea factum eſt, conſen-
„ ſerit, pœnitentiam aget annis ſeptem; tres in pa-
„ ne, & aqua. Si autem voluerit, nec potuerit, tres
„ tantum annos.

„ Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod mem-
„ brum præciderit; pœnitentiam aget uno anno per
„ legitimas ferias; ſi cicatrix gravis eſt, & vulnera-
„ tum deformem reddit; quadraginta etiam dies pœ-
„ nitebit in pane, & aqua.

„ Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit;
„ tridui pœnitentiam aget in pane, & aqua: Cleri-
„ cus, unius anni, & menſium ſex.

„ Si quis aliquem per iram percutiens, debilitave-
„ rit; ſoluta medicamenti impenſa, ſi laicus eſt,
„ pœnitens erit quadraginta dies in pane, & aqua; ſi
„ Clericus, duas quadrageſimas, ſi diaconus, ſe-
„ ptem menſibus, ſi Presbyter, uno anno.

„ Si quis fratri ſuo, quem oderit, reconciliari
„ non vult; tamdiu in pane, & aqua pœnitentiam
„ aget, quoad reconcilietur.

CANONES POENITENTIÆ,

Spectantes peccata contra ſextum Decalogi Præceptum commiſſa.

„ Si laicus ſolutus cum fœmina ſoluta concubuerit,
„ pœnitens erit annos tres; & quanto ſæpius, tan-
„ to majori pœnitentia afficietur.

„ Uxor viro conſcio mœchata, ne in obitu quidem „ communicabitur; ſi dignam pœnitentiam egerit, „ poſt decem annos ſacram Communionem ſumet.

„ Si quis uxorem nolentem adulterium perpetrare „ coegerit; pœnitentiam aget dies quadraginta in „ pane, & aqua, & ſeptem præterea annos, e qui„ bus unum in pane item, & aqua.

„ Vir ſolutus, ſi cum alterius uxore adulterium „ commiſerit, pœnitentiam aget annos ſeptem, mu„ lier quinque.

„ Mulier ſoluta cum alterius marito adulterium „ patrans, pœnitentia afficietur decennali.

„ Si quis maritus ſemel lapſus eſt, pœnitentiam „ aget annos quinque. Si ſæpius mœchatus eſt, in „ fine vitæ eſt conveniendus; ſique promiſerit ſe „ ceſſaturum, dabitur ei Communio.

„ Si quis uxorem ſimul, & concubinam habuerit; „ in pœnitentia erit annos ſeptem, & amplius pro „ ratione culpæ.

„ Qui cum uxore ſua turpiter concubuerit, pœ-

„ Qui inceſtum fecerit (*non ita enormem*) ei alii „ annorum duodecim, alii quindecim, alii decem, „ alii ſeptem pœnitentiam conſtituunt.

„ Quicunque Sacerdos ſpiritualem filiam violave„ rit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam „ pœnitentiam aget.

„ Qui monialem violaverit, pœnitens ſit annis „ decem.

„ Presbyter, ſi fornicationem admiſerit, ſponte „ confeſſus pœnitentiam aget annos decem.

„ Qui cum brutis cojerit, pœnitentia afficietur „ annorum decem, & diuturniori etiam pro perſo„ næ conditione.

„ Qui contra naturam cojerit; ſi ſervus eſt, ſco„ pis caſtigabitur, & pœnitebit annos duos; ſi liber „ eſt, & matrimonio junctus, annos decem; ſi ſo„ lutus; annos ſeptem; pueri dies centum. Laicus „ matrimonio junctus, ſi in conſuetudine habet, „ annos quindecim; ſi clericus, de gradu amotus, „ ut laicus pœnitentiam aget; qui cum fratre tale „ ſcelus admiſerit ab omni carne abſtinebit, pœni„ tenſque erit annos quindecim; ſi clericus, diutur„ niori & graviori pœnitentia afficietur.

„ Mulier in ſe, aut cum altera fornicans, pœni„ tentia afficietur duorum annorum. Vir ſe inqui„ nans primo, dies decem; ſi iterum, dies viginti; „ ſi tertio, dies triginta; ſi nefarie agere perget, „ pœnitentiæ acceſſio ei fiet; ſi puer, dies quadra„ ginta; ſi major quindecim annis, dies centum.

„ Qui complexu fœminæ, vel oſculo polluitur, „ pœnitentiam aget dies triginta; qui contactu in„ verecundo, menſes tres.

„ Qui concupiſcit mente, ſed non potuit; dies „ decem pœnitentiam aget.

„ Qui turpiloquio, aſpectuque polluitur negligens, „ nec vero peccare voluerit, pœnitentiam aget dies „ viginti; ſi vero impugnatione tentationis & co„ gnitionis inquinatur, pœnitebit item dies viginti.

„ Quicunque lenocinium exercuerit, pœnitentiam „ aget annos duos per legitimas ferias ; item ſacram „ Communionem non accipiet niſi in fine.

„ Si quæ mulier ceruſſa, aliove pigmento ſe ob- „ linit, ut aliis viris placeat, pœnitentia afficietur „ annorum trium.

CANONES POENITENTIÆ,

Spectantes peccata contra ſeptimum Decalogi præceptum commiſſa.

„ Qui furatus eſt aliquid de Eccleſiæ ſupellectili, „ vel theſauro ; quod ſuſtulit, reddet ; & tres „ carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit.

„ Qui ſacras Reliquias furatus eſt, illis reſtitutis, „ ſeptem carinas jejunabit.

„ Pecuniam eccleſiaſticam furatus, quadruplum „ reddet ; ſi quid item de miniſterio Eccleſiæ aliquo „ modo ſurripuerit, pœnitens erit annos ſeptem.

„ Sacrilegus rerum Eccleſiaſticarum invaſor tres

„ Qui de oblationibus, quæ Eccleſiis factæ ſunt, „ aliquid retinuerit; pœnitens erit dies quadraginta „ in pane, & aqua.

„ Qui decimam ſibi retinuerit, aut dare neglexerit; „ quadruplum reſtituet, & pœnitentiam aget dies „ viginti in pane, & aqua.

„ Qui hoſpitalis domus adminiſtrator, aliquid de „ adminiſtratione ſubtraxerit; reſtituet, quod abſtu- „ lit, pœnitenſque erit annos tres.

„ Qui pauperem oppreſſerit, ejuſque bona abſtu- „ lerit; reddet ei ſuum, & pœnitens erit dies trigin- „ ta in pane, & aqua.

„ Clericus furtum capitale faciens, ſeptennii pœ- „ nitentiam explebit, laicus quinquennii, & quod „ furatus eſt, reddat.

„ Qui fregerit noctu alicujus domum, aut aliquid „ auferet, pretium reddet, & pœnitentiam aget an- „ num in pane, & aqua; ſi non reddit, annos duos.

„ Si quis furtum de re minori ſemel, aut bis fe- „ cerit, reſtituta re, pœnitentiam aget annum unum.

„ Qui rem inventam non reddit, furtum com- „ mittit; idcirco tanquam de furto pœnitentiam „ aget.

„ Si quis uſuras accipit, rapinam facit, ideoque „ quicunque illas exegerit, pœnitentiam aget annis „ tribus, uno in pane, & aqua.

CANONES POENITENTIÆ.

Spectantes peccata contra octavum Decalogi præceptum commiſſa.

Canones pœnitentiales.

„ Qui affirmaverit verum eſſe, quod falſum eſt, „ pœnitentiam aget, ut adulter, ut homicida, „ qui ſponte id facinus admiſerit.

„ Qui falſo teſtimonio conſenſerit, pœnitens erit „ annos quinque.

„ Qui proximo falſum crimen objicit, pœnitentia „ afficitur ut falſus teſtis.

„ Qui proximo peccatum imputarit, priuſquam „ eum arguerit, primum illi ſatisfaciens pœnitentiam „ aget tres dies.

„ Si quis contra proximum lingua laſcivus erit, „ triduana pœnitentia expiabitur.

„ Si quis murmuraverit, judicio Sacerdotis pœ- „ nitentiam aget pro culpæ gravitate.

„ Si quis convitium manifeſtum fratri intulerit, „ diuturna expiabitur pœnitentia pro modo peccati.

„ Si quis facile detraxerit, falſumque in hoc di- „ xerit, pœnitens erit dies ſeptem in pane, & aqua.

„ Qui falſitatem, fraudemve in ponderibus, & „ menſuris admiſerit, pœnitens erit in pane, & aqua „ dies viginti.

„ Falſarius in pane, & aqua pœnitentiam agat, „ quamdiu vivit.

CANONES POENITENTIÆ,

Spectantes peccata contra nonum Decalogi præceptum commiſſa.

„que; ſi diaconus vel monachus, tres; e quibus unum „in pane, & aqua; ſi clericus, aut laicus, annos „duos.

„Si quis in ſomniis ex immundo deſiderio pol„luitur, ſurgat, & cantet ſeptem Pſalmos pœni„tentiales; & in die triginta.

„Si clericus, aut laicus ex mala cogitatione, con„cupiſcentiaque ſemen effuderit, pœnitens erit „dies ſeptem.

CANONES POENITENTIÆ.

De ſeptem peccatis Capitalibus, ſpeciatimque de Gula, & Ebrietate.

Canones pœniten-tiales.

„Pro capitali, mortalique crimine pœnitentia „ſeptem annorum indicitur, niſi peccati gravi„tas, & perſonæ ſtatus ſeveriorem, diuturnioremque „pœnitentiam requirat.

„Pro capitali crimine, pœnitentiam aget laicus „annos quatuor, clericus quinque, ſubdiaconus ſex, „diaconus ſeptem, Presbyter decem, Epiſcopus „duodecim.

„Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane, & „aqua pœnitentiam agat dies ſeptem; ſi negligen„ter, dies quindecim; ſi per contemptum, dies qua„draginta.

„Diaconus, & alius clericus ebrius factus, ar„bitrio Sacerdotis pœnitens erit.

„Monachus ebrius, pane, & aqua menſibus tri„bus; ſi clericus, viginti dies.

„Laicus ebrioſus graviter arguatur, & pœniten„tiam agere a Sacerdote cogatur.

„Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, „pœnitentiam aget dies ſeptem; ſi per contemptum, „dies triginta.

„Qui ad bibendum invitat plus quam naturæ ſa„tis eſt, pœnitentiam agat.

„Qui præ ebrietate, & crapula vomitum fecerit, „ſi Presbyter, aut diaconus, pœnitentiam agat dies

voluerint, dicant Orationem illam deprecativam, quam pro forma hujuſmodi Abſolutionis dicere tantum conſueverunt „„.

Quarto, noſtram Propoſitionem probat *S. Th.* Opuſculo 22. cap. 2. „„ Patet (*inquit*) ex dictis Salvatoris, quod habens claves abſolvit. Præſumptuoſum ergo eſt, ne dicam erroneum, ut Sacerdos dicere non poſſit: *Ego abſolvo te*, quem Dominus abſolvere confitetur. Ad hoc etiam eſt communis conſuetudo tali forma utentium, cui aliquem contrariari, non parvæ præſumptionis eſt „„. Et in exemplum affert, quod Apoſtolus ait in Epiſt. 2 ad Corinthios: „„. Se donaſſe peccatum in perſona Chriſti, quaſi dicat, ſecundum Gloſſam, ſe abſolvere a peccato. Non eſt etiam parva auctoritas ejus, quod in Eccleſia cantatur: *Jam bone Paſtor Petre clemens accipe vota precantum, & peccati vincula reſolve tibi poteſtate tradita.* Poteſtas autem tradita Petro eſt poteſtas clavium. Poteſt ergo habens claves dicere: *Ego te abſolvo.* Nec hoc ſolum convenienter dicere poteſt, ſed & neceſſarium eſſe videtur; quia Sacra-

ne Poſtillatori fiat injuria, dicamus, quod alia ratio eſt de Abſolutione ab excommunicatione, quæ non eſt ſacramentalis, ſed magis judiciaria, juriſdictionem conſequens, & aliud de Abſolutione a peccatis in Sacramento pœnitentiæ, quæ conſequitur poteſtatem clavium, & eſt ſacramentalis. In illa enim verba efficaciam habent ab intentione dicentis; unde non refert quibuſcunque verbis utatur ad exprimendam ſuam intentionem; in Sacramentis autem verba efficaciam habent ex inſtitutione divina; unde tenenda ſunt verba determinata, conſonantia divinæ inſtitutioni. Inſtitutioni autem dicentis: *Quodcunque ſolveris, &c.* hæc verba conveniunt: *Ego abſolvo te*, ac propterea tenenda ſunt „„.

„„ Secundo ponit, quod Magiſter, qui ſententias compilavit, non poſuit hanc formam, nec aliquem Sanctorum ea legimus uſum eſſe. Contra quod dicendum eſt, quod nec magiſter formam poſuit, nec legitur alia forma, qua Sanctorum aliquis uſus fuerit; ſicut nec etiam legitur, quod aliquis hanc formam negaverit. Legitur autem, quod ipſe inſtitutor Sacramenti dixit: *Quodcunque ſolveritis*, quod eſt majus omni auctoritate „„.

„„ Inducit quoque ſic ſenſiſſe quoſdam antiquos, & famoſos magiſtros, ſcilicet magiſtrum Guilielmum de Altiſiodoro, & magiſtrum Guilielmum quondam Pariſienſem Epiſcopum, & Dominum Hugonem quondam Cardinalem; de quibus, quod ita ſenſerint, non conſtat. Sed etſi ſic ſenſerunt, nunquid eorum opinio præjudicare poterit verbis Domini dicentis Petro: *Quodcunque ſolveris &c.*? Nunquid etiam, ſi nunc viverent, præjudicare poſſent communi ſententiæ magiſtrorum Pariſils regentium, qui contrarium ſentiunt, decernentes abſque his verbis: *Ego te abſolvo*, Abſolutionem non eſſe per ſolam deprecativam orationem „„?

Objiciuntur teſtimonia Patrum, qui peccata precibus Sacerdotum remitti aſſerunt. Ita *S. Pacianus* in Paræneſi ad pœnitentiam: „ Qui fratribus peccata

„ ſua

„ ſua non tacet, Eccleſiæ lacrymis adjutus, Chriſti „ precibus abſolvitur „.

S. Auguſt. Hom. 44. c. 3. „„ Agite pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia, ut oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat: Occulte ago, apud Deum ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: *Quæ ſolveritis*, &c „„. Et lib. 3. *de Baptiſmo*, cap. 16. „ Manus impoſitio „ non ſicut Baptiſmus repeti non poteſt; quid eſt „ enim aliud niſi oratio ſuper hominem „„?

S. Leo Epiſt. 93. alias 91. ad *Theodorum* Forojulienſem Epiſcopum ſcribit, Deum ſic præſidia ſuæ bonitatis ordinaſſe: „„ Ut indulgentia Dei niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Multum utile, ac neceſſarium eſt, ut peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali ſupplicatione ſolvatur „„.

Reſpondetur primo, Patres laudatos intelligi de oratione, quæ præmittitur Abſolutioni, non vero quod Abſolutionis formula ſit ſimplex oratio. Ita reſpondet *S. Th.* 3. p. q. 84. art. 3. ad ſecundum.

Reſpondetur ſecundo, ſolemne eſſe Patribus, ut orationis nomen formis Sacramentorum tribuant, quod preces in Sacramentorum confeſſione adhiberi ſoleant, quibus verba ipſa inſeruntur, ut iis veluti gradibus ad Sacramenta perficienda, vel ſuſcipienda animus præparetur. Sic forma conſecrationis Euchariſtiæ, Canoni Miſſæ inſerta interdum precatio, & oratio dicitur a Patribus græcis & latinis, *S. Baſilio* lib. *de Spiritu ſancto*, cap. 27. *S. Auguſt.* Epiſt. 149. alias 59. ad *Paulinum*, *S. Gregorio magno* lib. 7. Epiſt. 63.

Reſpondetur tertio, Patres exponi poſſe de oratione ſuper publicos pœnitentes fundi ſolita, de qua Tertullianus: „ Tenere præterea pauperum manus, „ Viduas oblecrare, Presbyteris advolvi, orationes „ Eccleſiæ deprecari, omnia prius tentare, ne per„ eas „.

Objicitur, antiquos libros rituales, & pœnitentiales, Sacramentaria, Pontificalia ante annum ſupra mil-

milleſimum ſcripta, nullam aliam Abſolutionis formulam quam deprecatoriam exhibere.

Reſpondetur, Formulas illas, quæ ex veteribus Ritualibus, & Sacramentariis proferuntur, Abſolutionem ſacramentalem non ſpectare, ſed judicialem, & canonicam. Unde maxima pars orationum, ſive formularum illarum hunc titulum inſcriptum habet: *Orationes ad reconciliandos pœnitentes Feria 5. in Cœna Domini.* Spectant igitur publice pœnitentium reconciliationem, quæ mere cæremonialis eſt, non ſacramentalis.

Objicitur teſtimonium *Guilielmi Pariſienſis* cap. 19. *de Sacramento pœnitentiæ*, ſcribentis: „ „ Dubitandum nullatenus eſt, quin per utrumque Sacerdotem plenam gratiam ſanctificationis, & Abſolutionis recipit (*ille, qui Confeſſionem dividit*) niſi per ipſum ſteterit; neque more forinſecorum judicum pronuntiat Confeſſor, abſolvimus te, non condemnamus; ſed magis orationem facit ſuper eum, ut Deus Abſolutionem, & remiſſionem, atque gratiam ſanctificationis tribuat „ „.

Reſpondetur, ſenſum *Guilielmi Pariſienſis* eſſe, quod non auctoritate ſuprema, & abſoluta, ſed precaria peccatorem abſolvant Sacerdotes; proindeque actu; judiciali ſupplicationem præmittant. Secundo, diſcrmen intercedere inter forenſes judices, & Confeſſarium, quod illi non abſolvant præſumptum reum niſi ab hoc, aut illo crimine, de quo lis ipſi intentata fuit; iſte vero pœnitentes ab omnibus peccatis abſolvat. Unde poſt verba in objectione laudata ſubdit: „ „ Et nemo dubitat, quin poſſit, & debeat Confeſſor orare Patrem miſericordiarum, ut etiam remittat peccata, quæ nec ipſe pœnitens in ſe cognoſcit, & eidem Confeſſori recognoſcit. Unde in Abſolutione confitentium non conſueverunt dicere Sacerdotes: Dimittat tibi Deus peccata, quæ confeſſus es mihi, ſed potius omnia „ „. Certe *Alexander Alenſis* coævus, aut ſuppar *Guilielmo Pariſienſi*, meminit Abſolutionis indicativæ tanquam uſu Ec-

cleſiæ perpetuo conſecratæ, 4. p. Summæ, q. 21. M. 1. „ „ Sacerdos (*inquit*) per poteſtatem clavis Mediator eſt Dei ad hominem, & hominis ad Deum. Unde per ipſum peccator aſcendit ad Deum; & ſic eſt Sacerdos os peccatoris, ſive loquens de peccatore; & per ipſum deſcendit Deus ad hominem; & ſic eſt Sacerdos os Dei, eo quod ſeparat pretioſum a vili. Secundum quod aſcendit, habet ſe per modum inferioris, & ſupplicantis; ſecundum quod deſcendit, per modum ſuperioris, & judicantis. Secundum primum modum poteſt gratiam impetrare, & ad hoc eſt idoneus. Secundum alterum modum, poteſt Eccleſiæ reconciliare; & ideo in ſignum ejus præmittitur in forma Abſolutionis oratio per modum deprecativum, & ſubjungitur Abſolutio per modum indicativum „ „.

Objicitur teſtimonium *Franciſci Mayronis* in 4. Sententiarum, diſt. 14. qu. 1. ſcribentis, quoſdam ſuo tempore in adminiſtrando pœnitentiæ Sacramento adhuc ea formula uſos: *Abſolvat te Deus Pater*,

ARTICULUS II.

Quis ſit horum verborum ſenſus: Ego te abſolvo.

PROPOSITIO UNICA.

Senſus horum verborum: Ego te abſolvo, *non eſt*: *Declaro tibi remiſſa eſſe peccata, ſed, Tibi peccata remitto.*

Abſolutio non eſt mera declaratio remiſſionis peccatorum.

Chriſtus enim ſe illam poteſtatem diſcipulis tradere ſignificavit, quam ipſe a Patre acceperat: Joan. 20. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. Chriſtus autem Dominus non ſolum declarat remiſſa eſſe peccata, ſed ea vere remittit; igitur & Sacerdotes accepta ab ipſo poteſtate peccata dimittunt, non ſolum remiſſa eſſe declarant. Unde *S. Leo*, Ser. de Transfiguratione *ait*: „ Nec in ſolvendis, aut ligandis quorumcunque cauſis aliud ratum eſſet in cœlis, quam quod Petri „ ſediſſet arbitrio „. Et *S. Bernardus* Serm. 1. de ſanctis Petro & Paulo ait: „ Præcedit ſententiam cœli „ ſententia Petri „.

Secundo, id docet, ac definit ſacra Synodus Tridentina ſeſſ. 14. cap. 6. & can. 9. cujus hæc ſunt verba: „ „ Si quis dixerit, Abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum judicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi, & declarandi, remiſſa eſſe peccata confitenti, Anathema ſit „ „.

Tertio, idem docet *S. Th.* 3. p. q. 80. ar. 3. ad 5. „ „ Iſta (*inquit*) expoſitio *Ego te abſolvo*, id eſt, abſolutum oſtendo, quantum ad aliquid quidem vera eſt, non tamen perfecta; Sacramenta enim novæ Legis non ſolum ſignificant, ſed etiam faciunt, quod ſignificant. Unde ſicut Sacerdos baptizando aliquem, oſtendit hominem interius ablutum per verba, & facta, & non ſolum ſignificative, ſed etiam effective; ita etiam cum dicit: *Ego te abſolvo*, oſtendit hominem abſolutum, non ſolum ſignificative, ſed

etiam effective. Nec tamen loquitur quasi de re incerta; quia sicut alia Sacramenta novæ Legis habent de se certum effectum ex virtute Passionis Christi (licet possit impediri ex parte recipientis) ita etiam & in hoc Sacramento. Unde S. Aug., dicit *lib.* 2. de adulterinis Conjugiis, *c.* 9. *Non est turpis, nec difficilis post patrata, & purgata adulteria reconciliatio conjugii, ubi per claves regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum.* Unde nec Sacerdos indiget speciali revelatione sibi facta, sed sufficit generalis revelatio fidei, per quam remittuntur peccata. Esset autem perfectior expositio: *Ego te absolvo*, id est, *Sacramentum Absolutionis tibi impendo* „„.

Quarto, idem confirmat Conc. Trid. Catech. p. 2. §. 21. de pœnit. sacram. ex Sacerdotum novæ Legis excellentia supra Sacerdotes veteris Legis. „„ Neque enim (*inquit*) ut in veteri Lege Sacerdotes testimonio suo aliquem a lepra liberatum esse duntaxat renuntiabant; ita nunc in Ecclesia ea tantum potestas Sacerdotibus facta est, ut aliquem a peccatis absolutum esse declarent; sed vere tanquam Dei ministri absolvunt; id quod Deus ipse gratiæ, & justitiæ auctor, ac parens efficit „„. Hinc *S. Joan. Chrys.* lib. 3. *de Sacerdotio* ait: „„„ Corporis lepram purgare, seu verius dicam, haud purgare quidem, sed purgatos probare, Judæorum Sacerdotibus solis licebat; at vero nostris Sacerdotibus, non corporis lepram, verum animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare, prorsus concessum est „„„.

Sacerdotes tamen auctoritatem non habent absolvendi pro arbitrio, quos voluerint, sed necesse est, ut expendant eorum merita, vitam, & dispositionem, & quos dispositos repererint, absolvant, quos indispositos, non absolvant; sicut Sacerdotes veteris Testamenti potestatem non habebant pro suo arbitrio judicandi quoslibet mundos esse a lepra. Hoc sensu S. Hieronymus in cap. 16. S. Matthæi, explicans illa verba: *Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque solveris super terram, &c.* ait:

„„ Istum

„ Iſtum locum Epiſcopi, & Presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de phariſæorum aſſumunt ſupercilio, ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur; cum apud Deum non ſententia Sacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Levitico de leproſis, ubi jubentur, ut oſtendant ſe Sacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc a Sacerdote immundi fiant; non quod Sacerdotes leproſos faciant, & immundos; ſed quod habeant notitiam leproſi, & non leproſi, & poſſint diſcernere, qui mundus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum Sacerdos mundum vel immundum facit; ſic & hic alligat, vel ſolvit Epiſcopus, & Presbyter; non eos, qui inſontes ſunt, vel noxii (*id eſt, non alligat inſontes, vel noxios impœnitentes abſolvit*) ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit, qui ligandus ſit, quive ſolvendus „.

Hæc autem verba: *Ego te abſolvo*; catholico, quem expoſuimus, ſenſu intellecta: „ Non minus vere de illo etiam homine Sacerdos pronuntiat, qui prius ardentiſſimæ contritionis vi, accedente tamen Confeſſionis voto, peccatorum veniam a Deo conſecutus ſit „; ut docet Conc. Trid. Catechiſmus. Contritio enim perfecta peccata non delet, ac remittit, niſi in ordine ad Eccleſiæ claves, & ad Sacramentum, quod his verbis: *Ego te abſolvo*, perficitur, & exhibetur; quæ quidem verba tam ex Chriſti inſtitutione, quam ex Eccleſiæ, & miniſtri intentione ſignificant effectum, quem Sacramentum per ſe operatur, ſi aliunde nihil obſtet. Quamobrem a S. Pio V. merito damnati ſunt illi Michaelis Baji art. 54. „ Abſolutione Sacerdotis proprie reatus peccati duntaxat tollitur, & miniſterium Sacerdotis ſolum liberat a reatu. *Et* 55. Peccator pœnitens non vivificatur miniſterio Sacerdotis abſolventis; ſed a ſolo Deo, qui pœnitentiam ſuggerens, & inſpirans, vivificat eum & reſuſcitat; miniſterio autem Sacerdotis ſolus reatus tollitur „. Damnati Baji Articuli.

ARTICULUS III.

REGULÆ PRAXIM SPECTANTES

Circa Abſolutionem.

REGULA I.

Obviis quibuſque concedenda non eſt Abſolutio; ſed iis omnibus neganda, quorum nulla, vel ficta converſio; iis differenda, quorum dubia, & incerta pœnitentia eſt.

Quibus concedenda vel neganda Abſolutio.

Leges enim, quas Chriſtus miniſtris ſuis præſcripſit, exigunt, ut peccata illis duntaxat relaxent, qui ea oderunt; qui lavant ſe, ac mundant pœnitentiæ Baptiſmo; qui malum cogitationum ſuarum auferunt non ſolum ab oculis hominum, ſed etiam ab oculis Domini; qui peccatum, ejuſque occaſiones fugiunt, & bene operari diſcunt; qui de omnibus peccatis pœnitentiam agunt, & promptum ad omnia præcepta cuſtodienda gerunt animum; qui corde novo per juſtitiæ amorem ſibi facto, projiciunt

Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite. Si his legibus Deus veniam delictorum pollicetur, non eſt in hominis poteſtate aliis legibus eam impertiri. Non eſt ſervus major Domino ſuo; nec amplior eſt poteſtas diſpenſatoris, quam voluntas Principis.

In Evangelio datur hominibus poteſtas remittendi peccata, ſed iis, qui pœnitentiam egerint, dicente Chriſto Matth. 4. *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum.* Et Lucæ 13. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.* Sub hac pœnitentiæ conditione *S. Petrus* adultis promittit per Baptiſmum peccatorum remiſſionem, Act. 2. *Pœnitentiam* (inquit) *agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum.* Iis igitur, quos vere non pœnitet, peccata non remittuntur. Hinc *S. Auguſt.*, in Pſ. 32. ait: „ Deus converſis ad ſe peccata donat, non „ converſis non donat „. Et *S. Fulgentius*, Epiſtola ad Venantium: „ Ipſa (*inquit*) juſtitia Dei talis eſt, „ ut averſos damnet, converſos ſalvet „. Ratio hujus ordinis eſt, quod „ Deus ſic dat peccatis veniam, „ ut juſtitiam in ipſa miſeratione, rationemque cu„ ſtodiat „; (ut loquitur *S. Petrus Chryſologus* Ser. 30.) Juſtitiam autem violaret, ſi eis, qui peccandi voluntatem non exuunt, peccatorum veniam indulgeret. Si Deus nonniſi converſis, & ſincere pœnitentibus peccata remittit, non debent, nec poſſunt ejus miniſtri ea non converſis remittere; ſi Deus converſos duntaxat ſolvit, non poſſunt, nec debent eos abſolvere, quorum ficta, aut dubia converſio eſt. „„ Quam ineptum (*inquit Tertul. lib. de Pœnitentia, c.* 6.) quam iniquum pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere; hoc eſt, pretium non exhibere, ad mercedem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere inſtituit; hac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo, qui venditant, prius nummum, quo paciſcuntur, examinant, ne ſcalptus,

neve raſus; ne adulter; etiam Dominus credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ conceſſurum. Sed differamus tantis per pœnitentiæ veritatem. Tunc opinor emendatos liquebit, cum abſolvimur. Nullo pacto. Sed cum pendente venia, pœna proſpicitur; cum adhuc liberari non meretur (id eſt, cum nos indignos venia cenſemus) ut poſſimus mereri; cum Deus comminatur, non cum ignoſcit. Peccator ante veniam deflere ſe debet, quia tempus pœnitentiæ idem quod periculi, & timoris. Furto quidem aggredi, & præpoſitum hujus rei aſſeverationibus tuis circumduci facile eſt. Sed Deus theſauro ſuo providet, nec ſinit obrepere indignos. Quid denique ait? *Nihil occultum, quod non revelabitur.* Quaſcunque tenebras factis tuis ſuperſtruxeris, Deus lumen eſt. Quidam autem ſic opinantur, quod Deus neceſſe habeat præſtare etiam indignis, quod ſpopondit, & liberalitatem ejus faciunt ſervitutem „ „.

Irrita, & falſa pax, quæ non vere pœnitentibus datur.

Propoſitionem noſtram confirmat *S. Cyprianus*, in Tract. *de Lapſis* docens, reis, qui nullos protulerunt pœnitentiæ fructus, qui nullo temporis ſpatio delicta ſua planxerunt, qui ſinceræ, conſtantiſque converſionis ſigna vitæ novitate, & ſatisfactoriis operibus non ediderunt, pacem, ſive Abſolutionem dari non debere; ſi detur, irritam, & falſam eſſe, periculoſam dantibus, & nihil accipientibus profuturam. „„ Emerſit (*inquit*) novum genus cladis; & quaſi parum perſecutionis procella ſævierit, acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulo malum fallax, & blanda pernicies. Contra Evangelii vigorem, contra Domini, ac Dei legem temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio; irrita, & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt ſanitatis patientiam, nec veram de ſatisfactione medicinam. Pœnitentia de pectoribus excuſſa eſt, graviſſimi, extremique delicti memoria ſublata eſt. Operiuntur morientium vulnera; & plaga lethalis altis, & profundis viſceribus infixa diſſimulato

lato dolore contegitur. Ante expiata delicta, ante exomologeſim factam criminis, ante purgatam conſcientiam Sacrificio, & manu Sacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini, & minantis; pacem putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant. Non eſt pax illa, ſed bellum, nec Eccleſiæ jungitur, qui ab Evangelio ſeparatur. Quid injuriam beneficium vocant? Quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Quid eis, qui flere jugiter, & rogare Dominum ſuum debent, intercepta pœnitentiæ lamentatione communicare ſe ſimulant? Hæc ſunt ejuſmodi lapſis, quod quando grando frugibus, quod turbidum ſidus arboribus; quod armentis peſtilens vaſtitas; quod navigiis ſæva tempeſtas. Solatium æternæ ſpei adimunt, arborem a radice ſubvertunt; ſermone morbido ad lethale contagium ſerpunt; navem ſcopulis, ne in portum perveniat, illidunt. Non concedit pacem facilitas iſta, ſed tollit; nec communicationem tribuit, ſed impedit ad ſalutem. Perſecutio eſt hæc alia tentatio, per quam ſubtilis inimicus impegnandis adhuc lapſis occulta populatione graſſatur; ut lamentatio conquieſcat, ut dolor ſileat, ut delicti memoria evaneſcat, ut conprimatur pectorum gemitus, ſtatuatur fletus oculorum; nec Dominum graviter offenſum longa, & plena pœnitentia deprecetur, cum ſcriptum ſit: *Memento, unde cecideris, & age pœnitentiam.* Cæterum ſi quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionem peccatorum dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini præcepta reſcindere; non tantum nihil prodeſt, ſed & obeſt lapſis. Provocaſſe eſt iram, non ſervaſſe ſententiam; nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare, ſed contempto Domino de ſua facultate præſumere „ „. Apoc. 2.

Tertio, Clerus Romanus ad *S. Cyprianum* ſcribens, docet converſionem cordis, ſine qua Sacerdotes remittere peccata non poſſunt, ſincerumque pœnitentiæ affectum, non cito adoleſcere ut plurimum in iis, qui poſt Baptiſmum Deum graviter offen- p. 31. inter Ep. S. Cyp.

Exitiosa properatæ Communionis venena pro salutaribus dilationum remediis porrigunt imperiti, & imprudentes conſciantiarum moderatores,

derunt, adeoque mora abſolvendi magis animarum ſaluti conſuli. Quamobrem ſugillat imperitos, & imprudentes Sacerdotes, qui pro ſalutaribus dilationum remediis, exitioſa properatæ communionis venena lapſis porrigere audent; idque Romanam Eccleſiam minime probare ait. Reorum in dilatione Abſolutionis patientiam, veræ pœnitentiæ argumentum eſſe. „ „ Abſit (*inquit*) ab Eccleſia Romana vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere, & nervos ſeveritatis everſa fidei majeſtate diſſolvere; ut cum adhuc non tantum jacent, ſed & cadant everſorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præſtentur, & nova per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, ut miſeris ad everſionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina procedere, ſi etiam ipſe medicus, intercepta pœnitentia, indulget periculis? Si tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non eſt curare, ſed, ſi dicere verum volumus, oc-

lis proficiet petitio modeſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patientia non otioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus lacrymas; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commiſſi criminis, & pudorem. Imo ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcunt, ſi pectoris, & conſcientiæ ſuæ lethalem plagam, & ſinuoſi vulneris altos receſſus vere medica manu tractant, erubeſcant & petere, niſi quia majoris rurſum & periculi, & pudoris, auxilium pacis non petiiſſe „ „.

Quarto, *S. Joann. Chryſoſtomus*, Hom. 14. in ſecundam Epiſtolam ad Corinthios, illos Sacerdotes erga lapſos præ cæteris miſericordes eſſe docet, qui ipſos ſalutaribus pœnitentiæ vinculis diu ligant, nec ſolvunt, antequam emendati fuerint, & pœnitentiæ operibus Dominum ſibi propitium reddiderint. „ „ Quod ſi quiſpiam (*inquit*) chriſtianis hominibus convenire dixerit, humanitatem erga peccantem fratrem adhibere, diſcat ille, humanitate eum uti, qui iraſcitur, non eum, a quo præmature, qui peccat, vocatur, nec peccati ſui ſenſu afficitur. Uter enim, quæſo, febre, ac phræneſi laborantem miſericordia proſequitur, iſne, qui lecto eum ſternit, ac vinculis adſtringit, atque a noxiis cibis, & potionibus arcet, an qui ei mero ſe ingurgitandi facultatem præbet, ac ſui juris, & arbitrii eum eſſe jubet, omniaque facere, quæ ab homine ſano, atque incolumi valetudine fieri debent? An non morbum quoque hic exulcerat, qui humanitatis officio fungi ſibi videtur, cum contra ille morbum pellat, ac profliget? Eodem modo hic quoque judicamus. Humanitatis enim eſt, ægrotis non ubique indulgere, ac præpoſteris ipſorum cupiditatibus adblandiri. Nemo eum, qui apud Corinthios ſtupri crimine ſe obſtrinxerat, tam amabat, quam Paulus, qui eum ſatanæ tradi jubebat. Nemo rurſus tam eum oderat, quam ii, qui peccanti applaudebant, & obſequebantur. Atque hoc exitus rem comprobavit. Illi enim

Sacerdotes illi erga lapſos præ cæteris ſunt miſericordes, qui ipſos ſalutaribus pœnitentiæ vinculis diu ligant.

ipſius

ipſius etiam animum inflarunt, ac tumorem majorem effecerunt; hic autem tumorem compreſſit, nec ante abſtitit, quam eum integræ valetudini reddidiſſet. Atque illi quidem malum, quod jam erat, auxerunt; hic vero id quoque, quod primum contractum fuerat, evulſit. Quocirca nos etiam has humanitatis, clementiæque leges addiſcamus. Nam & tu, ſi equum videris, qui in præcipitia feratur, frœnum injicis, acriterque inhibes, ac ſæpe flagellas. Atqui cruciatus hoc eſt; verum hujuſmodi cruciatus ſalutem ei affert. Eamdem igitur erga eos, qui peccant, rationem tene. Vinculis eum, qui facinus improbum admiſit, coerce, uſque dum ipſe Deum ſibi propitium, ac placidum reddiderit. Solutum, ac liberum eum ne linquas, ne arctioribus divinæ iræ vinculis conſtringatur. Si vincula ipſe injecero, Deus non jam vinciet; ſin autem in vinculis eum non tenuero, ejuſmodi eum vincula manent, quæ frangi nullo modo queant. *Si enim nos ipſos judicaremus, non utique judicaremur.* Proinde non eſt, quod hanc rem crudelitatis, ac ſævitiæ eſſe arbitreris, ſed ſummæ clemen-

1. Cor. 11.

imò potius Sacerdotem ipſos abſque probatione pœnitentiæ abſolventem ligari; non teſtinatione, ſed mora vulnera curari; iſtis Abſolutionibus lapſos non meliores, ſed deteriores reddi. Sic ille lib. 2. *de Pœnit.* cap. 9. „„ Nonnulli (*inquit*) ideo poſcunt pœnitentiam, ut ſtatim ſibi reddi communionem velint. Hi non tam ſe ſolvere cupiunt quam Sacerdotem ligare; ſuam enim conſcientiam non exuunt, & Sacerdotis induunt; cui præceptum eſt: *Nolite Sanctum dare canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos.* Hoc eſt, immundis impuritatibus ſacræ communionis non impendenda conſortia„„.

reos, abſque pœnitentiæ probatione citius abſolvens illos non ſolvit, ſeipſum vero ligat. Matth. 7.

Et Serm. 4. in Pſal. 118. hunc verſum: *Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miſerere mei*, exponens ait: „„ Merito quia vulnus grande, ac vetus eſt, & diu ſerpens, perfectioris medicinæ remedia depoſcit, obſecrans, ut Domini legitima miſeratione curetur. Cito enim refricatur vulnus, quod ſanatum medicinæ lege non fuerit; imo etiam ſeriorem curatio ſentit profectum. Ideoque ſi virus interiora proſerpit, medicamenta foris appoſita non ſentit. Exigit ergo medicinæ ratio, ut aut ſectione, aut aduſtione curetur. Niſi enim putrefacta recidantur, aut humor inutilis decoquatur, fruſtra medicinæ manus adhibentur ad vulnera. Ideoque bonus medicus hujuſmodi ægrum legitime dicit eſſe curandum; ut poſſit medicina proficere. Lege ergo miſeretur, qui cum juſtitia, ſapientiaque miſeretur; ut ea dimittat, quæ ſcit jure poſſe dimitti; ne cum alterius miſeretur, ſeipſum legi faciat obnoxium... Conſideremus etiam, ne & ipſum deteriorem faciamus, cujus miſeremur injuſte. Plerumque enim non coercere delinquentes majoris auſteritatis eſt, quam ſi ulciſcaris. Traduntur enim in paſſiones ignominiæ, quicunque inhoneſtum aliquid commiſerunt, nullumque culpæ pretium ferunt „„.

Peccatorum vulnera ſecundum divinæ medicinæ leges curanda ſunt.

Et Serm. 8. „„ Facilitas veniæ (*inquit*) incentivum tribuit delinquendi Hoc eo dictum eſt, ut ſciamus ſecundum verbum Dei, ſecundum rationem diſpen-

das eſſe docuit, ſynodalium Conſtitutionum tit. 9. cap. 5. nu. 3. & Eccleſia gallicana in generalibus Cleri comitiis congregata Pariſiis, annis 1655. 1656. 1657. Inſtructiones *S. Caroli* omnibus Regni chriſtianiſſimi Sacerdotibus gallico idiomate donatas tradens, ut juxta illas pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrent.

Eamdem Regulam confirmat *S. Thomas de Villa nova*, Sermone, quem habuit Feria 6. poſt Dominicam 4. Quadrageſimæ, qua ignavos, & laxiores Confeſſarios ſic perſtringit. „ „ O medice, cur fœtentem ſolvis? Cur indigno veniam promittis? Cur, cui abſolutionis beneficium exhibeas, non diſcernis? Duas tibi claves Dominus dedit, unam diſcernendi, alteram judicandi; abſolvendi ſcilicet, & ligandi, & tu ſine diſcretionis examine neminem ligas, omnes abſolvis; una tantum clave, neque integra quidem uteris, ſed dimidiata. *Heu! heu ventrem meam doleo! ventrem meum doleo!* In domo Dei horrendum vidi, Paſtores Domini ſui oves jugulantes, medicos populi ſui ægrotos occidentes, Judices turpibus blandientes.

Jer. 4.

fuſione, non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. O miſeri animarum non curatores, ſed interfectores; non conſultores, ſed deceptores, quid reſpondebitis Domino pro grege, quem veſtris blanditiis decepiſtis, veſtris conſiliis jugulaſtis? Quid Eccleſiam Domini hodie perdit, niſi Confeſſariorum, & Paſtorum blandiens adulatio, deliniens, demulcenſque aſſentatio? Væ miſeris! non ægritudinem, ſed contritionem, ac confuſionem peccatorum curant, quam augere debuiſſent, promittentes pacem, quibus non eſt pax, & veniam, quibus æterna damnatio parata eſt. Parvum eſt (inquiunt) nimirum humanum eſt peccare. Quis eſt homo, qui non peccat? Facilis eſt venia, ne triſteris, ne doleas; confeſſus es, abſolutus es, ſufficit tibi ad ſalutem. Vive lætus, Domini Sacramenta ſuſcepiſti, ſine dubio ſalvaberis. Sic animas mortuas, & ſecuras a ſuis pedibus mittunt, tanto miſeriores, quanto ſecuriores, vulnera liniunt, vermem conſcientiæ extinguunt, ſtimulum peccati auferunt, & ſecuros peccatores ad inferna demittunt; qui ſi timorem populo incuterent, forſitan illum a vitiis revocaſſent. Cui comparabimus adulatores iſtos, aut cui aſſimilabimus eos? Similes ſunt profecto hominibus, qui a ripa pereuntibus iu flumine manum porrigunt, & violentia fluminis ipſi cum aliis demerguntur. Unde aptiſſime ſequitur in Propheta: *Quamobrem cadent inter ruentes in tempore viſitationis ſuæ.* Corruent, dicit Dominus; pondere namque peccatorum aſſentatores ſuos poſt ſe peccatores in præcipitia rapiunt; & ſecum eos ad inferna deducunt. Hæc contra quoſdam Confeſſarios noſtri temporis pie impios, & impie pios dicta ſint, qui ne pœnitentem aliquantiſper contriſtent, illum in ſua nequitia manere permittunt„ „. Jer. 6.

Objicitur: Ad Abſolutionem ſacramentalem ex inſtitutione Chriſti nihil aliud requiri, niſi Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, ſive Satisfactionis propoſitum; ac proinde nemini, qui vere contritus, integreque confeſſus ſit, ac implen-

dæ ſatisfactionis propoſitum habeat, Abſolutionem eſſe negandam, aut differendam.

Objectiones contra ſaluberrimam Eccleſiæ diſciplinam de neganda, vel differenda abſolutione peccatoribus, quorum nulla, vel dubia pœnitentia eſt, diluuntur.

Reſp. Nihil quidem aliud requiri; ſed neceſſe eſſe, ut innoteſcat Sacerdoti, qui vice Chriſti judex eſt, an pœnitens ſit vere contritus, an ejus converſio ſincera ſit; quod ex ſola Confeſſione minime perſpectum, & exploratum eſt. „ In fructu, *namque*, non „ in foliis, aut ramis pœnitentia cognoſcenda eſt. „ Quaſi arbor bona, voluntas bona; Confeſſionis „ ergo verba, quid ſunt aliud niſi folia? (*inquit*) *S. Gregorius*, ſive alius Auctor Expoſitionis in lib. 1. *Regum* inter ejus Opera editæ, lib. 6.) Deinde cor contritum, & humiliatum, cor novum, & a regnantibus peccatorum libidinibus omnino mundum, ac liberum raro in ictu oculi, plerumque ſenſim efformatur, & creatur; veraque pœnitentiæ virtus, ſine qua nemo per januam reconciliationis ad Sacramentorum Communionem admittendus eſt, ſenſim adoleſcit, & perficitur, præſertim in illis, quibus longa peccandi conſuetudo veluti altera natura facta

tenſis Epiſc. Epiſt. 228. ſcribit: „„ Cum criminalis culpa delinquentem ſeparet a capite, & a corpore, rationis ordo hoc exigit, ut internus judex tanto remittat celerius, quanto ſolus magis videt interius. Judex vero, qui tantum videt in facie, uſque adeo delinquentes ſub peccati pœna detineat, donec per manifeſtum pœnitentiæ fructum, quis ſit pœnitentis affectus, intelligat. Per internum enim gemitum ſatisfit interno judici, & idcirco indilata datur ab eo peccati remiſſio, cui manifeſta eſt interna converſio. Eccleſia vero quia occulta cordis ignorat, non ſolvit ligatum, licet ſuſcitatum, niſi de monumento elatum, id eſt, publica ſatisfactione purgatum. Hinc eſt, quod Eccleſia ſua crimina confitentes a Sacramentorum communione ſuſpendit, & in cinere, & in cilicio poſitos ab introitu Eccleſiarum ſtatuto tempore excludit, ut per hoc experiatur, ſi jam ſunt intus vivificati, cum fuerint longa pœnitentiæ maceratione probati „„.

Quando pœnitenti in pœnitentiæ tribunali adhibenda fides.

At (inquiunt) pœnitenti tam pro ſe, quam contra ſe credendum eſt. Cum ergo pœnitens ſe intimo animi dolore affici aſſerit, quod Deum offenderit ſumme bonum; cum emendationem pollicetur, cum ad ſatisfactionem ſe paratum oſtendit, ſine mora abſolvendus eſt, quantumvis in gravia peccata lapſus ſit, & relapſus, diuque in iis hæſerit.

Reſp. Pœnitenti quidem peccata ſua confitenti, eorumque ſpeciem, numerum, circumſtantias explicanti, credendum eſſe, ſicut medicus credit ægro morbi, & vulnerum cauſas aperienti, ac exponenti ubi maxime dolet; ſed quod attinet ad ſinceritatem converſionis, cum frequentes in eadem peccata prolapſiones, cum viciſſitudines perpetuæ criminum, & Confeſſionum; cum inania falſaque promiſſa multoties repetita locum relinquunt de illa dubitandi, imprudenter pœnitenti crederetur; prudenter vero ex fructibus pœnitentiæ, bonæ voluntatis, ſinceræque converſionis probatio exigitur. Minus enim fallunt opera, quam verba. Imprudentem certe medicum

nemo non cenſeret, qui ægroto crederet ei medendi rationem præſcribenti, & non ſecundum medicinæ regulas morbum ejus curaret, ſed ſecundum ejus voluntatem; parceretque ferro, cum vulneris putredo ſecanda eſt, quia forte ſe ſanum eſſe, aut periculoſum non eſſe vulnus ſuum aſſerit ægrotus. Imprudens eſſet, qui humorum cruditate nondum digeſta, potionem præberet infirmo, quam ipſi nocituram certo ſcit, aut dubitat, an ſit nocitura, quamvis aſſerat ægrotus fore ſibi ſaluberrimam. Ita imprudentiſſimus foret Sacerdos; qui animarum vulnera, ac morbos ſpiritualiter ægrotantium judicio curaret, Abſolutionemque ſtatim illis impenderet, qui in eadem peccata ſæpe lapſi, & confeſſi, quoties emendationem promiſerunt, fidem toties fefellerunt; maxime cum tot ſint in hominum animis latebræ, tot receſſus, tot poſt iterata flagitia, & illicitas cupiditates diuturna conſuetudine firmatas, offuſæ tenebræ, cæcitas tanta, ut ſeipſum peccator ſæpe non dignoſcat. „ Sæpe (*inquit S. Gregorius*) „ ſibi de ſeipſa mens hominis mentitur, fitque, ut „ aliud in intimis intentio ſupprimat, aliud tractantis „ animo ſuperficies cogitationis oſtendat „.

Deinde, credendum in tribunali pœnitentiæ reis, ſicuti in judiciis publicis creditur reo, ac teſtibus, dum ille ſuum crimen confitetur, iſti apud judicem ea deponunt, quæ facta norunt. Verum ſicut in judiciis publicis non diſcit judex, ſive a reo, ſive a teſtibus, quibus pœnis, & quanto tempore crimina caſtiganda ſint. ſed eam notitiam haurit e legibus; ita in pœnitentiæ tribunali facer judex reo credit, dum declarat, quæ crimina commiſit, & quibus in circumſtantiis; verum minime ei credere oportet, dum judicem vult docere, quam grave ſit peccatum, quantis pœnis, & quanto tempore ſua crimina caſtiganda, & curanda ſint. Nulli enim ad iſtiuſmodi minus comparati ſunt, quam illi, qui longa conſuetudine peccatis impliciti vixerunt; ſiquidem conſue-

tu-

tudo peccandi facit, ut ea vel levia; vel nulla putent, quamvis in judicio Dei graviſſima ſint.

Nec etiam peccatori in eadem peccata ſæpius relapſo facile fides habenda eſt, (ut jam monuimus) dum ſuum de peccatis dolorem, & promptam ad ſatisfaciendum voluntatem, non ex fructibus pœnitentiæ, ſed verbis fallacibus probare ſtudet. Tum enim oportet, ut dicat ſacer judex cum S. Auguſtino; „ Non audio, quid ſonet; ſed video, quid „ vivat. Opera loquuntur, & verba requirimus „? Exigat ergo Sacerdos fructus emendationis, nec credat æquivoco, & fallaci doloris ſigno, nec promiſſioni emendationis, cui ſponſor infidelis noſcitur ſæpius defuiſſe. Tr. 3 in Epiſt. S. Jo.

Reſpondetur, ad percipiendum Abſolutionis, & Communionis beneficium, ut par eſt, diſpoſitos non eſſe, & idoneos, qui magis timent male ſuſpicantium hominum judicium, quam judicium Dei viventis; magis detrimentum famæ, quam periculum animæ; magis exiſtimationis ſuæ læſionem, quam Sacramentorum violationem. Huic vero timori medendum eſt, docendo abſtinentiam a ſacra Menſa, non eſſe ſemper argumentum animæ ad participationem Corporis Domini male præparatæ. Homines etiam juſtos variis de cauſis, nempe illuſione nocturna, ſomnio impuro, commotione iræ, gravedine mentis, verbo in pauperes duriore, &c. aut ſuo, aut conſcientiæ ſuæ moderatorum judicio, a Communione Corporis Domini ſæpe abſtinere. Abſolutionem differri aliquando expedire etiam iis, qui nonniſi venialiter in Dominum peccaverunt. Peccatoribus id laudi vertitur apud Deum, tum apud homines Spiritum Dei habentes, ſi vel cum Petro dicant: *Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine*; vel cum publicano a longe ſtare eligant, & non ſacræ Menſæ temere accumbere; ſi cum centurione ſe indignos arbitrentur, in quorum domum Chriſtus ingrediatur; ſi cum chananæa filiæ ſuæ, id eſt, animæ ſanitatem ferventibus precibus a Chriſto rogantes, Luc. 5. 8.

canibus ſe comparent, nec Menſam dominicam ſuperbe invadant, ſed micas humiliter quærant. Denique Abſolutionis negatio vel dilatio negotium eſt, quod pœnitentem inter, & Sacerdotem tranſigitur, nec alteri cuipiam revelatur, ſicut nec peccata, quæ confeſſus eſt.

Objiciunt, ſe forte ſine Abſolutione morituros, niſi hoc illis beneficium ſtatim poſt Confeſſionem conferant Sacerdotes.

Reſp. Ipſis non obfuturam Abſolutionis dilationem, ſi ex animo peccata deteſtentur, & pœnitentiam agant; nec ipſos perituros, ſi pœnitentiam agentes, & totis viribus in emendationem veteris vitæ incumbentes, morte intercipiantur. Unde SS. Patres quotidiana ſubitæ mortis non ignorantes pericula; Abſolutionis tamen gratiam pœnitentibus differebant; donec fructibus dignis pœnitentiæ fidem feciſſent, ſe cor novum, & ſpiritum novum a Domino accepiſſe. Et Eccleſia Dei miſericordiam non defuiſſe confidebat pœnitentibus, qui abſque reconciliatione fuerant morte ſubita intercepti, dum per-

REGULA II.

Abſolutio his verbis conferri non debet: *Abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, contritis, confeſſis, & oblitis.*

Abſolutionis formula.

Hæc enim tria poſtrema verba aut ſuperflua ſunt, aut in formam Sacramenti contra Eccleſiæ univerſalis uſum intruſa. Ac illud quidem, *Contritis*, ſi de contritione perfecta intelligatur, perperam ponitur, & contra Eccleſiæ doctrinam, ſiquidem contritio imperfecta, quæ attritio dicitur, ſufficit ad Abſolutionem obtinendam; illa vero, *Confeſſis, & oblitis*, ſunt ſuperflua; quia „ Reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in univerſum ea„dem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur„; ut docet Synodus Tridentina ſeſſ. 14. cap. 5. Quamobrem, nec Eccleſia Romana cæterarum Mater, & magiſtra, nec aliæ Eccleſiæ hæc verba in forma Abſolutionis nunc admittunt; quamvis olim in Ritualia quædam irrepſerint, & in Eccleſiis quibuſdam uſurpata fuerint, etiam in Romana, ut conſtat ex libro, cui titulus eſt: „„ Sacra inſtitutio baptizandi, aliaque Sacramenta, quæ ſimplex Sacerdos conferre poteſt, adminiſtrandi juxta Ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex Decreto ſacroſancti Concilii Trid. reſtituta„„ Qui Liber Romæ primum anno 1581. *Gregorio XIII.* in Cathedra S. Petri ſedente, deinde Lugduni an. 1589. tum Pariſiis an. 1594. 1607. & 1614. editus eſt. Eadem verba leguntur in Sacramentario ad uſum Lugdunenſis Eccleſiæ edito anno 1548. in Rituali Senonenſis Eccleſiæ, auctoritate *Nicolai Pelvæi* Archiepiſcopi edito anno 1551. Inſtructione generali de pœnitentia. In Libro rituali, cui titulus eſt: *Catechumenum ſecundum Ordinem Romanæ Eccleſiæ, necnon morem Bononienſis Eccleſiæ*; edito anno 1566. Item in Rituali Catalaunenſis Eccleſiæ, quod auctoritate *Hieronymi* Epiſcopi editum eſt an. 1569. in Rituali Aurelianenſi, quod in lucem prodiit anno 1581. & Carnotenſi, edito anno 1614. in Inſtructione generali de pœni-

tentia. Verum hæc verba, *Contritis, confeſſis, & oblatis*, e formula Abſolutionis expungenda eſſe, ſatis ſignificant Conc. Trid., ejuſdemque Concilii Catechiſmus. Item Synodus Lingonenſis anno 1404. celebrata, Senonenſis an. 1524. Aquenſis anno 1585. hanc Abſolutionis formulam tradentes: *Ego abſolvo te a peccatis tuis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Denique *S. Carolus Borromæus* in Sacramentali, in inſtructione Sacramenti pœnitentiæ, de abſolvendi ritu hæc habet.

„„ Pœnitentiam Confeſſarius imponit; remedia peccatorum tradit; mox, ſi tunc abſolvendus eſt, dicit diſtinctis verbis, ut a pœnitente audiatur, capite aperto, & manibus junctis: *Miſereatur tui omnipotens Deus; & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.* Pœnitens reſpondet: *Amen.* Deinde ſignum Crucis dextra formans verſus pœnitentem, dicit: *Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus.* Pœnitens reſpondet: *Amen.* Dein-

REGULA III.

Abſolutio ſub conditione de præſenti eſt illicita, ſub conditione de futuro irrita eſt.

Chriſtus enim formam certam, non dubiam, & conditionatam inſtituit; nec uſurpat, aut approbat Eccleſia, niſi dubitet Sacerdos, utrum Abſolutionis verba protulerit, qua in hypotheſi ſub hac verborum formula abſolvere poteſt: *Si non es abſolutus, ego te abſolvo.* Sicut in ſimili dubio rite confertur Baptiſma ſub hac forma: *Si non es baptizatus, ego te baptizo.* Poteſt etiam, imo & debet apponi conditio, cum de moribundo, qui facta, vel inchoata Confeſſione, aut poſtulato Sacerdote abſolvitur, vel ex probabili vitæ chriſtiane, pieque tranſactæ teſtimonio judicatur abſolvendus, dubitatur, utrum vivat, vel animam emiſerit. Sic fabrum quemdam ex fabrica S. Petri Romæ cadentem videns *Clemens VIII.* Pontifex maximus abſolviſſe fertur ſub hac formula: *Si es capax, abſolvo te a peccatis tuis*; ut refert *Homobonus* in examine Eccleſiæ, p. 1. Tr. 7. cap. 17. q. 84. Alias appoſitio conditionis præſentis illicita eſt, quamvis irritam Abſolutionem non faciat, ſi revera poſita ſit conditio; ut ſi quis dixerit: „ Si ſinceram habes reſtituendi „ voluntatem, aut coram Superiore te ſiſtendi, ego te „ abſolvo a peccatis tuis. Unde exterminanda eſt „ hujuſmodi ſuperſtitio ab Eccleſia Dei „; (inquit Cardinalis *Cajetanus.*) Appoſitio autem conditionis futuræ Abſolutionem irritam reddit; v. g. cum dicit Sacerdos: *Si reſtituveris, cum inimico reconciliatus fueris, ſi Satisfactionem tibi impoſitam impleveris, abſolvo te.* Non eſt enim in poteſtate Sacerdotis, ut Sacramentum nunc conferat, illiuſque ſuſpendat effectum ad tempus uſque conditionis implendæ. „ „ Sacrilegus ergo eſt abuſus iſte Formæ Sacramentalis (*inquit Cajetanus*) fit enim injuria Sacramento, dum perficitur modo excludente fructum Sacramenti ex indebita intentione Miniſtrantis „ „. Et eadem ratione non

eſt. Cum iis vero, qui ea capita recitare neſciunt, aut difficile diſcere poſſunt, agat ad præſcriptum eorumdem Conciliorum. At vero omnino perquirat, ſi rudes quidam homines ad Confeſſionem accedentes Fidei articulos ignorent, & ſi opus eſſe viderit, doceat; ita ut explicite eos, & intelligenter ſciant, non autem quaſi recitantes tantum ,, ,,. Si quis vero, vel præ ſenectute, vel præ ingenii hebetudine, vel alia cauſa, ſe non poſſe diſcere Orationem dominicam, Salutationem angelicam, Symbolum Apoſtolorum, Dei, & Eccleſiæ Mandata, dixerit, nec vero ſcholas doctrinæ chriſtianæ adire velit, hujus Confeſſio abſque Epiſcopi conſilio, & facultate non eſt audienda, ut decernunt Concilium Mediolanenſe 5. provinciale, & diœceſanum 11.

Quod Patresfamilias ſpectat, idem *S. Carolus* in laudatis inſtructionibus Confeſſorum, ſtatuit, ut ,, ,, Patres, ac matres-familias, qui ſuos filios, filias, ſervos, & ancillas (qua de re particulatim interrogabuntur) ſupradicta doctrinæ chriſtianæ capita ad-

Parocho, poterit eos absolvere; sed si sæpius moniti, nullatenus emendati fuerint, proroget illis Absolutionem, donec sinceræ emendationis argumenta aliquo temporis spatio dederint „„.

Hanc Regulam confirmavit *Innoc. XI.* Pontifex maximus, hac inter alias propositione damnata: „„ Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysteria SS. Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi„„. Hanc etiam Propositionem in Christi Mediatoris nomen contumeliosam, erroneam, & hæreticam esse judicavit, & declaravit Conventus generalis Cleri gallicani anno 1700. Propositio damnata.

REGULA VII.

Neganda est Absolutio iis, qui nimio vestium ornatu debita contrahunt, quibus solvendis pares esse non possunt, earumve luxu, & immodestia pudicitiam lædunt.

Hanc Regulam ibidem tradit S. Carolus. „„ Nec eos etiam absolvat (*inquit*) qui in vestium splendore, aut superfluo corporis ornatu mortaliter peccant. Et quia hodie sæculi pompæ, & vanitates ad summum creverunt, potissimum ex culpa, & negligentia Confessariorum, qui ab hoc peccato pœnitentes suos inconsideratius absolvunt, & nullum fortassis ea de re scrupulum ipsis movent, aliquos hic casus designare placuit, in quibus mortaliter peccat, cui cordi est nimius ille luxus, ut juxta præscriptas Regulas se gerant in illorum Absolutione.

Quisquis igitur utitur hac pompa, ut alios ad peccatum mortale pelliciat, reus ipse sit mortalis peccati; aut si ex illius occasione violat ipse, vel aliis auctor est, & causa, cur violent Dei, vel Ecclesiæ præcepta; ut si festo die laboret, vel alios laborare compellat; vel Sacro non interfit; aliosve, ne interfint, impediat. Si quæ uxor maritum, aut quemlibet alium,

cui

cui rei familiaris cura commiſſa ſit, ad nimios ſumptus cogat, quos ſciat, aut probabiliter ſuſpicetur, odia, diſſenſioneſque domeſticas parere ; maritum, vel alios compellere ad blaſphema verba, ad turpes, & illicitos quæſtus, vel contractus, ad reſecandas eleemoſynas, quas alioqui erogare tenetur ; ad ea omittenda, quæ ex aliorum piis legatis facienda in ſe receperat, fraudando ære ſuo creditores, retinendam, aut differendam operariorum mercedem ; ad novum æs alienum contrahendum, cui ſolvendo ſtato tempore par eſſe non poſſit (quod nuſquam contingit ſine gravi proximi detrimento) ſi impediat, ne filiæ jam nubiles collocentur, quod eas in caſus infauſtos ſæpe inducit: denique ſi merito timendum eſt, ne ex pompis hujuſmodi alia peccata naſcantur : in iis omnibus caſibus ſuperflui ornatus, pomparumque uſus, mortale peccatum eſt. Et quoniam vix fieri poteſt, ut is, cujus expenſæ proprias facultates excedunt, aut neſciat, aut non poſſit, vel non debeat ſcire, nimios hos ſumptus ſimilibus peccatis locum dare, generatim hoc judicium ferri poteſt, hujuſ-

REGULA VIII.

Neganda illis eſt Abſolutio, qui occultas, vel apertas cum proximo inimicitias exercent, & odium deponere nolunt, neque cum inimicis reconciliari.

Hanc Regulam tradit *S. Carolus* in Inſtructionibus Sacramenti pœnitentiæ; eaque Salvatoris noſtri ſententia eſt, Matth. 6. *Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.* Hinc eos, qui litibus implacabilibus ad invicem diſſident, ſtatim reconciliari: „ Quod ſi renuerint pacem ſuſcipere, ab Eccleſia ejici, *Canones* „ *jubent*, uſquequo ad charitatem redeant „. Quod Conc. Nannetenſis Can. 2. ſancitum eſt. Idemque decretum eſt Conc. Carthag 4. Can. 93. Arelatenſis 2. Can. 50. Agathenſis Can. 23. Ilerdenſis Can. 7. Toletani 11. Can. 4. & Troslejani Can. 12. quos alibi deſcripſimus.

REGULA IX.

Qui reſtitutioni, aut ſatisfactioni ſunt obnoxii, quia proximum, vel in fama, vel in rebus læſerunt, non ſunt abſolvendi, niſi debita reſtitutio, aut ſatisfactio prius intercedat.

Ita *S. Carolus* in inſtructionibus Confeſſorum, eos ſolos excipiens a reſtitutione Abſolutioni præmittenda, quos gravis, & periculoſa infirmitas, aut impotentia excuſat, ne ſtatim hac obligatione perfungantur. Notum illud *S. Auguſt.* Epiſt. ad *Macedonium* 163. olim 54. „ „ Peſſimum hominum genus commemoras, cui pœnitendi mediclna omnino non prodeſt. Si enim res aliena, propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur; ſi autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; ſed ut dixi, cum reſtitui poteſt „ „. Quod in corpus juris, can. *Si res aliena*, cauſa 14. qu. 6. tranſcriptum eſt,

eſt, & ab *Alex. III.* laudatur cap. *Cum tu*, Extra, *de Uſuris*, & relatum eſt inter Regulas juris in ſexto, his verbis: *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.* Sola autem reſtitutionis promiſſione facta pœnitentem abſolvi non debere, maxime ſi alias reſtitutionem, aut ſatisfactionem promiſit, & fidem fefellit, ſed Abſolutionem illius eſſe differendam, donec revera ſatisfecerit, ac reſtituerit, Concilia docent.

Ita Synod. Mediolanenſis 1. ſub S. Carolo Borromæo: „„ Caveant Confeſſores, ne ante debitam ſatisfactionem illos abſolvant, quibus cum facultas adſit aliena reſtituendi, vel legata, quæ ad pias cauſas facta ſunt, perſolvendi, illiſque, ut id facerent, ſuperiori Confeſſione præceptum ſit, præſtare tamen neglexerunt, exceptis iis, qui periculoſe ægrotant, quos tamen moneant, ut quæ debent, quamprimum ſolvant „„.

Ita Neapolitana Synod. an. 1176. celebrata, & a *Gregorio XIII.* confirmata, cap. 16. de Sacramento pœnitentiæ: „„ Et ne quis cito manus imponens

REGULA X.

Neganda illis eſt Abſolutio, qui in occaſione proximæ peccati verſantur.

HAnc Regulam ſtabiliunt Scripturæ ſacræ, & Patrum teſtimonia, a nobis proferenda lib. 3. hujus Operis, cap. 8. art. 3. Regula 6. & Regula 31. Eamque confirmat *S. Carolus* in Inſtructione Confeſſorum: „„ Nec ii (*inquit*) poſſunt abſolvi, qui ſincerum propoſitum non habent, peccata mortalia, & eorum occaſiones fugiendi. Et quia plurimum refert, ut Confeſſarii clarius hæc intelligant, paullo fuſius ſunt explicanda „„.

„„ Peccati mortalis occaſiones vocantur, quidquid ad peccatum inducit, aut ex ſua natura, aut ex parte pœnitentis, qui in ea occaſione poſitus ita peccare conſuevit, ut probabile ſit, ex ſuo pravo habitu illum in eadem peccata lapſum iri, ſi in illa occaſione perſeveret „„.

„„ Occaſiones porro, quæ ex natura ſua inducunt ad peccatum, iſtæ ſunt; aleatorios ludos profiteri, v. gr. cartarum, & taxillorum; domum hunc in finem paratam habere, ac aleatores recipere; domi retinere, aut ſuo, aut alieno nomine, perſonam, quacum peccatur; aut alio modo cum ipſa cohabitare. In eadem converſatione, colloquiis, aſpectibus, amoriſque impudici ſignificationibus, & incentivis perſeverare. Pœnitentem ergo aliqua ex his occaſionibus, aut ſimilibus irretitum, ſi occaſio hujuſmodi ſit præſens, ut retinere concubinam, aut quid ſimile; non debet Confeſſarius eum abſolvere, niſi prius ab illa occaſione reipſa diſceſſerit, ſeque ſeparaverit. Quod autem alterius generis occaſiones ſpectat, ut aleæ profeſſionem, mutuos aſpectus, converſationem, nutus impudicos, &c. non abſolvatur pœnitens, niſi eas dimittere polliceatur; quod ſi jam alias id pollicitus ſit, nec emendatus fuerit, Abſolutio tamdiu differatur, donec emendationem perſpexerit „„.

„„ Et quia contingere poteſt, ut pœnitens nullo ex mediis, quæ ipſi proponit prudens, ac zelo ſalutis animarum fervens Confeſſarius, extricare ſe poſſit ab occaſione, illamque dimittere ſine periculo, & ſcandalo, Confeſſarius hæc adhibere debet remedia „„.

„„ Primo Abſolutionem differat, donec certa ſinceræ emendationis videat indicia. Quod ſi Abſolutionem differre non poſſit ſine periculo, vel infamia pœnitentis, & Confeſſarius talia contritionis in eo ſigna perſpexerit, debitamque ad excipienda remedia emendationi ſuæ neceſſaria diſpoſitionem obſervaverit, debet illi proponere, quæ magis opportuna, & neceſſaria videbuntur; verbi gratia illa, præcipere, ne ſolus cum tali perſona colloquatur; orationes aliquas, carniſque macerationes illi præſcribere; & frequentem imprimis Confeſſionem, aliaque ſimilia; quæ ſi pœnitens in ſe recipiat, Confeſſarius illum abſolvere poterit. Quod ſi tamen hac jam adhibita, aut a ſe, aut ab alio Confeſſario diligentia, pœnitens emendatus non fuerit, non abſolvatur, donec occaſio illa ſublata fuerit, vel agendum aliter nobis videatur. De

profeſſione ipſis periculoſa omnino abſtinere (ut ait S. Auguſt.) aut certe illam non exercere ſine licentia, & ſub moderamine probi alicujus, prudentiſque Sacerdotis, qui non debet abſolvere hominem in eo ſtatu conſtitutum, cum probabiliter judicat ad eadem peccata reverſurum, ſi in iiſdem occaſionibus perſeveret; ſed per aliquod tempus emendationem ejus oportet experiri „ „.

„ „ Qua in re invigilare eo majus operæ pretium eſt, quod Confeſſariorum hac in parte incuria in omnibus artibus, & profeſſionibus regnent plures abuſus, graviſſimaque peccata, ſine quibus jam videtur a multis, ne juſtiſſimas quidem profeſſiones exerceri poſſe „ „.

„ „ Sic, ver. gr. in Magiſtratuum, & aliorum officiorum inſtitutione, ea ſolemni ſæpe Sacramento promittuntur, quæ nunquam obſervantur „ „.

„ „ Apud Juriſconſultos, advocatos, & procuratores clientum improbitati, & injuſtitiæ contra propriam conſcientiam ſervitur „ „.

„ In militia duello, odiis, homicidiis, alea, blaſphemiis, rapinis, & impudicitiis peccari ſolet „.

„ „ Mercatores uſuras palam exercent, pro ſinceris fucatas merces plerumque proponunt, pretiis longe juſto majoribus omnia vendunt. Frequentia ſunt apud eos perjuria, fraudeſque in ſolvendis pedagiis, & vectigalibus, aliaque ab illis peccata committuntur „ „.

„ „ Artifices plurimi feſtis diebus, ut aliis, laborant; ita ut vix cultui divino unquam vacent, & Dei verba audiant & familiam ſuam eodem modo tenent occupatam. Quo fit, ut eorum plurimi vitam omnem in peccatis mortalibus traducant, qui proinde Abſolutionis capaces non debent æſtimari, niſi primum diligentia omnis adhibeatur, ut liberentur ab occaſionibus, & fortiores, quam antea reddantur. Imo Confeſſarius, accuratiori habito examine, forſan inveniet eorum aliquos nunquam recte confeſſos fuiſſe; quod ſi ita

quæ dederint, aut profeſſionis ipſis perniciosæ derelictionem, ut generalem Confeſſionem faciant, valentioraque pro ſua ſalute adhibeant remedia. „ „

„ „ Cautior, ac ſeverior ſit Confeſſarius, neceſſe eſt, circa eas actiones, & exercitia, quæ Reipublicæ inutilia ſunt, aut minime neceſſaria; quæ licet ad primam ſpeciem occaſionum ex ſe, naturaque ſua homines ad mortale peccatum inducentium non referantur, quæ propterea dimitti a quocunque debent, ad malum tamen inclinant, & ſæpiſſime pertrahunt hominem ad diverſa peccata mortalia. Hujuſmodi ſunt, choræis intereſſe, cum blaſphemis, rixæ deditis, aliiſque improbis hominibus ſæpius verſari, popinas frequentare, indulgere otio, & id genus alia, quorum occaſione ſi homo peccare mortaliter conſueverit, Abſolutionem non debet impartiri, quin his omnibus renuntiet pœnitens, & pollicitus fuerit dictam occaſionem reipſa dimiſſurum. Si tamen ſpem aliquam de ſuo pœnitente Confeſſarius concipit, ſemel, iterumque promittentem ſe occaſionem dimiſſurum, poterit abſolvere: ea tamen lege, ut deinceps Ab-

nulla ratione prævalet ; aut ſi odium in corde geſtetur, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfiat, aut ſi offendenti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quis contra juſtitiam gerat „ „.

His Conciliis præivit *S. Gregorius*, Hom. 24. in Evangelia : „ „ Sunt enim (*inquit*) pleraque negotia, quæ ſine peccatis exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, ut poſt converſionem animus non recurrat „ „. Et *S. Bernardus*, Serm. 1. de Reſur. „ „ Non ſatis (*inquit*) cecidiſſe piget hominem, qui adhuc manere diſponit in lubrico ; aut erraſſe, qui ducem non quærit. Veræ compunctionis indicium opportunitatis fuga, ſubtractio occaſionis „ „.

Denique *Innocentius XI.* Pontifex maximus ſequentes Propoſitiones inter alias pleraſque damnavit. Propoſitiones damnatæ.

„ „ Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima peccandi occaſione verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quin imo directe, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit „ „.

„ Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi „ occurrit „

„ Licitum eſt, quærere directe occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi „.

De iiſdem Propoſitionibus ita judicavit generalis conventus Cleri gallicani anno 1700. „ „ Hæ Propoſitiones ſcandaloſæ ſunt, pernicioſæ, hæreticæ, aperte repugnantes præcepto Chriſti jubentis manum, pedem, oculum quoque dextrum ſcandalizantem abſcindere, & projicere „ „.

A ſanctiſſimis illis Regulis non ſinant Confeſſarii ſe abduci falſa miſericordia erga illos, qui dicunt : Si hanc domum, ſi hoc officium, ſi hanc artem deſeram, deeſt, unde vivam. Nam contra hujuſmodi excuſationes in peccatis audiendus Dominus, qui ait : *Quærite primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Neque audiendi, qui dicunt : Matth. 6. 33.

...requentatione me ſubt
herem, quæ conſangui
Jo. 12. 43. uxori meæ ſervit, veni
Nam Salvator noſter c
gloriam hominum magis,
ergo peccandi neceſſita
neceſſitas; ut ait Tertul

REGU

Abſolutio illis neganda eſt
per ſe accuſant, e

Hanc Regulam paritei
ferenda (*inquit*) Ab
datio appareat, iis pœnite
tum dimiſſuros polliceantu
babiliter judicat ad illud r
præſertim juvenes otio de
partem conſumunt in lud
tatibus, & impudicitiis,
odiis, turpiloquio addicti,
nis ſub finem Quadrageſin
Confeſſionem; aut qui it
tius relapſi, in iis a multis a

tiam, ut quoties peccare libuerit, toties a Presbyteris ſe reconciliari expoſtulent. Ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id a ſancto Concilio jubetur, ut ſecundum formam Canonum antiquorum detur pœnitentia „ „.

Adverſus hanc alternarum prolapſionum, & Abſolutionum fœditatem ſtylum exacuerunt SS. Patres S. Cæſarius, ſeu alius Auctor antiquus Sermonis inter Auguſtinianos olim 7. *de Tempore*, nunc in appendice 117. „ „ Multi aſſidue ſe dicunt eſſe peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare. Profeſſio eſt, non emendatio; accuſatur anima, non ſanatur; pronuntiatur offenſa, non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei „ „.

S. Cregorius p. 3. *Paſtoralis*, Admonitione 31. „ „ Admonendi ſunt (*inquit*) qui admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt, ut conſiderare ſolicite ſciant, quia flendo inaniter ſe mundant, qui vivendo nequiter inquinant, cum idcirco lacrymis lavant, ut mundi ad ſordes redeant. Et qui admiſſum plangit, nec tamen deſerit, pœnæ gravioris culpæ ſe ſubjicit; quia & ipſam quam flendo veniam potuit impetrare, contemnit, & quaſi in lutoſa aqua ſemetipſum volvit; quia dum fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos ſordidas ipſas etiam lacrymas facit „ „.

S. Iſidorus lib. 2. *Sentent.*; cap. 13. „ „ Ille (*inquit*) pœnitentiam digne agit, qui ſic præterita mala deplorat, ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quaſi ſi quis lavet laterem crudum, quem quanto magis laverit, tanto amplius lutum fecit „ „.

Et cap. 16. „ „ Canis reverſus ad vomitum, eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt. Quoſdam accipere lacrymas ad pœnitentiam, & effectum pœnitentiæ non habere conſtat, quia inconſtantia mentis nunc recordatione peccati lacrymas fundunt;

Quam grave recidivarum malum

ſit frequentium in eadem peccata malum, quam infelix hominum ex peccantium ſtatus, Chriſtus explicat *Cum immundus Spiritus exierit ab homine loca inaquoſa, quærens requiem, & non licit; Revertar in domum meam, unde exivi, venerit, invenit eam ſcopis mundatam, ornatam, tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios Spiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.* Hinc ginta, & octo annis membrorum uſu decumbenti, figuramque peccatoris ex infirmitudine cadentis, atque in peccato manenti dixit, poſtquam illi ſanitatem reſtituerat, *noli amplius peccare, ne quid tibi deterius fiat.* Joan. 5. Hinc *S. Petrus*, Epiſt. 2. cap. 2. (inquit) *coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorsum ab eo, quod illis traditum eſt, ſanctum mandatum. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.*

Quam graveni Deo inferant injuriam iteratæ in eadem crimina prolapſiones.

m Deo inferant injuriam iteratæ illæ luculenter exponit *Tertullianus*, lib. cap 5. „„ Jam quidem (*inquit*) nulæ prætextum tibi patrocinatur; quod o, præceptiſque ejus admiſſis, denia delictorum functus, rurſus te in deta in quantum ignorantia ſegrega- contumacia agglutinaris. Nam ſi idiſſe pœnituerat, quia Dominum cocur, quod metus gratia geſſiſti, reti, niſi quia metuere deſiiſti? Neque alia res, quam contumacia ſubvertit. gnorantes Dominum nulla exceptio (quia Deum in aperto conſtitutum;

nunc vero reviviſcente uſu, ea, quæ fleverant, iterando committunt „ „.

Gregorius VII. Pontifex maximus, lib. 7. Epiſt. 10. „ „ Sacerdotalis (*inquit*) culminis dignitas tum imperitia, tum negligentia Sacerdotum ex longo jam tempore peccatis exigentibus fuit collapſa. Ex qua quidem re, quaſi ex peſtifera radice innumera mala exorta ſunt, adeo ut uſque ad hæc noſtra tempora, inter cætera, quæ male pullulant; vitia, falſæ nihilominus pœnitentiæ conſuetudo inoleverit „ „. His malis, ut remedium opportunum adhibeatur, Concilium in Aremorica congregari jubet. „ „ Synodale Concilium congregetur, ubi cum aliis, quæ ad ſalutem pertinent animarum, etiam de pœnitentiæ conſultatione diligentius pertractetur. Qua in re hoc ſummopere vos cavere oportet, alioſque monere debetis, quia ſi quis in homicidium, adulterium, perjurium, vel aliquid hujuſmodi lapſus, in aliquo talium criminum permanſerit; aut negotiationi, quæ vix agi ſine peccato poteſt, operam dederit; aut arma militaria portaverit, excepto ſi pro tuenda

Quam grave sit frequentium in eadem peccata prolapsionum malum, quam infelix hominum ex consuetudine peccantium status, Christus explicat *Lucæ* cap. 11. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inveniens dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios Spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.* Hinc Paralytico a triginta, & octo annis membrorum usu destituto, ac decumbenti, figuramque peccatoris ex inveterata consuetudine cadentis, atque in peccato permanentis gerenti dixit, postquam illi sanitatem restituisset; *Vade, noli amplius peccare, ne quid tibi deterius contingat.* Hinc *S. Petrus*, Epist. 2. cap. 2. *Si refugientes* (inquit) *coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis postetiora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti*

Quam grave recidivarum malum

Joan. 5.

Quam gravem Deo inferant injuriam iteratæ illæ prolapsiones, luculenter exponit *Tertullianus*, lib. *de Pœnitentia*, cap 5. „ „ Jam quidem (*inquit*) nullum ignorantiæ prætextum tibi patrocinatur; quod Domino agnito, præceptisque ejus admissis, denique pœnitentia delictorum functus, rursus te in delicta restituis. Ita in quantum ignorantia segregaris, in tantum contumacia agglutinaris. Nam si idcirco te deliquisse pœnituerat, quia Dominum coperas timere, cur, quod metus gratia gessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere desiisti? Neque enim timorem alia res, quam contumacia subvertit. Cum etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tueatur a pœna (quia Deum in aperto constitutum,

Quam gravem Deo inferant injuriam iteratæ in eadem crimina prolapsiones.

tis accreſcens, uſque ad perfectum æternitatis diem. Si Davidem audiamus, juſtum deſcribit non tanquam in juſtitia vacillantem, & quotidie deciduum, ſed *Tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum; quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium ejus non defluet, & omnia, quæcunque faciet, ſemper proſperabuntur.* Si Salomonem, juſtum ille comparat luci, non quotidie evaneſcenti, ſed continuis ſplendoris incrementis ad perfectum diem creſcenti. *Juſtorum ſemita* (inquit) *quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem.* Myſtica illa apud Ezechielem animalia: *Ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur, cum ambularent*; quia (ut explicat S. Gregorius) „ Electi ſic ad bona tendunt, ut ad mala perpetran„ da non redeant. Qui enim perſeveraverit uſque in „ finem, hic ſalvus erit „. Chriſtus juſtum inſtar domus ſupra petram fundatæ, quam nec flumina, nec venti evertant, manſurum immobilem inter tentationes ſignificat. *Omnis* (inquit) *qui audit verba*

Pſal. 1.

Prov. 4.

Ezec. 1.

S. Greg. Hom. 5. in Ezech.

Matth. 7.

TRACTATUS

De Cenſuris.

Cum ad Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem Sacerdotes notitiam cenſurarum habere debeant, tum ut de illis in ſacro Tribunali judicent, tum ne poteſtatis ſuæ fines tranſgrediantur, operæ pretium eſt, Tractatui de pœnitentia brevem, & accuratam cenſurarum tractationem per modum appendicis, & complementi ſubnectere.

CAPUT PRIMUM.

De Cenſuris in genere

ARTICULUS PRIMUS.

Quid ſit Cenſura.

Cenſura eſt *pœna ſpiritualis, inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate, privans hominem baptizatum bonorum aliquorum ſpiritualium uſu, propter animæ ſalutem.* Cenſuræ definitio.

Pœna ſpiritualis dicitur; vinculum enim eſt, quod ad animam attinet. *Ab Eccleſiaſtica poteſtate inflicta* dicitur, quia laicæ poteſtati res duntaxat terrenæ, & corpora ſubjiciuntur, non animæ; claves Regni cœlorum, ligandique, & ſolvendi animas poteſtatem chriſtiani univerſi non acceperunt; ſed Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, quibus dictum a Chriſto Domino noſtro eſt: *Quodcunque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.* Ad bonum autem Eccleſiæ regimen poteſtas ferendi cenſuras, quibus peccatores coerceantur, eorumque plectatur contumacia, omnino neceſſaria eſt. Nam „ Juriſdi„ctio nullius videretur eſſe momenti, ſi coercitio„nem aliquam non haberet „, ut dicitur Cap. *Paſtoralis*, Extra. *de Officio Delegati.* Et ut dicitur in Digeſtis, lib. 2. de juriſdictione omnium judicum: Matth. 18.

„Cui

„ Cui juriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe „ videntur, ſine quibus juriſdictio expleri non potuit „. Dicitur, *Privans hominem baptizatum*, quia homines non baptizati non ſunt ſubditi Eccleſiæ, adeoque illius cenſuris non ſubjacent: *Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt, judicare?* (inquit Apoſt. 1. ad Cor. 5.) *Nonne de iis, qui intus ſunt, vos judicatis? Nam eos, qui foris ſunt, Deus judicabit.* Dicitur, *Bonorum aliquorum ſpiritualium uſu*, quo differt a pœnis civilibus, quæ rebus duntaxat temporalibus privant. Non autem omnibus bonis ſpiritualibus privat cenſura; virtutibus namque infuſis, & earum actibus hominem non privat, ſed iis duntaxat, quæ Eccleſiæ diſpenſationi credita ſunt, ſcilicet participatione Sacramentorum, communione ſuffragiorum, functione munerum Eccleſiaſticorum, &c. Dicitur denique: *Propter animæ ſalutem*, qui cenſuræ finis eſt. Pœna enim medicinalis eſt cenſura Eccleſiaſtica, quam Eccleſia infligit, non ſolum ut puniat peccatorem, ſed ut eum ad pœnitentiam adducat, ut conſtat ex can. *Sit litteris, de Conſtitutionibus*, can. *de*

ARTICULUS II.

Quotuplex ſit Cenſura.

Cenſura Eccleſiaſtica tres ſpecies complectitur; ſcilicet Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum, ut reſpondet *Innocent. III.* cap. *Quærenti*, Extra. *de Verborum Significatione.* Unde Irregularitas pœna quidem Eccleſiaſtica eſt, non Cenſura. Quædam enim Irregularitates abſque crimine contrahuntur; nulla autem Cenſura, niſi gravis peccati reis infligitur.

Cenſura rurſus alia eſt a jure, alia ab homine.

Cenſura a jure eſt illa, quæ fertur a Legislatore cum intentione condendi legem, ſeu ſtatutum generale perpetuum, pœna Cenſuræ Eccleſiaſticæ tranſgreſſoribus indicta.

Cenſura ab homine ea eſt, quæ fertur ab homine jurisdictionem Eccleſiaſticam habente, non intentione condendi ſtatutum, aut legem perpetuam, ſed temporale, ac tranſitorium præceptum dandi in ſingulari actione, vel negotio, decreta contra inobedientes, & contumaces Cenſura.

Cenſura rurſus alia eſt latæ Sententiæ, alia Sententiæ ferendæ. Prima eſt illa, in quam ipſo facto incurritur, abſque alia ſententia judicis; altera, quæ ſolummodo eſt comminatoria, nec ipſo facto in eam incurritur ante ſententiam judicis.

Cenſura latæ Sententiæ his verbis indicatur *Ipſo jure, ipſo facto*, aut *latæ ſententiæ.* Item his verbis, *Excommunicationis ſententia innodandum*; vel *Excommunicationi ſententia innodantes.* Similem vim habent verba illa, *Sententiam excommunicationis incurrant*; vel, *Eccleſiaſtico ſubjaceant Interdicto.* Item illa, *Excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere.* Ita illa, *Sit anathematis mucrone percuſſus; anathema ſit; excommunicatus ſit.* Cenſura ferendæ Sententiæ judicanda eſt, quæ verbis futuri temporis fertur, ut cum dicitur, *Qui hoc fecerit, excommunicabitur, vel ſuſpen-*

de-

detur, aut, *Excommunicetur*, vel *ſuſpendatur*, niſi verbo futuri temporis addatur, *Ipſo facto*, *ipſo jure*, *aut latæ ſententiæ*. Item hæc verba, *Sententiam excommunicationis te noveris incurſurum*, excommunicationem comminatoriam, non latæ ſententiæ indicant; ſicut & illa, *Sub pœna excommunicationis*, *ſub interminatione anathematis*. Cum enim odia reſtringenda ſint, & in mitiorem partem interpretanda, ſecundum Regulam juris Legislator, & Superior non eſt exiſtimandus cenſuram ipſo facto incurrendam tuliſſe, niſi id verbis diſertis expreſſerit.

ARTICULUS III.

De Poteſtate ferendi cenſuras, ſeu a quibus ferri poſſint.

Poteſtas ferendi cenſuras Eccleſiæ a Chriſto tradita. Matth. 18.

Poteſtatem ferendi cenſuras Eccleſiæ a Chriſto Domino noſtro traditam eſſe, dogma fidei eſt, fundatum in illis verbis: *Quæcunque alligaveritis, &c.* Et in illis Apoſtoli 1. ad Cor. 5. *Auferte malum ex vobis ipſis*; ut explicat *S. Auguſt.* lib. 2. *Retractationum*, c. 17. & q. 39. in Deuter. Hanc poteſtatem

Apologetico cap. 39. ubi ſacros chriſtianorum conventus deſcribit. „ „ Ibidem etiam, *inquit*, exhortationes, caſtigationes, & Cenſura divina. Nam, & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur „ „.

De eadem poteſtate, *S. Hieronymus*, Epiſt. 1. ad *Heliodorum* ita ſcribit; „ „ In veteri quidem Lege quicunque Sacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo, aut gladio cervice ſubjecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens ſpirituali mucrone truncatur, aut ejectus de Eccleſia rabido dæmonum ore diſcerpitur „ „.

Et *S. Auguſt.* lib. *de Fide, & Operibus*, cap. 2. malos in Eccleſia non ita tolerari docet, ut diſciplinæ ſeveritas, ſive diligentia ſolvatur omnino, atque omittatur. „ „ Neque enim quia illam primi populi permixtionem Moyſes Dei famulus patientiſſime perferebat, ideo non in multos etiam gladio vindicavit. Et Phinees Sacerdos adulteros ſimul inventos ferro ultore confixit. Quod utique degradationibus, & excommunicationibus ſignificatum eſt eſſe faciendum hoc tempore, cum in Eccleſiæ diſciplina viſibili fuerat gladius ceſſaturus „ „.

Eccleſia denique in Conc. Oecumenicis congregata hæreticos, & ſchiſmaticos anathemate, ſive excommunicatione confixit, & graviorum criminum reos latis Cenſuris caſtigavit, tum in ſacris illis conventibus, tum extra. Et Conc. Conſtantienſe inter errores *Jo. Wiclef* iſtos Articulos damnavit: „ Nullus „ Prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius „ ſciat eum excommunicatum a Deo; & qui ſic ex„ communicat, fit ex hoc hæreticus, vel excom„ municatus „.

„ Prælatus excommunicans Clericum, qui appel-
„ lavit ad Regem, vel Concilium Regni, eo ipso
„ traditor eſt Regis, & Regni „.

„ Excommunicatio Papæ, vel cujuſcunque Prælati
„ non eſt timenda, quia eſt Cenſura Antichriſti „.

Item inter Articulos *Jo. Hus* hunc pariter damnavit: „„ Per cenſuras eccleſiaſticas Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, ad ſui exaltationem Clerus populum laicalem ſibi ſuppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichriſto „„.

Et *Martinus V.* Pontifex maximus redeuntes ad Eccleſiam Huſſitas interrogari jubet: „„ Utrum credant, quod Papa, vel alii Prælati, & eorum Vicarii in ſpiritualibus habeant poteſtatem Sacerdotes, & Laicos inobedientes, & contumaces excommunicandi, ab Officio, Beneficio, ingreſſu Eccleſiæ, & adminiſtratione eccleſiaſticorum Sacramentorum ſuſpendendi „ „.

Item: „„ Utrum credant, quod inobedientia, ſive contumacia excommunicatorum creſcente, Prælati

cundum ſenſum proprium, ac litteralem, quatenus poteſtatem retinendi, & remittendi peccata, & infligendi cenſuras, atque ab illis abſolvendi ſignificant. Quod ſolis Eccleſiæ præpoſitis, ſive Sacerdotibus convenit, ut alibi explicat, ſcilicet lib. 20. *de Civitate Dei*, c. 9. illud Apoc. 20. *Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, & judicium datum eſt*, exponens: „ Non hoc (*inquit*) putandum eſt de ultimo judicio dici; ſed ſedes præpoſitorum, & ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Judicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id, quod dictum eſt: *Quæ ligaveritis in terra, ligata erunt & in cœlo, & quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt, & in cœlo.* Unde Apoſtolus: *Quid enim mihi eſt*, inquit, *de his, qui foris ſunt, judicare? Nonne de his, qui intus ſunt, vos judicatis* „? Et Serm. 351. alias Homil. quinquageſima inter Homil. quinquaginta diſerte docet: „ Non temere, aut quomodolibet, ſed per judicium „ auferendos eſſe malos ab Eccleſiæ communione „. Illud porro judicium pertinere *Ad Antiſtites, per quos in Eccleſia claves miniſtrantur.* Et Tract. quinquageſimo in Joan. „ Si in Petro (*inquit*) non eſſet Eccleſiæ ſacramentum, non ei diceret Dominus: *Tibi dabo claves Regni cœlorum; quæcunque ſolveris in terra, ſoluta erunt & in cœlo, & quæcunque ligaveris in terra, ligata erunt & in cœlo.* Si hoc Petro tantum dictum eſt; non facit hoc Eccleſia. Si autem & in Eccleſia fit, ut quæ in terra ligantur, in cœlo ligentur, & quæ ſolvuntur in terra, ſolvantur in cœlo; quia cum excommunicat Eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus; cum reconciliatur ab Eccleſia, in cœlo ſolvitur reconciliatus; ſi hoc ergo in Eccleſia fit, Petrus quando claves accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificavit „. Lib. denique *de Corrept. & Gratia*, cap. 15. „ Corripiantur itaque (*inquit*) a præpoſitis ſuis ſubditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diverſitate diverſis, vel minoribus, vel amplioribus; Matth. 18. 1. Cor. 5.

Concilia provincialia, Archiepiſcopi, Epiſcopi habentes clerum, & populum, in ſuis provinciis, aut diœceſibus, Legati Apoſtolici, Vicarii generales Epiſcoporum, Capitulum Sede vacante, ejuſque Vicarii, Prælati regulares, id eſt, Moderatores, Generales Ordinum, Abbates, Provinciales, Priores, Guardiani, Correctores, Rectores, miniſtri, ſeu alio quovis nomine vocentur monaſteriorum, ſive religioſarum domorum Superiores; non Parochi, non Abbatiſſæ. Delegatam poteſtatem habent ferendi Cenſuras, quibus juriſdictio Eccleſiaſtica in foro exteriori demandata eſt a Superiore legitimo, vel ex legitima, & probata conſuetudine quæſita. Quæ quidem juriſdictio, nec mulieribus, nec laicis, nec Religioſis etiam viris prima tonſura nondum initiatis, neque Clericis conjugatis jure committi poteſt. De his inter Juris canonici peritos, & Theologos, qui de Cenſuris egerunt, convenit, ut Canones ad ſingulorum probationem congerere non ſit opus.

ARTICULUS IV.

proprio illius crimine ferri non poteſt. Interdictum vero id proprium habet, ut in aliquos ferri poſſit ſine culpa eorum perſonali, & propria, ut habetur ex eodem cap. *Si Sententia*; ſed tamen fertur ſemper ob peccatum ſaltem alterius, propter quod eos etiam, qui ſunt inſontes, pœnas aliquas pati minime injuſtum eſt, quatenus ad reum aliquo modo pertinent; ſicut membra quædam corporis propter alia patiuntur. Eccleſia itaque propter commune bonum, & ad majorem terrorem incutiendum ei, qui deliquit, Cenſuram interdicti aliquando etiam imponit eis, qui non deliquerunt. Atque ob eamdem cauſam quandoque locus Interdicto ſupponitur in execrationem criminis, ad rei terrorem, & ad excitandum reliquos, ut ſoliciti ſint de reo ad pœnitentiam, & obedientiam Eccleſiæ revocando.

Propter peccatum mere internum ferri Cenſura non poteſt.

II. Propter peccatum mere internum, & ſola mente, ac voluntate conſummatum ferri Cenſura non poteſt, ſed neceſſe eſt, ut in actum externum prodeat. Eccleſia enim de occultis non judicat, ſed tantum de manifeſtis, ut conſtat ex cap. *Tua nos*, & cap. *Sicut tuis*, Extra. *De Simonia*. Idque ex Apoſtolo confirmatur 1. ad Cor. 4. *Nolite* (inquit) *ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Hoc judicium ſolius Dei proprium eſſe ſignificans; quoniam *Homo videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor.* Id confirmat axioma illud juris, can. *Chriſtiana*, cauſa 32. qu. 5. *Non habent latentia peccata vindictam*; & illud: *Cogitationis pœnam nemo patitur*; cum ſcilicet intra fines cogitationis, & voluntatis ſiſtitur, nec tentatur voluntatis executio. Quamobrem cum excommunicantur credentes talem errorem, aut non credentes talem veritatem, cap. *Excommunicamus* 1. §. *Credentes præterea*, & cap *Excommunicamus* 2. §. *Si qui autem*, Extra. *De hæreticis*, ſermo eſt de illis, qui errorem ſuum verbo, vel facto exterius produnt. Atque hoc etiam ſenſu intelligenda ſunt verba Conc. 1. Reg. 16.

Gangrenſis Can. 19. relata a *Gratiano* Can. *Si quis eorum*, diſt. 30. „ Si quis jejunia Eccleſiæ putaverit eſſe „ contemnenda, perfectam in ſua conſcientia judi„ cans rationem, anathema ſit „. Hæc enim verba: *Si quis putaverit contemnenda*, ſolam exiſtimationem interiorem non ſignificant, ſed quæ prodit in actum exteriorem; quod verſio *Dionyſii exigui* clarius explicat. Hunc enim Canonem ita reddit: „„ Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in communè jejunia, & ab Eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus; anathema ſit „„.

Cenſura ob peccatum duntaxat mortale ferri poteſt.

III. Cenſura ob peccatum duntaxat mortale infligi poteſt, non quodlibet, ſed ſpeciali quadam gravitate notandum, aut quod ſcandalum generet, aut pacem perturbet, aut grave damnum afferat, quod alia via commode impediri non poſſit. Unde Conc. Aurelian. 4. Can. 2. pro levibus culpis aliquem excommunicari vetat. „„ Nullus (*inquit*) Sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis, & levi-

nitio Cenſuræ inflictionem præcedere debet ſecundum Canones. Et certe cum ſit pœna medicinalis pro delicto præterito, in quo reus permanere non vult, ferri non poteſt; alioquin vindicta eſſet, non medicina.

Id confirmat *S. Thom.* in 4. *Sententiar.* diſt. 18. qu. 2. art. 1. qu. 3. „ „ Per excommunicationem (*inquit*) judex eccleſiaſticus excommunicatos excludit a Regno quodammodo; unde cum non debeat excludere niſi indignos, nec aliquis reddatur indignus, niſi per peccatum mortale amiſerit charitatem, quæ eſt via ducens ad Regnum; ideo nullus excommunicari debet, niſi pro peccato mortali... Sed quia excommunicatio eſt graviſſima pœnarum, pœnæ autem medicinæ ſunt; ſapientis autem medici eſt, a leviori-bus medicinis incipere, & minus periculoſis; ideo excommunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali, niſi contumax fuerit; vel non veniendo ad judicium, vel ante terminationem judicii ſine licentia recedendo; vel determinationi non parendo; tunc enim poſtquam monitus fuerit, ſi obedire contempſerit, contumax reputatur, & excommunicari debet a judice jam non habente, quid contra ipſum faciat amplius „ „. Unde ſi qui Canones pro peccato præterito Cenſuram ferunt, intelligenda ſemper eſt conditio de futuro, vel quoad reſtitutionem, vel quoad ſatisfactionem, vel remotionem ſcandali; & Cenſura ligatur, qui hoc, vel illud crimen commiſit, niſi reſipiſcat, niſi ſatisfaciat, niſi ſcandalum removeat, &c. Quamquam propter peccatum præteritum infligi pœna aliqua poteſt nulla intercedente contumacia, v. g. privatio Officii, aut Dignitatis, ſeparatio ab Altari, & a Communione Corporis, & Sanguinis Chriſti certo tempore, ſed hujuſmodi pœnæ proprie Cenſuræ non ſunt. Sic exponitur Can. *Tanta*, diſt. 86. quo duorum menſium ſpatio excommunicatos eſſe decernit *S. Gregorius* illos, qui pravum conſilium Epiſcopo dederant; ita tamen, ut ſi intra illud tempus in mortis peri-

Hominem porro una jam Cenſura ligatum, altera non tantum diverſæ, ſed ejuſdem etiam ſpeciei ligari poſſe, totque Cenſuras contrahi, quot numero patrantur facinora, quibus annexa Cenſura eſt, juris Canonici periti, & Theologi ſumma conſenſione docent, poſt *S. Thom.* in 4. *Sententiarum*, diſt. 18. qu. 2. art. 3. qu. 3.

ARTICULUS VI.

Quibus de cauſis nulla, & irrita, vel injuſta Cenſura ſit.

Cenſura nulla ob jurisdictionis defectum.

Cenſura nulla, & irrita eſt tribus de cauſis; primo defectu juriſdictionis in eo, a quo fertur; ſecundo defectu cauſæ legitimæ; tertio defectu ordinis ad judicii ſubſtantiam requiſiti.

Ob primum defectum, ſcilicet juriſdictionis, nulla eſt Cenſura, quæ fertur a non judice, ut colligitur ex can. *Sententia*, cauſa 11. qu. 3. quo *Sententia Paſtoris*, non alterius, timenda dicitur. Nulla pariter Cenſura eſt lata ab excommunicato, vel ſuſpenſo, ſi non ſolum ab Ordine, ſed etiam a juriſdictione

Epiſcopi, quo in omnes, qui furtum commiſerint, excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi ejus furtum extra ipſius diœceſim committentes, minime ligari noſcuntur, cum extra territorium jus dicentis non pareatur impune „„. Cenſura tamen per modum ſtatuti lata in Clericos non reſidentes, aut ad Synodum non accedentes, a proprio Epiſcopo, delinquentes ligat, quamvis in aliena diœceſi exiſtant. Peccatum enim omiſſionis ibi committi cenſetur, ubi actus præſcriptus exercendus erat.

III. Colligitur, Cenſuram a Superiore latam per modum ſententiæ ligare illius ſubditos in aliena etiam diœceſi exiſtentes. Id enim diſcriminis inter ſtatutum, & ſententiam intercedit, quod ſtatutum territorium reſpiciat, ſeu perſonas ſubditas in territorio Superioris degentes; ſententia vero perſonam ipſam reſpiciat, cujus contumacia coercenda eſt. Unde Pariſienſis Epiſcopus ſententia excommunicationis ferre poteſt contra fures, qui Pariſiis grave furtum commiſerunt, niſi quamprimum reſtituant, eoque vinculo fures illi ligabuntur, quamvis in alienam diœceſim ſe receperint, & domicilium mutaverint, quia manent ſubditi ratione delicti, quod in alieno territorio patratum eſt, ut conſtat ex cap. *Licet*, Extra. *de foro competenti*, quod rationes, ſive cauſas quatuor aſſignat, quibus forum regulariter quis ſortitur, ſcilicet delictum, contractum, domicilium, & rem, de qua contra poſſeſſorem lis movetur. Cenſuram quoque ferre poteſt Epiſcopus in reum, qui domicilium mutavit data opera, ut juriſdictionem illius declinaret, vel etiam bona fide, & cauſæ cognitio in foro ſuo fuerit inchoata, ut conſtat ex cap. *Propoſuiſti*, Extra. *De foro competenti*, ubi *Greg. IX.* ſic reſpondet cuidam Epiſcopo: „„ Propoſuiſti nobis, quod quidam ſubditus tuus ad petitionem cujuſdam adverſarii ſui a te legitime citatus ad cauſam, quia poſtmodum juriſdictionis alterius eſſe cœpit, tuum intendit judicium declinare. Porro tuæ prudentiæ dubium eſſe non credimus,

mus, quod is in prædicta cauſa jus revocandi forum non habet, quaſi ab altero jam præventus „ „.

IV. Colligitur, nullam fore Cenſuram quam quis ferret in ſeipſum, vel æqualem, vel Superiorem, quia nec in ſeipſum, vel in Superiorem, vel æqualem ullam juriſdictionem habet. Ita *S. Thom.* in 4. *Sententiarum*, diſt 18. quæſt. 2. art. 3. qu. 1.

Appellatio legitima Cenſuram ſuſpendit.

V. Nullam eſſe, & irritam Cenſuram latam, poſtquam appellatio legitima interpoſita eſt: Quia *Per Appellationem interpoſitam, excommunicantis videtur juriſdictio dormitaſſe*, ut reſpondet *Innocent. III.* cap. *Paſtoralis*, Extra. *De Sentent. excommunicat.* Id eſt, judicis, qui Cenſuram ſub conditione tulerat, juriſdictio ſuſpenſa eſt, cauſaque ad ſuperiorem judicem devoluta Epiſcopus v. g. fert Cenſuram ſuſpenſionis, vel excommunicationis in Clericum, niſi intra duos menſes compareat in foro ſuo. Clericus appellat ab hujuſmodi ſententia. Epiſcopus nihilominus contendit illum Cenſura hujuſmodi ligari; fruſtra quidem & perperam, quia appellatio ad Metropo-

juxta c. *Ut debitus*, Extra. *de Appellationibus.* At vero ſi peremptoria ſententia fuerit; ſimplex appellatio, cauſa etiam non expreſſa, ſufficit ad ſuſpenſionem Cenſuræ, ut vulgo docent juris canonici periti. Et hæc quidem forum externum ſpectant. In foro vero Conſcientiæ ſi quis mala fide appellat, ad prorogationem litis, ſciens appellationem eſſe injuſtam, nullaque cauſa legitima fultam, hujuſmodi appellatio vim Cenſuræ non ſuſpendit; quia nemini fraus ſua patrocinari debet, ſive dolus; neque vera illa defenſio eſt, ſed offenſio. In foro tamen exteriori hanc ſemper vim habet appellatio, quamdiu non probatur mala fides, ſive legitimæ cauſæ defectus. Excipiendæ ſunt cauſæ, in quibus non eſt appellationi locus ſecundum Canones, ut cauſa Fidei, vel hominis Religioſi, quando ſecundum regulam corrigitur, ut habetur cap. *Ad noſtram*, & cap. *Reprehenſibilis*, Extra. *De Appellationibus.* Quæ quidem decreta intelligenda ſunt de diſciplina Regulari, quæ fit ad pœnitentiam, & extra judicium.

Præterea, ad appellationem legitimam neceſſe eſt, ut legitimo tempore fiat, id eſt, intra decem dies, a die latæ ſententiæ computandos, quod tempus eſt appellandi in cauſis omnibus jure præſcriptum, cap. *Quod ad conſultationem*, Extra. *De Sententia, & de re judicata*; aut certe ante conditionis in Cenſura expreſſæ tempus expletum, ut auctores juris Canonici conſultiſſimi docent, qui reſponſione *Cœleſtini III.* cap. *Præterea*, ſupra laudato, nituntur, innuente legitimam appellationem cenſeri, quæ *medio tempore* interjecta eſt, id eſt, ante diem explendæ conditioni peremptorie ſtatutum.

Verum Cenſuræ abſolute, & abſque conditione latæ effectum non ſuſpendit appellatio, etiamſi ante denuntiationem interpoſita ſit, ut docet Can. *Paſtoralis*, Extra. *De Appellationibus*, quia (inquit) *Excommunicatio executionem ſecum trahit.*

Sequitur ſexto, Cenſuram a judice, quem reus ſervato juris ordine recuſavit, latam, antequam recuſa-

cuſationis cauſæ legitime examinentur, nullam, & irritam eſſe.

Judex in propria cauſa Cenſuram ferre, regulariter non poteſt.

Sequitur ſeptimo, irritam eſſe Cenſuram, quam judex in propria cauſa tulerit, & in vindictam propriæ injuriæ, ut *S. Gregor.* reſpondet *Januario Epiſcopo*, & refertur Can. *Inter querelas*, cauſa 23. qu. 4. Eumdem enim actorem eſſe & judicem, jus ipſum naturæ vetat. Excipitur caſus neceſſariæ defenſionis, in quo Epiſcopus, aut alius judex eccleſiaſticus Cenſuram fert in eum, qui ſibi vim infert. Vim enim vi repellere licet. Atque eam exceptionem approbat *Innocent. IV.* cap. *Delicto*, tit. *De Sententia Excommun.* in Sexto.

Sequitur octavo, irritam eſſe Cenſuram a Metropolitano latam in ſubditos Suffraganeorum ſuorum niſi in caſu appellationis, aliiſve caſibus in jure expreſſis, quia in eos juriſdictionem non habet.

Cenſura nulla eſt ob cauſæ legitimæ defectum.

Altera cauſa, propter quam nulla eſt, & irrita Cenſura, eſt defectus cauſæ legitimæ, ut ſi quis judex eccleſiaſticus ſubditum nullius criminis reum excommunicet, vel ſuſpendat, aut Sacris interdicat,

tione indigebit, ut conſtat ex Can. *Cui eſt*, Can. *Irritam*. Can. *Cæpiſti*, Can. *Quid obeſt*, Can. *Non debet*, & Can. *Illud plane*, cauſa 11. qu. 3. Idemque confirmat Regula juris 64. in 6. *Quæ contra jus fiunt, debent pro infectis haberi.*

Cenſura nulla eſt defectu ordinis ad judicii ſubſtantiam requiſiti.

Tertio, nulla, & irrita Cenſura eſt defectu ordinis ad judicii ſubſtantiam requiſiti; cum, v. g. legitima citatio partis non præceſſit; cum cauſa Cenſuræ legitime, & juridice probata non eſt, reuſque legitimis documentis, ſeu teſtimoniis non convictus, aut ſponte confeſſus; cum denique deeſt aliqua conditio, vel jure naturæ, vel ſpeciali jure poſitivo ita præſcripta, ut illius defectu ſententiam nullius roboris fore declaretur. Talis eſt admonitio canonica, & competens, & in certis caſibus jure expreſſis, nempe cum fertur excommunicatio major in participantes cum excommunicatis, non in crimine, ſed in locutione. Hæc enim Cenſura defectu Canonicæ monitionis nulla erit, ſecundum cap. *Statuimus*, tit. *de Sentent. excommunicat.* in 6. Quæ lex extenditur ad Suſpenſionem, & Interdictum in eoſdem participantes lata; cap. *Statutum*, ibid.

Non omnis Cenſura injuſte lata nulla eſt.

Quamvis autem omnis ſententia, quæ nulla, & irrita eſt, ſit etiam injuſta; non tamen omnis Cenſura injuſte lata etiam nulla eſt. Injuſta enim ſententia eſt, quæ iniqua intentione fertur, ex odio, & vindicta, aliave ſimili cauſa; quæ tamen rata eſt, & valida, ſi cauſa legitima ſit, & ſufficiens ex parte rei, in quem fertur a ſuo judice, liberum juriſdictionis uſum habente; nihilque omittatur eorum, quæ ad ſubſtantiam judicii neceſſaria ſunt. Unde in Conc. Nicæno 1. can. 5. & can. *Servetur*, cauſa 11. q. 3. requiri jubetur, „„ Si forte ex aliqua indignatione animi, aut contentione, aut qualibet tali commotione *ab Epiſcopo ſuo excommunicati ſint ſubditi*; ut qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt, digne etiam a cæteris excommunicati ſimiliter habeantur „„. Injuſta pariter eſt ſententia, quæ lata eſt accidentario juris ordine non ſervato,

vato, ſcilicet abſque trina monitione, & ſine ſcriptura, cum tamen trina monitione, vel una pro trina præmiſſa, & id ſcriptis ferri Cenſuras jure Canonico ſancitum ſit; ſic tamen lata non ſemper irrita eſt. Injuſta denique Cenſura eſt ex parte rei, quæ fertur ob falſum crimen, ſed tamen in judicio legitime probatum; & tamen rata eſt in foro exteriori; juſtaque eſt ex parte actionis, ſive judicii.

Qua ratione Sententia Paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta, timenda ſit.

Perperam vero quis inferret, Cenſuram omnem, quamtumvis injuſta ſit, ſemper eſſe validam, ex celebri illo *S. Gregorii* axiomate Hom. 26. in Evangelia, quod refertur a *Gratiano*, cauſa 11. qu. 3. cap. 1. *Sententia Paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta, timenda eſt.* Id enim unum ex illo axiomate recte colligitur, ſententiam, quæ ita eſt injuſta, ut tamen ſit valida, timendam eſſe. Si (inquam) Paſtor ſententiam ferat malo animo, vel accidentario juris ordine temere prætermiſſo, hæc tamen ſententia timenda eſt, quia hi defectus ipſam irritam non faciunt; adeoque vere ligat reum, in quem lata eſt. Sententia etiam ita injuſta, ut ſit per ſe nulla, timenda eſt, cum illius nul-

& cum injuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſolvere indiſcrete timeat, vel ligare: is autem, qui ſub manu Paſtoris eſt, ligari timeat, vel injuſte, nec Paſtoris ſui judicium temere reprehendat; ne, etſi injuſte ligatus eſt, ex ipſa timidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat „ „.

Quæ de injuſta Cenſura diximus, confirmat *S. Thomas* in 4. *Sentent.* diſt. 18. qu. 2. art. 1. qu. 3. „ „ Excommunicatio, *inquit*, poteſt dici injuſta dupliciter; uno modo ex parte excommunicantis; ſicut cum ex odio, vel ira excommunicat; & tunc excommunicatio nihilominus habet effectum ſuum; quamvis ille, qui excommunicat, peccet; quia iſte patitur, quamvis ille injuſte faciat; alio modo ex parte ipſius excommunicationis; vel quia cauſa excommunicationis eſt indebita; vel quia fertur ſententia juris ordine prætermiſſo; & tunc ſi ſit talis error ex parte ſententiæ, qui ſententiam nullam faciat eſſe, non habet effectum; quia non eſt excommunicatio: ſi autem ſententiam non annullet, habet effectum ſuum; & debet excommunicatus humiliter obedire: & erit ei ad meritum, vel Abſolutionem petere ob excommunicante, vel ad ſuperiorem judicem recurrere. Si autem contemneret, eo ipſo mortaliter peccaret. Continget autem quandoque, quod eſt debita cauſa ex parte excommunicationis, quæ non eſt debita ex parte excommunicati; ſicut cum aliquis pro falſo crimine in judicio probato excommunicatur: & tunc ſi humiliter ſuſtinet, humilitatis meritum recompenſat excommunicationis damnum „ „.

ARTICULUS VII.

Quæ excuſent a Cenſuris incurrendis.

A Cenſuris incurrendis excuſat primo invincibilis ignorantia juris; tum quia contumaciæ reus non eſt, qui laborat ignorantia invicibili: tum quia non cenſetur admonitus. Ad Cenſuram porro contrahen-

dam neceſſaria eſt contumacia, & aliqua admonitio. Quamobrem, qui ſcit aliquod delictum prohibitum eſſe jure naturæ, vel divino, ſed ab Eccleſia prohibitum eſſe neſcit, aut certe ſub Cenſura prohibitum ignorat, non incurrit in Cenſuras ab Eccleſia latas contra patrantes hujuſmodi delictum. Hæc Regula confirmatur ex cap. *Ut animarum*, tit. *De Conſtitutionibus*, in Sexto, cujus hæc ſunt verba: „„ Ut animarum periculis obvietur, ſententiis per ſtatuta quorumcunque Ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes; dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut affectata „„.

II. A Cenſuris incurrendis excuſat ignorantia invincibilis facti, aut qualitatis facti. Unde ſi quis hominem occidat, quem fallente viſu credebat eſſe feram; vel Clericum, quem credebat eſſe laicum, in Cenſuram non incurrit; contumax enim cenſeri non poteſt; imo reus cognito facto, aut facti qualitate perſpecta, forte a facinore abſtinuiſſet. Hanc regulam confirmat cap. *Si vero.* 2. Extra. *De Sentent. excommunicat.* quod eſt *Alexandri III.* Reſponſum:

hitur, ut docet *S. Th.* 1. 2. qu. 76. art. 3. Unde ſi quis vibrat ſagittam in ſuum inimicum, quem credebat eſſe feram, ſed tamen inimicum occidere decreverat, & ita erat animo affectus, ut illum nihilominus occidiſſet, ſi ſciviſſet inimicum eſſe ſuum, incurrit in irregularitatem, vel excommunicationem, ſi lata ſit excommunicatio contra homicidas. Plures quidem Caſuiſtæ id negant; ſed aſſertioni noſtræ *S. Thomæ* principium, ratioque ſuffragatur.

V. A Cenſuris ſub conditione latis excuſat appellatio ante conditionem adimpletam interpoſita, ut ſuperius probatum eſt.

VI. A Cenſuris excuſat impotentia faciendi, quod præcipitur; ſiquidem excuſat a peccato, & a contumacia, ob quæ Cenſura contrahitur. *Nemo* enim *potest ad impoſſibile obligari*; ut habet regula juris.

VII. Metus gravis, & cadens in virum conſtantem excuſat a Cenſuris latis contra violatores Legis Eccleſiaſticæ, modo contemptus abſit Legis, & poteſtatis illam ferentis, Religionis, ac Fidei, graveque ſcandalum; pro quibus vitandis mortem ſubire homo chriſtianus tenetur. His autem ſecluſis, Eccleſia non cenſetur filios ſuos cum certo vitæ, famæ, honorum, & dignitatum, ſeu bonorum omnium periculo, vel detrimento obligare voluiſſe. Unde, qui gravi metu, & in virum conſtantem cadente perculſus, Eccleſiæ præceptum prætermittit, contemptu, gravique ſcandalo ſecluſis, non eſt contumax contra legem eccleſiaſticam; ac proinde in Cenſuram non incurrit.

VIII. Voluntas, ſeu conſenſus illius, in cujus favorem Cenſura conceſſa eſt, excuſare videtur, ab ea incurrenda. Quamobrem ſi quis ab Epiſcopo Cenſuram obtinuiſſet contra debitores ſuos non reſtituentes, ſive ſolventes intra ſex menſes; ipſe vero inconſulto Epiſcopo terminum prorogaret ad annum, illi Cenſuram non contraherent elapſo priore ſemeſtri; quia ſublata eſſet Cenſuræ materia pro eo tempore; ſicut omnino, & in perpetuum ablata eſſet, ſi creditor debitum abſolute condonaſſet. Verumtamen in illa

hypotheſi debitor, elapſo termino illi a creditore prorogato, Cenſura ligaretur, niſi reſtituiſſet, ſive ſolviſſet. Terminus enim in ſententia excommunicationis præfixus non fuerat ad finiendam obligationem ſolutionis, ſed ad ſolutionem urgendam, ac maturandam; quando autem conſtituitur terminus aliquis ad urgendam ac ſolicitandam, non ad finiendam obligationem, non ceſſat obligatio elapſo temporis, quod conſtitutum eſt, intervallo. Prorogatio enim fit ſub eadem conditione, ut ſancitum eſt 50, *Sed ſi manente*, tit. *de Præcario*, lib. 43. Digeſtorum.

ARTICULUS VIII.

Quis abſolvere poſſit a Cenſuris.

A Cenſura poteſt abſolvere 1. qui eam tulit; 2. Superior, ad quem appella.

A Cenſuris ab homine latis abſolvere poteſt, qui eas tulit, vel ejus in eodem munere, & officio Succeſſor, ut habetur Canone *Si Epiſcopus*. cauſa 11. qu. 7. Quamobrem, & Capitulum ſede vacante abſolvere poteſt a Cenſuris ab Epiſcopo latis, quia in Epiſcopali juriſdictione ſuccedit, ut conſtat ex cap.

latus juriſdictione ſuperior, cui ſubordinata ſit illius, qui Cenſuram tulit, juriſdictio. Non excluditur tandem quilibet Sacerdos in articulo mortis, cum ad proprium judicem recurri non poteſt. Hi enim omnes abſolvere poſſunt.

Quamvis porro judex, ad quem interpoſita eſt appellatio, abſolvere poſſit a Cenſura lata ab inferiori, cum jam cauſa ſit ad eum devoluta, & acceſſorium ſequatur naturam principalis; idque confirmet c. *Per tuas*, Extra. *De Sentent. excomm.* &c. *Venerabilibus*, §. *Porro*, ſub eodem tit. in 6. ut ea tamen poteſtate legitime utatur, ſervare debet modum a jure præſcriptum, c. *Ad reprimendam*, Extra. *De officio judicis ordinarii*, ut ſcilicet non abſolvat, niſi prius probatum fuerit Cenſuram inique fuiſſe latam; alioquin remittat abſolvendum reum ad judicem, qui Cenſuram tulit; niſi periculum eſſet in mora, vel ille Abſolutionem tribuere nollet ſatisfacienti, ut juris Canonici periti docent.

In illa tamen hypotheſi poteſt etiam a Cenſura abſolvere ille, cuius ſententia eſt appellatum, quia juriſdictione ordinaria non excidit; ſed ſolum illam habet impeditam per appellationem, ne aliquid agere poſſit, quod effectum, vel fructum appellationis poſſit impedire. Abſolutio autem a Cenſura non impedit effectum appellationis; quin potius fructus eſt, qui per appellationem quæritur. Idque probant cap. *Cum ceſſante*, & cap *Cum teneatur*, Extra, *de Appellationibus*, & cap. *Cum a judice*, ſub eodem in tit. Sexto.

Epiſcopi ſubditos ſuos abſolvere poſſunt a Cenſuris juris ſive Canonis, ſi non ſint reſervatæ.

II. A Cenſuris juris, ſive canonis, ſi reſervatæ non ſint, diœceſanos ſuos, & ſubditos abſolvere poſſunt Epiſcopi, vel alii Superiores eccleſiaſtici juriſdictionem Epiſcopalem habentes, & Parochi, ut colligitur ex c. *Nuper*, Extra. *de Sentent. excommun.* cujus hæc ſunt verba: „„ In ſecundo vero caſu a ſuo Epiſcopo, vel a proprio Sacerdote poterit Abſolutionis beneficium obtinere; quamvis enim ex tunc non judicis, ſed juris ſententia excommunicatus ſit ligatus; quia tamen conditor Canonis ejus Abſolutionem ſibi

ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur aliis facultatem relaxandi „„. Plerique tamen juris canonici periti, & Theologi non infirmi ordinis, id Parochis licere negant, & Canoni *Nuper*, contraria conſetudine derogatum fuiſſe contendunt. Alii ad quoſcunque Sacerdotes ab Epiſcopo approbatos id extendunt, hac ratione freti, quod ſuperior facultatem abſolvendi cuicunque Confeſſario concedere cenſetur, cum ſibi Abſolutionem non reſervat. Quæ poſtrema ſententia probabilior eſt, & approbata a *S. Thoma* in 4. *Sententiarum*, diſt. 18. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1.

Abſentes imo & inviti, a Cenſuris abſolvi poſſunt.

III. Abſentes, imo & invitos abſolvi poſſe a Cenſuris, Theologos inter & juris peritos convenit. Quin etiam „ Manente contumacia poteſt aliquis „ excommunicationem juſte latam remittere; ſi vi„ deat ſaluti illius expedire, in cujus medicinam „ excommunicatio lata eſt „ ; (inquit *S. Thom.* in eodem art. qu. 2. ad 2.) Abſolutio etiam ab una Cenſura tribui poteſt, altera remanente, cum inter Cenſuras non ſit neceſſaria connexio, ut docet *S. Thom.* ibid. quæſt. 2.

CAPUT II.

De Excommunicatione.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid, & quotuplex ſit Excommunicatio.

De Excommunicatione.

Excommunicatio *eſt Cenſura, qua quiſpiam ab Eccleſiaſtica Fidelium Communione ſeparatur.*

Dividitur in *Majorem*, & *Minorem*. Excommunicatio minor eſt *Cenſura, qua quis a participatione tantum Sacramentorum excluditur*. Major, eſt *Cenſura, qua quis non ſolum a Sacramentorum perceptione, ſed etiam a communione Fidelium ſegregatur*. Ita definit *Greg. IX.* cap. *Si quem*, Extra. *De Sentent. excommun.* Sive, eſt *Cenſura divina, qua quis a communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegatur*; ut definit *Tertullianus*, Apologetici cap. 39. Idem eſt ſenſus definitionis a *S. Th.* aliiſque traditæ his verbis; *Excommunicatio eſt ſeparatio a communione quoad fructum, & ſuffragia generalia Eccleſiæ.* Cum enim per Baptiſmum Fidelium cœtui adſcribatur homo, & ad participationem Sacramentorum admittatur; extra Eccleſiam poni per excommunicationem dupliciter poteſt. Primo, ita ut ſeparetur tantum a Sacramentorum participatione, quæ eſt excommunicatio minor; alio modo, ut excludatur ab utroque, quæ excommunicatio major. Fidelium autem communicatio duplex eſt, quædam ſacra, & Eccleſiaſtica, in ſpiritualibus ſcilicet bonis, qualia ſunt orationes Fidelium, & conventus ad Sacra percipienda; quædam politica, & civilis, in actibus ſcilicet corporeis legitimis poſita, quales ſunt ſalutatio, collocutio, ſeu voce, ſeu litteris, ſeu nutibus fiat, convivium. Superior itaque definitio ſeparationem a Sacramentis exprimit his verbis: *Quoad fructum*, & a Communione Fidelium quantum ad ſpiritualia his verbis; *& ſuffragia Eccleſiæ generalia*. Utrumque pariter exprimit altera illa definitio: *Excom-*

communicatio eſt a qualibet licita communione Fidelium ſeparatio.

Excommunicatio alio nomine a Veteribus interdum appellatur *Abſtentio*, præcipue a *S. Cypriano*, Epiſt. 28. ubi de *Feliciſſimo* ſcribit: „„ Interim cum Feliciſſimus comminatus ſit, non communicaturos in morte ſecum, qui nobis obtemperaſſent, id eſt, qui nobis communicarent, accipiat ſententiam, quam prior dixit; ut abſtentum ſe a nobis ſciat. *Et Ep* 55. Feliciſſimum hoſtem Chriſti non novum, ſed jam pridem ob crimina ſua plurima, & graviſſima abſtentum. *Epiſt.* 67. Novatianus olim abſtentus, & hoſtis Eccleſiæ judicatus. *Et Tract. de Orat. Dominica*: Chriſtus noſter (qui Corpus ejus contingimus) panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidiè ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti, & non communicantes a cœleſti pane prohibemur, a Chriſti Corpore ſeparemur. *Et infra.* Timendum eſt, & orandum, ne num quis abſtentus ſeparatur a Chriſti Cor-

Jeſum Chriſtum, is anathema ſit: Hoc eſt, ab omnium commercio ſegregetur, alienus ab omnibus ſit. Nam quemadmodum anathema, donumque id, quod Deo oblatum dedicatur, nemo eſt, qui temere manibus contingere audeat, neque ad id propius accedere; ſic & eum, qui ab Eccleſia ſeparatur, ab omnibus abſcindens, ac tanquam longiſſime abducens, hoc nomine, a contrario ſcilicet appellat, magno cum terrore omnibus interminatus, ab eo ut ſeparentur, & pedem referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat; ab eo autem, qui ab Eccleſia abſciſſus erat, ex appoſita ſententia omnes ſeparabantur; quapropter ſeparatio quidem tum hæc, tum illa, ex æquo a vulgo abalienatio erat; ſeparationis vero modus non unus, ſed illi contrarius. Ab illo enim abſtinebant, tanquam Deo dicato; ab hoc autem decedebant tanquam a Deo alienato, & ab Eccleſia abſciſſo. Hoc ipſum igitur & Paulus ſentiens dixit; *Optabam anathema eſſe a Chriſto* „ „.

Significat etiam *Anathema* occiſionem, ut obſervat *S. Hieronymus*, Epiſt. 151. ad *Algaſiam*, qu. 60. „ „ Vult ergo (*inquit*) Apoſtolus perire in carne, ut alii ſalventur in ſpiritu; ſuum ſanguinem fundere, ut multorum animæ conſerventur. Quod autem anathema interdum occiſionem ſonet, multis veteris Teſtamenti teſtimoniis probari poteſt „ „.

Voci *Anathema* additur *Maranatha*, imitatione Apoſtoli ad Corinthios ſcribentis; *Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema, Maranatha*. Quæ vox ſyriaca magis quam hebraica, divini judicii conteſtationem exprimit; ſignificat namque *Dominus noſter venit*. 1. Cor. 16.

Quamvis autem excommunicatio major, & anathema idem re ipſa ſint, ſolemnitate tamen quadam anathema ab excommunicatione diſtinguitur, quod ſolemni ritu, ac cœremoniis majorem terrorem incutientibus peccatorem contumacem Eccleſia execretur, diriſque devoveat.

Aliæ

E ... potei
traditam ea omnia ar
ferendarum Censurarum au
tur superiori capite, art. 3
in 4. *Sentent.* dist. 18. qu.
„ „ Judicium (*inquit*) Ecc
judicio Dei; Deus autem
punit, ut eos ad bonum t
lis castigando; alio modo
do, ut auxiliis subtractis,
batur, suam infirmitatem c
Deum redeat, a quo superb
ad utrumque Ecclesia in exc
tia divinum judicium imita
eum a communione Fideliu
imitatur divinum judicium, q
in quantum autem a suffragi
separat, imitatur divinum ju
sibi relinquit, ut per humilitat
ad Deum redeat „ „.

Hæc autem excommunica
pis tantum, majoribusque P
risdictionem quasi Episcopale
bentibus exerceri potest. Ur

in comparatione ad alios homines, ad forum publicum exterioris judicii pertinet; & quia per excommunicationem homo a communione Fidelium ſeparatur, ideo excommunicatio ad forum exterius pertinet; & illi ſoli poſſunt excommunicare, qui habent juriſdictionem in foro judiciali; propter hoc ſoli Epiſcopi propria auctoritate, & majores Prælati poſſunt excommunicare, non Presbyteri parochiales „„. Hinc *Epiſcopi mucro* appellatur cauſa 16. qu. 2. can. *Viſis.*

Neceſſe porro non eſt, ut Sacerdotio quis ſit inauguratus ad excommunicationem ferendam, modo exterioris fori juriſdictionem habeat. Unde Epiſcopi electi, & confirmati, etiamſi nondum conſecrati ſint, imo necdum Sacerdotes, excommunicandi poteſtatem habent. Id enim diſcriminis inter Sacramentorum diſpenſationem, & excommunicationem intercedit, quod „„ Sacramenta, in quibus gratia confertur, diſpenſare ad ſolos Sacerdotes pertinet; & ideo ipſi ſoli poſſunt abſolvere, & ligare in foro pœnitentiæ; ſed excommunicatio non directe reſpicit gratiam, ſed ex conſequenti; in quantum homo ſuffragiis Eccleſiæ privatur, quæ ad gratiam diſponunt, vel in gratia conſervant; & ideo etiam non Sacerdotes, dummodo juriſdictionem habeant in foro contentioſo, poſſunt excommunicare „„; (inquit *S. Thomas*, Quæſtiunc. 2. ejuſdem Articuli.) Idque confirmatur ex cap. *Tranſmiſſam*, Extra. *De Electione, & Electi poteſtate.*

Quod vero ſuperius diximus, Parochos jus excommunicandi non habere, non convellit cap. *Cum ab Eccleſiarum*, Extra. *De Officio judicis ordinarii*, quod Plebanum *S. Pancratii* excommunicationis ſententiam in Parochianos ſuos ferre potuiſſe declarat. Quod ſpectans *S. Thom.* ait: „„ Presbyteros parochiales non poſſe excommunicare, niſi ex commiſſione eis facta, vel in certis caſibus, ſicut in furto, & rapina, & ejuſmodi, in quibus eſt eis a jure conceſſum, quod excommunicare poſſint „„. Nam Plebanus

banus ille *S. Pancratii* ex inſtitutione, privilegio, vel conſuetudine, juriſdictionem ordinariam habebat in foro exteriori, quod aliis Parochis non convenit. Et ſi conſuetudo ipſis aliquando id juris tribuit, ut in certis caſibus excommunicationem ferre poſſent, hæc conſuetudo jure, moribuſque contrariis abrogata eſt.

ARTICULUS III.

De fine excommunicationis.

Finis excommunicationis primarius eſt honor Dei, ne ſcilicet nomen ejus apud Infideles blaſphemetur, chriſtianaque Religio in contemptum veniat, ſi graviſſima chriſtianorum hominum crimina impune graſſari videant.

Secundus eſt eccleſiaſtica diſciplina, cujus juſta ſeveritate cæteri a ſimilibus criminibus deterrentur. Unde *Excommunicationis gladius nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ* vocatur a Concilio Trident. Seſſ. 25. *de Reformatione*, cap. 3. & a *S. Auguſt.* lib. *de Fide, & Operibus*, cap. 3. *Miſericors ſeveritas* appellatur.

aliquod nocumentum infert infirmo (ut ſectionem) per quod ab infirmitate liberetur „„; (inquit idem S. Doctor in Reſponſione ad primum.)

ARTICULUS IV.

De majoris excommunicationis effectibus, ſive de bonis, quibus privat major excommunicatio.

Excommunicatio, pœnarum omnium, quæ ab Eccleſia infligi poſſunt, eſſe graviſſimam diſerte *S. Auguſtinus* docet, libro *Contra adverſarium Legis & Prophetarum*, cap. 17. „„ Ignoſcendi autem miſericors manſuetudo (*inquit*) propter quam dictum eſt: Non ſolum ſepties, verum etiam ſeptuagies ſepties fratri remittenda eſſe peccata, non ad hoc valet, ut ſit iniquitas impunita, aut torpens, & dormiens diſciplina, quod potius obſit quam diligens, vigilanſque vindicta. Claves quippe Regni cœlorum ſic dedit Chriſtus Eccleſiæ, ut non ſolum diceret: *Quæ ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis*; ubi apertiſſime bonum, non malum pro malo reddit Eccleſia; verum & adjungeret: *Quæ ligaveritis in terra, erunt ligata & in cœlo*; quia bona eſt & vindicandi juſtitia. Illud enim, quod ait: *Si nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*; gravius eſt, quam ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur, ſi feris ſubigeretur. Nam ibi quoque ſubjunxit: *Amen dico vobis; quæ ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis*; ut intelligeretur, quam gravius ſit punitus, qui velut relictus eſt impunitus. *Et infra*: Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo, alligatur homo amarius, & infelicius Eccleſiæ clavibus, quam quibuslibet graviſſimis, duriſſimis, ferreis, vel adamantinis nexibus „„.

Excommunicatio, pœnarum omnium, quæ infligi ab Eccleſia poſſunt. graviſſima.

Matth. 18. 22.

Matth. 16. 19.

Matth. 18. 17.

Summum futuri judicii præjudicium eſt excommunicatio, (inquit *Tertullianus* in Apologetico.) Sicut enim Chriſtus impios a ſocietate Sanctorum ſeparabit; ita nunc, qui Chriſti vicem gerit, Sacerdos, aliquem excommunicans, ſegregat eum a ſocietate Fidelium,

delium, Chriſtus judex malos adjunget cœtui hœdorum, ac reproborum; Sacerdos excommunicans peccatorem ipſum infidelibus adjungit, ut tanquam *Ethnicus*, & *Publicanus* habeatur. Tunc Chriſtus æternum retinebit peccata reproborum, nec eorum pœnam relaxabit, quantumcunque clament, & miſericordiam poſtulent, ſed ligari illos jubebit, & in tenebras exteriores mitti; ita nunc Sacerdos excommunicans divino vinculo peccatores ligat, ipſique a diabolo captivi tenentur; ut quantumcunque ad Deum clament, orent, jejunent, eleemoſynas erogent, pia hæc opera nihil illis proſint, niſi reſipiſcant. Eccleſiæ ſatisfaciant, ab eaque Abſolutionem impetrent. Et quemadmodum diabolus impios poſſidebit, illiſque, ceu tyrannus in perpetuum dominabitur; ita tunc excommunicatos poſſidet, illiſque proprio quodam jure, velut ſibi traditis dominatur. Cujus rei exemplum in Juda proditore videmus, qui antea quidem obſeſſus fuerat a ſatana, ut *S. Lucas* teſtatur, Evangelii ſui cap. 22. Verſ. 3. Sed poſtquam Chriſtus perpetrandi maleficii dedit ipſi po-

tingit interdum, ut civitas aliqua merito inſignium aliquot, & proborum virorum, qui de Republica, vel de Rege optime meriti ſunt, ampliſſimis donetur privilegiis, quibus non boni tantum, ſed & mali cives nihilominus perfruuntur; ita certe in Eccleſia myſtica illa Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas, omnia bona aliquo modo ad malos etiam in ea permanentes, & cum bonis permixtos redundant. Hos enim propter Sanctos, quibuſcum permixti ſunt, protegit, quos alioqui pro merito criminum diſperderet, ac deleret Deus.

Secundo, eos, qui in Eccleſia conſiſtunt, quamvis impii ſint, & reprobi, Paſtores agnoſcunt pro ovibus ſuis, eoque nomine ipſos hortantur, corripiunt, illorumque ſalutis curam gerunt.

Tertio, Chriſtiani reliqui ipſos, ut fratres, ejuſdemque corporis membra agnoſcunt; ideoque pro eis orant, vigilant, laborant, ut eos ad viam virtutis revocent.

Quarto, jus habent percipiendi Sacramenta, ſtatim atque pœnitentiam egerint; quorum fructu ſalutem conſequi poſſunt.

His autem bonis longe maximis privantur excommunicati, cum ab Eccleſia præciduntur. Amittunt imprimis protectionem Spiritus ſancti, ut docet *S. Joan. Chryſoſt.* de inceſtuoſo Corinthio loquens Hom. 5. in 1. ad Timoth. „„ Ejiciebatur (*inquit*) a communi Fidelium cœtu, abſcindebatur a grege, fiebat nudus atque deſtitutus, atque ita luporum incurſibus patebat. Sicut enim per diem nubes Hebræorum caſtra tegebat; ita & Eccleſiam protegit ſancti Spiritus gratia. Si quis igitur extra Eccleſiam fieret, comburebatur. Fiebat autem extra Eccleſiam Apoſtolorũ judicio, &c „„

Secundo, pro excommunicatis non ſunt Paſtores tanquam pro ovibus ſuis ſoliciti. Unde *Innocent. I.* de *Pelagio* & *Cœleſtino* ab Eccleſiæ communione ob hæreſim præciſis ſcribit ad PP. Milevitani Concilii: „„ Abſint atriis Domini, careant cuſtodia paſtorali, ne duarum ovium dira contagia ſerpant forſitan

Concilio a Sacerdotibus datam geminium Fauſtinum Presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt, quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Eccleſia frequentetur „ „.

Idem confirmatur exemplo Sanctimonialium, quas *S. Benedictus* ob linguæ petulantiam excommunicaverat, quæ paullo poſt defunctæ, & in Eccleſia ſepultæ, de ſepulchris ſuis progredi, & exire de Eccleſia viſæ ſunt, quoties Diaconus clamabat: *Si quis non communicat, det locum.* Refert *S. Greg.* lib. 2. *Dialogorum*, cap. 23.

Ex hoc autem, quod aliquis ſuffragiis Eccleſiæ privatur, „ „ Triplex incommodum incurrit per oppoſitum ad tria, quæ quis ex Eccleſiæ ſuffragiis conſequitur. Valent enim ad augmentum gratiæ eis, qui habent, vel ad merendum eis, qui non habent; & quantum ad hoc Magiſter Sententiarum dicit: Quod gratia Dei per excommunicationem ſubtrahitur. Valent etiam ad cuſtodiam virtutis; & quantum ad hoc dicit: Quod protectio ſubtrahitur; non quod omnino

eleſia publice recitantur, Supplicationes ſolemnes, ad quas populus fidelis concurrit, omnes item orationes publicæ, benedictiones, ſimileſque Ritus eccleſiaſtici alicui ordini clericali ex Chriſti, aut Eccleſiæ inſtitutione, aut conſuetudine annexi, ut colligitur ex can *Si quis Epiſcopus*, cauſa 11. quæſt. 3.

Quarto, excommunicatus privatur eccleſiaſtica ſepultura, ut conſtat ex cap. *Sacris*, Extra. *de Sepulturis*, cujus hæc ſunt verba: „„ Sacris eſt Canonibus inſtitutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis; & ut careant eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab eccleſiaſtica unitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint. Unde ſi contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio caſu in Cœmeterio eccleſiaſtico tumulentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura jactari. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum oſſibus corpora extumulentur Fidelium; cum licet non obſit juſtis ſepultura nulla vel vilis, impiis tamen celebris, vel ſpecioſa non proſit „„. Idem confirmatur ex Clementina, *Eos*, *qui*, tit. *de Sepulturis*, quæ excommunicatos ipſo facto declarat eos: „„ Qui in cœmeteriis Interdicti tempore, in caſibus non conceſſis a jure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, vel uſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumunt „„. Cœmeteria vero, in quibus excommunicatorum corpora ſepeliri contingit, „„ Reconcilianda erunt aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ; ſicut in Dedicationibus Eccleſiarum fieri conſuevit „„; ut reſpondet *Innocent. III.* cap. *Conſuluiſti*, Extra. *de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.* Hæc tamen pœna ad ſolos excommunicatos denuntiatos pertinet, ut colligitur ex Conſtitutione, quæ incipit: *Ad vitanda ſcandala.*

Qui excommunicatione majori eſt irretitus, privatur Eccleſiaſtica ſepultura.

Quinto, excommunicatus fit incapax beneficiorum, & dignitatum eccleſiaſticarum in futurum obtinen-

Fit incapax beneficiorum Eccle-

rialis juriſdictionis.

Eccleſia, tit. *de Officio Vicarii*, in ſexto; ex cap. *Si is, cui*, tit. *de Officio, & poteſtate judicis delegati*, ibidem. Item ex cap. *Decernimus*, tit. *de Sententia excommun.* & cap. *Veniens*, 2. *de Teſtibus*, in 6. Quæ Regula extenditur ad omnes actus juriſdictionis, quales ſunt, præcipere leges, vel ſtatuta condere, judicium ferre, & alii ſimiles, quos recenſet c. *Accedentibus*, Extra. *De exceſſibus Prælatorum*, & c. *Dilectus filius*, Extra. *De Officio Ordinarii*. Huc etiam ſpectat juriſdictionis delegatio, quæ ſi ab excommunicato fiat, nulla prorſus, & invalida eſt. Quæ vero juriſdictio delegata eſt ante excommunicationem delegantis, eo excommunicato ſuſpenditur, ſi res ſit integra; non vero ſi jam inchoata ſit cauſæ cognitio.

Acta tamen excommunicati, qui juriſdictionem ſuam exercet (quod abſque novo peccato mortali non poteſt) valida ſunt, & rata, niſi ſit publice, ac nominatim denuntiatus, vel niſi ita notorie in excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, ut nulla poſſit tergiverſatione celari. Id conſtat ex

ARTICULUS V.

REGULÆ PRAXIM SPECTANTES

Circa excommunicationem.

REGULA PRIMA.

Si quem ſub hac forma verborum; *Illum excommunico*, vel ſimili, a judice ſuo excommunicari contingat; dicendum eſt, eum non tantum minori, ſed etiam majori excommunicatione eſſe ligatum.

Ita *Gregorius IX.* cap. *Si quem*, Extra. *De Sententia excommunicationis.*

REGULA II.

Lethalis peccati reus eſſet, qui pro excommunicatis publice, ac nominatim oraret inter preces, quæ Eccleſiæ nomine, & pro ejus duntaxat membris fiunt.

Hanc enim ſuffragiorum communionem intercipit excommunicato: „ „ Quia Eccleſia per excommunicationis ſententiam ſeparat excommunicatos ab univerſitate Fidelium, pro quibus ſuffragia facit. Unde ſuffragia Eccleſiæ eis non proſunt, quæ pro tota Eccleſia fiunt; nec ex perſona Eccleſiæ oratio pro eis inter membra Eccleſiæ fieri poteſt, quamvis aliqua perſona privata poſſit ad eorum converſionem aliquod ſuffragium per intentionem dirigere „ „. Verba ſunt *S. Thom.* in 4. Sentent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 1. ad ſecundum. Quamobrem, qui pro excommunicato publice, ac nominatim orat Eccleſiæ nomine, & inter eas preces, quæ pro Eccleſiæ membris fiunt, lethaliter peccat, cum Eccleſiæ ſtatuta violet in re gravi.

REGULA III.

Pro excommunicatis privatim orandum eſt, ut ad pœnitentiam redeant, & a formidando vinculo ſolvantur.

Hanc Regulam tradit *S. Bernardus* lib. *de Gradibus Humilitatis*, cap. 22. „ „ Abſit, (*inquit*) a nobis,

bis, ut etiam pro talibus, etſi palam non præſumimus, vel in cordibus noſtris orare ceſſemus, cum Paulus eos quoque lugeret, quos ſine pœnitentia mortuos ſciret. Etſi enim a communibus orationibus ipſi ſe excludant, ſed ab affectibus omnino non poſſunt. Viderint tamen, in quanto periculo ſint, pro quibus Eccleſia palam orare non audet, quæ fidenter etiam pro judæis, pro hæreticis, pro gentibus orat. Cum enim in Paraſceve nominatim oretur pro quibuslibet malis, nulla tamen mentio fit de excommunicatis „„. Et certe cum excommunicatio ſit medicinalis, & ex charitate infligi debeat, diligenter, & ferventer orandus eſt Dominus, ut ipſis excommunicatis ſalutaris ſit, & eos ad veram pœnitentiam adducat. Quidni vero Deum pro illis privatim oremus, quos Deus ad Ec-
Ezech. 18. cleſiam reducere vult, & poteſt; qui *Non vult mortem peccatoris, ſed magis, ut convertatur, & vivat*? Præterea de nemine deſperandum eſt, quamdiu vivit, adeoque nec de ipſis excommunicatis. *Nec* enim *pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur*; (inquit *S. Auguſt.* lib. 1. *Retractationum*, cap. 19.)

commun. & cap. *Illud Dominus*, & cap. *Si celebrat*, Extra. *De Clerico excommunicato miniſtrante*, Cum autem hæc prohibitio ſit in materia gravi, illius tranſgreſſio lethale ex genere ſuo peccatum eſt, utpote contra reverentiam Sacramento debitam, adeoque ſacrilegium. Nec refert, an excommunicatus denuntiatus ſit, vel non; Conſtitutio enim, *Ad evitanda ſcandala*, non favet excommunicatis, neque novum ipſis jus tribuit, ut canonici juris, Theologiæque periti ſummo conſenſu aſſerunt.

REGULA V.

Sacerdos Sacramenta excommunicato denuntiato, & vitando adminiſtrans non ſolum lethaliter peccat, ſed in minorem excommunicationem, aliaſque pœnas incurrit.

Lethaliter peccat, quia prohibitionem Eccleſiæ violat in re gravi. Omnem namque communicationem cum excommunicatis, præſertim in divinis, prohibet Eccleſia cap. *Significaſtis*, Extra. *De Sentent. excomm.* Quod autem minorem excommunicationem jure novo incurrat, pariter certum eſt; cum ea lata ſit generatim contra omnes, qui communicant cum excommunicato, maxime in Divinis, cap. *Nuper*, Extra. *De Sentent. excommun.* Ac præterea incurrit ipſo jure interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, ut conſtat ex cap. *Epiſcopor.* Tit. *de Privil.* in 6 In majorem tandem excommunicationem, eamque ſummo Pontifici reſervatam incurrunt Clerici, qui ſcientes, & ſponte cum excommunicatis a ſummo Pontifice communicant, ut habetur cap. *Significavit*, Extra. *de Sentent. excommun.* cujus hæc ſunt verba: „ „ Clericos, qui ſcienter, & ſponte participaverunt excommunicatis a nobis, & ipſos in officiis receperunt, eadem excommunicationis ſententia cum ipſis non dubitamus involvi „ „. Hæc pœna non laicos ſpectat, ſed Clericos, qui ſcientes, & ſponte, non qui ignari, vel coacti, communicant

cum

cum excommunicatis a ſummo Pontifice, poſtquam nominatim denuntiati ſunt, eos ad divina officia recipientes.

REGULA VI.

Clericus excommunicatus Miſſam celebrans, aut coram ſe jubens celebrari, vel quodvis aliud Ordinis ſui ſacrum miniſterium ſolemniter exercens, in irregularitatem incurrit.

Iſtud colligitur ex cap. *Illud Dominus*, Extra. *de Clerico excommunicato miniſtrante*, cujus hæc ſunt verba: „„ Illud autem, quod ſub ſpe veniæ divinæ ſibi fecit (poſtquam ſe a Nobis excommunicatum noverat,) celebrari, & communioni Fidelium ſe ingeſſit, potius contra eum facere credimus, quam pro eo; cum ſub fiducia pœnitentiæ non debueris deliquiſſe. *Et infra* - Cum eo miſericordiam facientes, pœnam, quam Canon infligit his, qui poſt excommunicationem divina præſumpſerint officia celebrare, vel ſe celebrationi ingreſſerint divinorum, ei non duximus infligendam „„. Canon laudatus eſt, Con-

REGULA VII.

Clerici excommunicati, vel interdicti, ſi ante Abſolutionem divina celebraverint officia, niſi moniti abſque mora ad pœnitentiam redierint, perpetuæ depoſitionis pœna plectuntur.

Hanc Regulam tradit *Alexander III.* cap. *Clerici*, Extra. *De Clerico excommunicato miniſtrante*, cujus hæc ſunt verba: „ „ Clerici autem, ſi qui a ſuis, aut etiam de mandato Romani Pontificis ab alienis Epiſcopis interdicti, vel excommunicati, ante Abſolutionem divina Officia celebraverint; niſi moniti ſine dilatione redierint, perpetuæ depoſitionis ſententiam pro auſu tantæ temeritatis incurrant „ „. Clericos excommunicatos, vel ſuſpenſos, qui divina Officia celebrare præſumpſerunt, vel præſumunt, omnibus beneficiis eccleſiaſticis ſpoliari poſſe, reſpondet *Innoc. III.* cap. *Fraternitati*, ibidem.

REGULA VIII.

Si notorius, aut nominatim denuntiatus excommunicatus inchoata Miſſa adveniat, nec monitus exire velit, aut non ejici poſſit, a Sacri proſecutione abſtinendum eſt, niſi forte Canon ſit incœptus.

Hanc Regulam unanimi conſenſu tradunt canonici juris, & Theologiæ periti. Excommunicatos vero, vel interdictos, qui admoniti pertinaciter remanſerint, eorumque in hujuſmodi pertinacia fautores, novo excommunicationis ipſo facto ſummo Pontifici reſervatæ vinculo ligari, declarat Clementina, *Gravis*, Tit. *de Sententia excommunicationis*.

REGULA IX.

Clericus, qui dubitat de excommunicatione in ſe lata, ſive qui non aliter eam novit, quam per famam publicam, fit irregularis, ſi Divina celebret, aut ſacros Ordinum ſuorum actus exerceat.

Hæc Regula nititur *Innocentii III.* Reſponſo, cap. *Illud Dominus*, Extra. *De Clerico excommunicato miniſtrante*, cujus hæc ſunt verba: „„ Quia in dubiis via tutior eſt eligenda, etſi de lata in eum ſententia dubitaret, debuerat tamen potius ſe abſtinere, quam Sacramenta eccleſiaſtica pertractare „„.

REGULA X.

In Irregularitatem non incurrit Sacris operando, qui ſe ſuſpenſum eſſe, vel excommunicatum probabiliter ignorat; ſecus ſi ignorantia craſſa ſit, & ſupina.

Hanc Regulam tradit *Gregorius IX.* cap. *Apoſtolicæ Sedis*, Extra. *de Sententia excommunicatio-*

ducas. Super quos reſpondemus: Quod ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc facere poteris, cum videris expedire; dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur „„.

Confirmatur ex Concilio Carthaginenſi 4. Canone 84. „ Epiſcopus (*inquit*) nullum prohibeat ingredi „ Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſive gentilem, „ ſive hæreticum, ſive judæum „.

REGULA XII.

Majori excommunicatione irretitus, vel ſuſpenſus ab homine, voce activa, & paſſiva in electionibus canonicis privatur, ſi nominatim ſit denuntiatus, vel palam notum ſit, illum in has Cenſuras incurriſſe.

Id colligitur ex cap. *Cum dilectus*, Extra. *De conſuetudine*, cujus hæc ſunt verba „ Quia nobis conſtitit electionem ipſam a ſuſpenſis, & de ſuſpenſo „ etiam celebratam, eam juſtitia caſſamus exigente „. Et cap. *Cum inter*, *de Electione*, *& Electi Poteſtate*, „ Si conſtiterit, quod electio fuerit facta a ſuſpenſis - ea omnino caſſata, ipſi monaſterio (poſt ſatisfactionem condignam ſuſpenſionis, & interdicti ſententia relaxata) de perſona idonea conſulatur „„. Quod autem de ſuſpenſis decretum eſt, multo magis de majoris excommunicationis vinculo conſtrictis intelligitur conſtitutum.

REGULA XIII.

Sacerdos excommunicatione minori ligatus, graviter quidem peccat Sacrum celebrando, ſed in irregularitatem non incurrit.

Hanc Regulam tradit *Gregorius IX.* cap. *Si celebrat*, Extra. *De Clerico excommunicato miniſtrante*, cujus hæc ſunt verba: „ Si celebrat minori „ excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, „ nullius tamen notam irregularitatis incurrit „.

REGULA XIV.

Minori excommunicatione irretitus, ea, quæ ratione juriſdictionis ſibi conveniunt, poteſt exercere; & voce activa gaudet in electionibus canonicis, non paſſiva.

Id conſtat ex eodem Pontifice, cap. mox laudato: „„ Nec eligere (*inquit*) prohibetur, vel ea, quæ ratione juriſdictionis ſibi competunt, exercere. Si tamen ſcienter talis electus fuerit, ejus electio eſt irritanda; pro eo quod ad ſuſceptionem eorum eligitur, a quorum perceptione a ſanctis Patribus eſt privatus „„.

REGULA XV.

Excommunicatione minori ligatus peccat quidem eccleſiaſtica Sacramenta conferendo, ſed ab eo collata virtutis effectu non carent.

Id conſtat ex capite juris mox laudato: „„ Peccat autem (*inquit*) conferendo eccleſiaſtica Sa-

REGULA XVI.

Qui cum excommunicato communicat in crimine, in majorem excommunicationem incurrit; ſi vero cum illo communicet in divinis, vel civilibus actionibus, & ab ejus crimine alienus ſit, minorem duntaxat excommunicationem contrahit.

Id conſtat ex cap. *Nuper*, Extra. *De Sententia Excommunicationis*, cujus hæc ſunt verba: „ „ Credimus diſtinguendum, an is, qui nominatim excommunicato communicat, ſcienter in crimine communicet criminoſo, ei conſilium impendendo, auxilium, vel favorem; aut alias in oratione, vel oſculo, aut orando ſecum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet crimini, & participet criminoſo, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit; ab eo, vel ejus Superiore, merito delicti tunc erit Abſolutio requirenda; cum facientem, & conſentientem par pœna conſtringat, &c. „ „ Idem colligitur ex cap. *Si concubinæ*, ibidem.

Eamdem Regulam confirmat *S. Thomas*, in 4. *Sententiarum*, diſt. 18. qu. 2. art. 4. Quæſtiunc. 2. „ „ Excommunicatio (*inquit*) poteſt ferri in aliquem dupliciter; aut ita, quod ipſe ſit excommunicatus cum omnibus ei participantibus; & tunc non eſt dubium, quod quicunque participat ei, eſt excommunicatus majori excommunicatione; aut eſt excommunicatus ſimpliciter; & tunc, aut participat aliquis ei in crimine, præbendo ei conſilium, & auxilium, & favorem; & ſic iterum eſt excommunicatus majori excommunicatione; aut participat in aliis, ſicut in verbo, vel oſculo, vel menſa; & ſic eſt excommunicatus minori excommunicatione „ „. De qua Canone *Sanctis*, cauſa 11. qu. 3. ait. *Urbanus II.* Pontifex maximus: „ „ Sanctis Canonibus cautum eſt, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur; eo tamen moderamine, ut quicunque ignorantia, ſeu timore, ſeu neceſſitate cujuſcunque ma-

ximi negotii, eorum ſe convictu contaminaverit, cum minoris pœnitentiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem ſortiatur; eos vero, qui aut ſponte, aut negligenter inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ correctione ſuſcipi, ut cæteris metus incutiatur „„.

REGULA XVII.

Cum excommunicato majori excommunicatione communicans, in minorem excommunicationem non incurrit, ſi ex ignorantia, charitate, officio, vel neceſſitate communicet.

Ita *S. Thom.* in 4. *Sententiar.* diſt. 18. qu. 2. art. 4. Quæſtiuncula 1. „„ Duplex eſt, (*inquit*) excommunicatio; una eſt minor, quæ ſeparat tantum a participatione Sacramentorum, ſed non a communione Fidelium; & ideo tali excommunicato licet communicare, ſed non licet ei Sacramenta conferre; alia eſt major excommunicatio; & hæc ſeparat hominem a Sacramentis Eccleſiæ, & a communione Fidelium; & ideo excommunicato tali excommunicatione communicare non licet. Sed, quia Eccleſia excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet, ſcilicet in his, quæ pertinent ad ſalutem; quia de talibus homo licet cum excommunicato loqui poteſt, & etiam alia verba interſerere, ut facilius ſalutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quædam perſonæ, ad quas ſpecialiter pertinet proviſio excommunicati, ſcilicet uxor, filius, ſervus, ruſticus, & ſerviens. Sunt etiam quidam alii caſus excepti, ſicut quando ignoratur excommunicatio; & quando aliqui ſunt peregrini, & viatores in terra excommunicatorum; qui licite poſſunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemoſynam; & ſimiliter ſi aliquis videat excommunicatum in neceſſitate; quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei providere „„. Quæ exceptiones hoc verſu exprimuntur. *Utile,*

Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Quas ob cauſas cum excommunicatis communicare licet.

Prima itaque cauſa, ob quam licet cum excommunicatis communicare, eſt *Utilitas* tum ſpiritualis. ſive ipſius excommunicati, ſive illius; qui cum ipſo communicat; tum temporalis, non ipſius excommunicati, ſed aliorum. Quamobrem Concionatoribus, aliiſque ſive Clericis, ſive laicis licet cum excommunicato loqui de rebus ad illius ſalutem, & Abſolutionem pertinentibus, ut habetur cap. *Cum voluntate*, Extra. *de Sententia excommunicat.* cujus hæc ſunt verba: „„ Cum voluntate, ac propoſito maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrit, qui excommunicato in his, quæ ad Abſolutionem, vel alias ad ſalutem animæ pertinent, in locutione participat; licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat„„. Licet etiam ab excommunicato petere conſilium, ſi aliud æque ſalutare ab alio ſperare non poſſim. Licet ab excommunicatis repetere debita, eoſque in judicio convenire, ut habetur cap. *Intelleximus*, Extra. *de judiciis*; & in jus vocati debent per alium reſpondere: *Ne videantur de ſua malitia commodum reportare.*

Altera cauſa, ob quam communicare cum excommunicatis licitum eſt, eſt *Lex*, matrimonialis ſcilicet, qua maritus, & uxor ſibi mutuo obligantur. Unde uxor cum viro excommunicato cohabitans, aut vir cum uxore excommunicata, invicemque exhibentes ea, quæ ad rationem conjugii pertinent, in minorem excommunicationem non incurrunt, etiamſi excommunicatio matrimonium antecéſſerit, ac utrique conjugi nota fuerit. Quamvis enim peccaverit, ac minorem excommunicationem contraxerit, quæ nuptit excommunicato, aut qui duxit excommunicatam; ex quo tamen matrimonium celebratum eſt, ac ratum, jus naturæ poſtulat, ut mutua ſibi exhibeant officia, quæ ad conjugalis vitæ ſocietatem pertinent. At ſi excommunicatio lata ſit in cauſa matrimonii, utpote quia ratione impedimenti pro-

hibitum eſt partibus, ne contraherent, aut ne cohabitarent; tunc cohabitare licite non poſſunt, & in excommunicationem incurrunt non minorem duntaxat, ſed majorem. Ut enim mutuus contractus, ita & mutuum crimen eſt, adoque pari, pœna plectendum.

Tertia cauſa eſt ſubjectio, quæ hoc verbo, *Humile*, exprimitur; qua fit, ut cum patre, vel domino converſari, & communicare poſſint filii non emancipati, & ſervi ſive domeſtici, ſive ruſticani, qui ejus obſequiis ante excommunicationem addicti erant. Hanc exceptionem tradit *Gregor. IV.* Can. *Quoniam multos*, cauſa 11. qu. 3. qui in Synodo Romana ab eo conditus eſt. „„ Quoniam (*inquit*) multos peccatis noſtris exigentibus pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia ſimplicitate, partim timore, partim etiam neceſſitate, devicti miſericordia, ſententiam anathematis ad tempus, prout poſſumus, temperamus. Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo ſubtrahimus uxores, liberos, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos ſervientes, & omnes alios,

Reſponſione orta eſt occaſio diſputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato communicare tenentur perſonæ in prædicto Capitulo nominatæ; præſertim quæ prius ad communicationem eorum ex debito tenebantur; aliis aſſerentibus eos communicare licite poſſe, ſi velint, non tamen ad hoc ex neceſſitate teneri. Ut igitur unde jus procedit, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem hujuſmodi taliter duximus abſolvendam, quod cum quædam perſonæ in præmiſſo Capitulo denotatæ, illis, in quos lata fuerat excommunicationis ſententia, ante prolationem ipſius obſequio teneretur familiariter adhærere, neque poſtmodum ad contrarium teneantur (cum adhuc debitum duret) beneficio Canonis id agente, a priore non ſunt obnoxietate ſolutæ, ſed ad familiare tenentur obſequium; & ita per conſequens ad communionem tenentur, ſine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes perſonas Capituli credimus referendum; ut videlicet obnoxietati hujuſmodi ſint ſubjectæ; cum viatores, peregrini, & mercatores, a communione talium perſonarum (niſi articulus neceſſitatis immineat) debeant abſtinere; ut in fine colligitur manifeſte; ſed ad illas duntaxat, quæ talibus arctiori tenentur obnoxietate conſtrictæ; quibus tamen in his, pro quibus ſunt excommunicatione notatæ, ut in criminibus, communicare non debent, ſed ab eis penitus abſtinere „ „.

Sicut autem inferiores ſuperioribus, ita ſuperiores inferioribus excommunicatis in ils ſaltem communicare debent, in quibus ſunt eis obligati. „ Quia, „ ſicut inferiores, obligantur ad obſequium ſuperio„ rum, ita ſuperiores ad providentiam inferiorum „; (inquit *S. Thomas.*)

Quarta cauſa eſt *Ignorantia*; cum enim vel factum, vel jus ipſum probabiliter ignoratur, nec ignorantia craſſa, & ſupina eſt in excommunicationem non incurrit, nec peccat, qui cum excommunicato communicat, quia nec ſcit excommunicatum eſſe, nec

vult cum excommunicato communicare. Omnis porro Cenſura ob peccatum infligitur; & nullum eſt ſine voluntate peccatum. Hanc etiam exceptionem addit *Gregorius VII.* cum Romana Synodo Canone *Quoniam multos*, mox citato: *Et eos qui ignoranter excommunicatis communicant.* Idemque colligitur ex cap. *Apoſtolicæ Sedis*, Extra, *De Sententia excommunicationis.*

Poſtrema cauſa, ob quam cum excommunicatis communicare Canones permittunt, eſt *Neceſſitas.* Unde Can. *Quoniam multos*, jam citato, *Gregorius VII.* addit: „„ Quicunque autem orator, ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habeat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus; & ſi quis excommunicatis non in ſuſtentationem ſuperbiæ ſuæ, ſed humanitatis cauſa dare aliquid voluerit, non prohibemus „„.

Idem confirmatur ex cap. *Cum voluntate*, Extra, *de Sententia excommunicationis*, quod *Gregorii IX.* reſponſum eſt. „„ Prædicatores quoque (*inquit*) qui

tur; niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorii Papæ capitulum: *Quoniam multos*, ſpecialiter excuſantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis præſumptuoſe participant, præter perſonas à dicto Canone annotatas, niſi ab eorum participatione commoniti forte deſtiterint, excommunicationis vinculo ſunt innodandi „„.

REGULA XIX.

In majorem excommunicationem incurrunt ipſo facto ſine alia monitione, quicunque ſcientes cum illo communicant, qui cum participibus ſuis eſt excommunicatus.

Hæc Regula eſt *Innocentii III.* in eodem cap. „„ Secus autem, (*inquit*) ſi ſcienter ei communicant, qui cum participibus ſuis eſt vinculo excommunicationis ſententialiter innodatus; tunc enim & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt „„.

REGULA XX.

Cum excommunicato ante Abſolutionem communicare nemo debet, quamvis ſe Eccleſiæ pariturum juraverit.

Ita declarat *Innocentius III.* in eodem cap. „„ Excommunicato (*inquit*) licet, quod ſtet mandato Eccleſiæ, juramento firmaverit communicari non debet, donec per Eccleſiam fuerit abſolutus; alioquin poſt juramentum non eſſet Abſolutio neceſſaria „„.

REGULA XXI.

Communio cum excommunicato in crimine, vel in rebus divinis, lethale ſemper peccatum eſt; communio vero in actionibus civilibus, politicis, & mere corporeis, eſt veniale duntaxat peccatum, niſi fiat in contemptum Eccleſiæ.

Hanc Regulam tradit *S. Th.* in 4. *Sentent.* diſt. 18. qu. 2. art. 4. Quæſtiunc. 3. „„ Quidam (*inquit*)

quit) dicunt, quod quandocunque aliquis participat excommunicato (vel verbo, vel quocunque dictorum modorum, ſecundum quos ei communicare non licet) peccat mortaliter, niſi in caſibus exceptis a jure; ſed quia hoc videtur valde grave, quod homo pro uno verbo levi, quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet; & multis excommunicantes laqueum damnationis injicerent, quod in eos retorqueretur; ideo aliis probabilius videtur, quod non ſemper peccant mortaliter, ſed ſolum quando vel in crimine illis participant, vel in Divinis, vel in contemptu Eccleſiæ „ „.

Ad Decretalem *Sacris*, Extra. *De bis, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, qua declarat *Innoc. III.* eos, qui metu mortis cum excommunicatis communicant, excommunicationis labe inquinari: *Cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere*, S. Thomas reſpondet, Decretalem illam loqui de participatione in Divinis, quæ mortale peccatum eſt. Vel Decretalis illa intelligenda eſt de illis, qui directe communicant excommunicatis, ut reſpondet ſanctus Doctor

ſubire potius quam peccet mortaliter, ſed etiam potius quam peccet venialiter, quia peccatum nunquam eſt eligendum. Non recte ergo colligitur, communionem quamlibet cum excommunicatis eſſe peccatum mortale, quia vitanda eſt; quia etſi veniale tantum eſſet, non eſſet cum eis communicandum, & mors potius eſſet eligenda.

Cum autem ſibi objeciſſet, juris canonici peritos communionem quamcunque cum excommunicatis damnare peccati mortalis; reſpondet, hanc opinionem non eſſe veram: „„ Quia ipſi plus aſſentiunt in his, & ſequuntur jus humanum, quam divinum; cum plus ſit aſſentiendum divino, quam humano; & ideo melior eſt opinio aliorum, qui dicunt contrarium „„.

At (inquies) Eccleſiæ præcepta violare eſt peccatum mortale; ſed Eccleſia prohibet, ne Fidelium ullus cum excommunicatis loquatur, aut comedat; hoc ergo, qui facit, mortalis peccati reus eſt.

Reſpondet *S. Th.* ad ſecundum: „„ Communicare cum excommunicato directe, eſt contra præceptum Eccleſiæ, & eſt peccatum mortale; ſed communicare indirecte, non eſt contra, ſed præter præceptum Eccleſiæ. *Nam* Præceptum Eccleſiæ directe reſpicit ſpiritualia, & ex conſequenti legitimos actus; & ideo, qui communicat ei in Divinis, facit contra præceptum, & peccat mortaliter; qui autem participat ei in aliis, facit præter præceptum, & peccat venialiter. Quædam *nempe* ſunt per ſe mala; & hæc non poſſunt fieri ſine peccato, ſicut communicare excommunicato in his, quæ ſunt excommunicati, (*ſcilicet in crimine*) & ideo non poſſunt fieri ſine peccato mortali; quædam vero ſunt occaſiones malorum tantum, & iſta poſſunt fieri ſine peccato mortali; ut loqui, vel comedere cum excommunicatis „„.

Quodl. 1. q. 7. art. 2. ad ſecundum, & in 4. Sentent. diſt. 18. q. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 2.

Addit denique *S. Thom.* loco *Sententiarum* mox citato, ad quartum, „„ quamvis participare excommunicato ſit peccatum veniale, tamen participare ei

„ pertinaciter eſt peccatum mortale ; & per hoc po-„ teſt aliquis excommunicari ſecundum jura „. Pertinacia nempe illa cum Eccleſiæ contemptu conjuncta eſt.

REGULA XXII.

Major excommuncatio ferri non debet, nec poteſt levibus de cauſis, ſed ſolum ob mortale peccatum; alioqui nulla, & irrita eſt.

Excommunicatio levibus de cauſis non eſt infligenda.

Scriptura enim ſacra, quotieſcunque poteſtatem ad hanc Cenſuram ferendam Eccleſiæ a Chriſto traditam ſignificat, ad gravium peccatorum emendationem, ac vindictam eam ferri ſatis innuit : Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.* Nemo enim dixerit, aliquem eſſe rebellem Eccleſiæ ob ſolam culpam venialem ; maxime cum ibi ſermo ſit de correctione fraterna, & ejus ordine, qui divina illa Cenſura terminatur, ſi contumacia intercedat. Illa autem correptio, proprie, ac ſtricte loquendo, in peccatis duntaxat venialibus locum non habet, ut *S. Auguſt.* colligit Serm.

tur ejectionem e regno Dei; qua pœna nemo dignus eſt, niſi ob peccatum mortale. Quinto, quod eſt in Republica temporali pœna mortis, id eſt in eccleſiaſtica Republica pœna excommunicationis, ut docet *S. Auguſt.* qu. 2. *in Deuteronomium.* Ideoque vocari ſolet *Gladius eccleſiaſticus*, Can. *Inter hæc*, cauſa 38. qu. 2. Et *S. Auguſtinus*, in Collatione tertiæ diei cum Donatiſtis; eam vocat *Damnationem, quam facit Epiſcopale judicium.* Sicut ergo Reipublicæ temporali non eſt data poteſtas interficiendi hominem propter peccatum veniale; ita nec Eccleſiæ data eſt poteſtas hominem excommunicandi ob ſolam culpam venialem.

Hanc Regulam confirmant ſacri Canones. Can. *Nemo*, cauſa 11. qu. 3. „„ Nemo (*inquit*) Epiſcoporum quemlibet ſine certa, & manifeſta peccati cauſa communione privet eccleſiaſtica; ſub anathemate autem ſine conſcientia Archiepiſcopi, aut Coepiſcoporum nullum præſumat ponere, niſi unde canonica docet auctoritas; quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & nonniſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi „„. Quod ex Concilio Meldenſi Can. 56. ſumptum eſt.

Item ex Canone, *Nullus Sacerdotum*, qui ex Concilii Aurelianenſis 4. Canone 2. & Wormatienſis Can. 13. conflatus eſt: „„ Nullus Sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis, & levibus cauſis a communione ſuſpendat; præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab Eccleſia juſſerunt committentes „„.

Idem confirmat *S. Leo*, Epiſt. 10. alias 89. cap. 8. „„ Nulli (*inquit*) chriſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodammodo debet inferre animus judicantis Cognovimus enim pro commiſſis, & levibus verbis quoſdam a gratia communionis excluſos, & animam, pro qua Chriſti Sanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſævi ſupplicii ſauciatam, & inermem quodam-

dammodo, exutamque omni munimine, diabolicis incurſibus, ut facile caperetur, objectam. Certe ſi quando cauſa talis emerſerit, ut pro commiſſi criminis qualitate aliquem iuſte faciat communione privari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt, quem reatus involvit; nec particeps debet eſſe ſupplicii, qui conſors non docetur fuiſſe commiſſi „„.

Idem docet *S. Avitus* Viennenſis Epiſc. Epiſt. 61. ad *Conſtantium* Epiſcopum: „„ Illud tamen ſuggerere, ac monere præſumo, ne propter leves cauſas, & non ad Deum, ſed ad ſæculum pertinentes, ne Laici quidem, non dicam Clerici ſancta communione priventur; quia neſcit cujus dignitatis ſit ipſa communio, qui non eam omni animolitate ſepolita, & cum magno dolore ſuſpendit, & cum maxima feſtinatione reſtituit „„.

Et *S. Gregorius* Epiſt. 26. libri ſecundi, ad *Magnum* Presbyterum Mediolanenſem ſcripta: „„ Sicut (*inquit*) exigente culpa, quis a Sacramento Communionis digne ſuſpenditur, ita inſontibus nullo modo talis debet irrogari vindicta. Comperimus ſiqui-

corrumpit; iſti, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus depravatis in Sanctorum ſocietate permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis inficiant „„.

Confirmatur denique hæc Regula ex Concilio Tridentino Seſſ. 25. *de Reformatione*, cap. 3. „„ Quamvis (*inquit*) excommunicationis gladius nervus ſit eccleſiaſticæ diſciplinæ. & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobrie tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt; cum experientia doceat, ſi temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam ſalutem „„.

Quamobrem quoties aliquis a peccato mortali excuſatur in violatione legis alicujus vel præcepti, excuſatur etiam ab excommunicatione majori, etiamſi adverſus omnes illius præcepti tranſgreſſores lata ſit. Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus. Et, *Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit*, ut dicitur cap. *Cognoſcentes*, Extra. *De Conſtitutionibus*. Secundum hanc Regulam, *Gregorius IX.* cap. *Odoardus*, Extra. *De Solutionibus*, ſententiam excommunicationis latam in quemdam Clericum recognoſcentem quidem debita, ſed propter rerum inopiam ſolvere non valentem, nullam fuiſſe ſignificat, jubetque relaxari, ſeu invalidam declarari: „„ Si conſtiterit, quod dictus *Clericus* in totum, vel pro parte non poſſit ſolvere debita ſupra dicta, recepta prius ab eo idonea cautione, ut ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, debita prædicta perſolvat „„.

REGULA XXIII.

Excommunicatio major infligi non debet pro quolibet peccato mortali, ſed pro eo duntaxat, quicum conjuncta eſt contumacia.

Id ſatis ſignificat Chriſtus, Matth. 18. declarans, tum demum excommunicandum ſive reſcindendum peccatorem tanquam ethnicum, & publicanum: *Si Eccleſiam non audierit*. Ita

rit, contumax reputatur; &
a judice non habente, quid
plius „ „.

REGULA

Excommunicatio ob damnum
ferri p

Cum enim S. Petrus *A*
defraudatum agri pr
(*act.* 5.) quidni Eccleſia ob
communicationem ferre po
loco ſupra citato. „ „ Per
quit) judex eccleſiaſticus
quodammodo a regno, und
excludere niſi indignos, nec
niſi per peccatum mortale
eſt via ducens ad regnum
cari debet, niſi pro peccato
ficando aliquem corporalit
bus, aliquis mortaliter pec
facit; ideo pro damno ten
quem excommunicare pot

REGUL

gravitas criminis, vel nimia in satisfaciendo mora, vel justa aliqua causa illos moveat; nec executio realis, aut personalis fieri possit.

Hæc Regula partim colligitur ex cap. *Romana*, tit. *de Sententia excommunicationis*, in 6. Partim ex Concilio Trid. Sess. 25. cap. 3. Et quidem caput *Romana Ecclesia*, quod est *Innocentii IV.* in Concilio generali Lugdunensi ita statuit: „„ Caveant etiam, ne tales sententias excommunicationis, sive specialiter sive generaliter in aliquos pro futuris culpis, videlicet, si tale quid fecerint, vel etiam pro jam commissis sub hac forma, si de illis intra tale tempus minime satisfecerint, proferre præsumant; nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa præcesserit, quibus merito ad injungendam satisfactionem hujusmodi, & taliter prohibenda similia inducantur: aut alia rationabilis (quam in ipsis sententiis exprimat) causa subsit „„. Quod pro futuris culpis excommunicatio ferri prohibetur, spectat excommunicationem judicis, sive ab homine, non excommunicationem Canonis, sive a jure latam. Statutum enim ad futura delicta cavenda, & coercenda condi potest, adjuncta pœna excommunicationis ipso facto incurrenda ab iis, qui statutum illud violaverint, ut constat ex cap. *A nobis*, Extra. *de Sententia excommunicat.* At sententiam excommunicationis ferre non potest judex ecclesiasticus pro futuris delictis, hoc modo: Excommunico Petrum, si furtum faciat.

Concilium vero Tridentinum ita decernit: „„ Excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis (ut ajunt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo, decernantur „„. Non excluduntur Vicarii generales, & officiales Episcopi; una enim est Episcopi, & vicarii Generalis, sive etiam officialis jurisdictio, ut habetur cap. *Non putamus*, Tit. *de Consuetudine*, in sexto, cujus hæc sunt verba: „„ Non putamus illam consuetudinem, quantocumque tempore de facto servatam, consonam ratio.

Monitoriales, & excommunicationes ad finem revelationis, nonnisi gravibus de causis, & summa cautione concedi debent.

rationi, quod ab Officiali Epiſcopi ad eumdem Epiſcopum valeat apppellari; ne ab eodem ad ſe ipſum (cum ſit idem adjutorium utriuſque) appellatio interpoſita videatur „ „. Pergit Concilium Trid. „„ Et tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujuſvis ſæcularis, etiam magiſtratus, auctoritate adducatur, ſed totum hoc in ejus arbitrio, & conſcientia ſit poſitum; quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe judicaverit. In cauſis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus eccleſiaſticis, cujuſcunque dignitatis exiſtant, ut quandocumque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quam definiendo, a Cenſuris eccleſiaſticis, ſeu interdicto; ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis civilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi exiſtentibus,

Caroli IX. Regis chriſtianiſſimi edictum in Comitiis Aurelian. art. 18. ſtatuit, ne Prælati, Officiales, aliique judices eccleſiaſtici monitiones decernant, & Cenſuras eccleſiaſticas ferant niſi ob crimen, & ſcandalum publicum. Denique *Ludovicus magnus* Conſtitutione edita menſe Aprili anni 1666. vetat, ne compellantur judices eccleſiaſtici ad Cenſuras, vel monitiones decernendas, niſi pro gravibus cauſis.

REGULA XXVI.

Non incurrit in excommunicationem latam adverſus eos, qui certi delicti reum non revelaverint, qui non denuntiat perſonam cognatione, vel affinitate ſibi conjunctiſſimam.

Sic Pater non obligatur ad revelandum crimen filii, nec maritus crimen uxoris, nec filius ad denuntiandum patrem, aut uxor maritum, nec frater fratrem, &c. Quia teſtimonium adverſus ſeipſum quodammodo ferret, infamiamque, vel aliud grave incommodum contraheret. Unde c. 34. qu. 3. ex l. 4. ff. *De Teſtibus*, cavetur: „ Ne invito denuntie„ tur, ut teſtimonium litis dicat adverſus ſocerum, „ generum, vitricum, privignum, ſobrinum, ſobri„ nam, ſobrino natum, eoſve, qui in priori gradu „ ſunt „. Ubi etiam excipiuntur liberti, & patroni inter ſe, & reſpectu ſuorum cognatorum in iiſdem gradibus. Si ergo leges civiles hos excipiunt, ne judices ſeculares eos invitos ad teſtimonium ferendum cogant; multo minus Prælati, & judices eccleſiaſtici, qui excommunicationes pro rebus temporalibus ferunt quaſi in ſubſidium, & adjutorium ipſorum judicum ſecularium, eaſdem perſonas excommunicatione obligare poſſunt, vel debent. Excipiuntur cauſæ læſæ Majeſtatis, &c. Nam ſicut *Contra publicos hoſtes, & Majeſtatis reus omnis homo miles*; ita omnis homo teſtis eſt.

REGULA XXVII.

Excommunicatum excommunicatione majori nemo vitare tenetur, niſi ſit nominatim denuntiatus, vel ob evidentiam patrati criminis ipſo facto excommunicatus noſcatur.

De vitandis excommunicatis.

Hanc Regulam tradit Conſtitutio, quæ incipit his verbis: *Ad vitanda ſcandala*; quam *S. Antoninus* 3. p. tit. 25. cap. 3. aliique ipſum ſecuti, Concilio Conſtantienſi tribuunt, cum in ejus Actis non habeatur, ſed in Concilio Baſileenſi, Seſſ. 20. ex quo in pragmatica Sanctione, & in Concordatis inter Leonem X. & Franciſcum I. Regem chriſtianiſſimum deſcripta eſt, & in Concilio Lateranenſi 5. ſub eodem Pontifice approbata, & confirmata. Sic autem ſtatuit: „ „ Ad vitanda ſcandala, & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis, nemo deinceps a communicatione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcunque Divinis, vel extra, prætextu cujuſcunque ſententiæ, aut Cenſuræ eccleſiaſticæ, ſeu

tiati non eſſent; permittit deinde communicationem cum excommunicatis, etiam in Divinis, & Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, modo non ſint publice, & nominatim denuntiati. Tertio, iſtud privilegium excommunicatis, quamtumvis occultis nullo modo favere declarat; ipſoſque a Divinis, & ab adminiſtratione, ac receptione Sacramentorum, omnique cum aliis Fidelibus commercio tam ſacro, quam civili, abſtinere debere. Concilii Conſtantienſis Conſtitutionem.

Quamvis autem illa Conſtitutione declaretur vitandos non eſſe, niſi qui nominatim denuntiati ſunt, & cæteros, quos ita notorie in excommunicationis ſententiam conſtiterit incurriſſe, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, aut aliquo juris ſuffragio excuſari; uſus tamen ſolos excommunicatos nominatim, & notorios Clericorum percuſſores ab hujus Conſtitutionis beneficio videtur excluſiſſe, ut *S. Antoninus*, aliique Theologi aſſerunt, qui laudatam Conſtitutionem Concilii Conſtantienſis nomine cum hac referunt clauſula: „„ Salvo, ſi quem pro ſacrilega manuum injectione in Clericum ſententiam latam a Canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiverſatione celari, neque aliquo ſuffragio excuſari. Nam a communione illius, licet denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones „„. In Concilii quidem Conſtantienſis Actis non extat, ſed tamen ab eo fuiſſe editam *S. Antoninus* certis documentis inſtructus aſſerit tit. 25. 3. p. cap. 3. „„ Duo (*inquit*) venerabiles viri famoſi in vita, & ſcientia, quorum unus Doctor in Theologia, alter in jure & Epiſcopus, ſcilicet Dominus Nicolaus de Dinchelſerbuhel, & Dominus Andreas poſtea Epiſcopus Poſnanienſis in Polonia, qui fuerunt præſentes in Concilio Conſtantienſi, ubi facta fuit dicta Conſtitutio, dixerunt ipſam acceptatam ab omnibus, & perpetuam, & unam de concordatis. Magiſtri etiam Univerſitatis Pariſienſis acceptaverunt ipſam Conſtitutionem, quia in ea dicitur: Omnibus Chriſti fidelibus. Sed & dictus Dominus Andreas

dreas Poſnanienſis Epiſcopus poſt celebratum Concilium Senis, cui etiam interfuit, vadens ad Curiam ad viſitandum Martinum V. Papam; cum iple putaret dictam Conſtitutionem fuiſſe temporalem, ſcilicet per quinquennium tantum, & ſic jam expiraſſet, loquens cum Papa, petivit ab eo, ut concederet ſibi ex gratia uti tali ſententia, ſive diſpenſatione, quam continebat illa Conſtitutio. Reſpondit Papa: Vos ſcitis, illam unam eſſe de Concordatis. Et cum ipſe Epiſcopus quinquennalem eſſe objiceret, dixit Papa: Ego volo, quod ſemper duret. Dominus Julianus Auditor Cameræ Apoſtolicæ, vir jureperitus, & famoſus, poſtmodum Cardinalis effectus, ſuper hoc conſultus dixit: Tale Indultum datum non ſolum Germanicis, verum etiam omnibus Chriſtianis, & de jure, eſſe perpetuum, quia iſta eſt natura Conſtitutionis ipſius, niſi revocetur. Non fuit autem revocata, ſed in Concilio Baſileenſi confirmata ante ſui diſſolutionem „„. At Concilium Baſileenſe non ſolum notorios Clericorum percuſſores, ſed eos omnes exclu-

REGULA XXVIII.

In caſu excommunicationis dubiæ ſtandum potius eſt ſententiæ judicum, quam aliorum Doctorum.

Cujus ſtandum ſententiæ in caſu excommunicationis dubiæ.

Hanc Regulam tradit *S. Th.* Quodlibeto 4. qu. 8. art. 3. „ „ Dubitatio (*inquit*) de excommunicatione aliquorum aut præcedit ſententiam judicum, aut ſequitur; ſi præcedit, (puta cum nondum eſt declaratum per judicum conſenſum aliquos eſſe excommunicatos) non ſunt vitandi, quouſque certo judicio terminetur; in hoc enim caſu verum eſt, quod in mitiorem partem interpretari debemus; unde & Deuteronomii 17. dicitur: *Si difficile, & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris, & judicum intra portas tuas videris verba variari, venies ad Sacerdotes, & ad judicem; quæreſque ab eis, & facies quodcunque dixerint.* Sed ſi ambiguum oriatur poſt concordem judicum determinationem, magis ſtandum eſt ſententiæ judicum, duplici ratione; primo quidem, quia judices ſolicitius diſcutientes negotium, plenius poſſunt percipere veritatem, etiamſi ſint minus periti, quam alii, qui perfunctorie conſtituuntur, & extraordinarie; ſecundo, quia hoc eſſet in magnum nocumentum utilitatis communis ſtatus hominum, ſi ſententiæ non ſtaretur, ſed quilibet pro ſuo libito vellet ſententiæ calumniam ingerere; quia ſic litigia eſſent interminabilia; & ideo in tali caſu magis eſt ſtandum ſententiæ judicum, niſi forte ſit per appellationem ſuſpenſa „ „.

REGULA XXIX.

Ferri non poteſt excommunicatio ab eccleſiaſtico judice, niſi monitione prævia; alioqui irrita erit. Triplex autem præmittenda eſt monitio, vel una pro tribus, aſſignato competenti dierum intervallo, niſi neceſſitas urgeat.

Competens Monitio præmittenda.

Excommunicatio namque nonniſi in contumaces contra Eccleſiam, vel Superiorem eccleſiaſti-

cum ferri poteſt; contumax porro non eſt, qui non fuit admonitus. Peccator enim ſi per admonitionem conſcius eſſet Cenſuræ, cujus ipſi minas eccleſiaſticus judex intentat, fortaſſis pareret, & a peccato reſiliret, eccleſiaſtici fulminis metu. Triplex autem Admonitio neceſſaria eſt, quia Chriſtus peccatorem prius corrigi ſecreto, deinde adhiberi teſtes, poſtremo ejus crimen ad Eccleſiæ tribunal referri jubet; quam ſi non audierit, habendus eſt ut ethnicus, & publicanus. (*Matth.* 8.) Sufficit tamen una pro tribus monitis Canonica, competentibus aliquot dierum intervallis aſſignatis, ut jure cautum eſt; debent autem aſſignari ſex, ut minimum, dies, quorum duo pro prima, duo pro altera, duo pro tertia, & ultima monitione computentur; niſi negotii qualitas, & neceſſitas poſtulet, ut judex monitionum tempus ampliet, vel reſtringat; qua in re prudentia opus eſt non vulgari. Hanc Regulam confirmant Canones, ſcilicet cap. *Sacro*, quod eſt *Innocentii III.* in Concilio generali Lateranenſi. Extra. *De Sententia excommunicationis*, cujus hæc ſunt verba:

Trina Monitio.

tiam non tenere; ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum declarantes decernimus, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, ſi aliis rite ſervatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas (ut canonice promulgetur excommunicationis ſententia) ſtatuunt jura præmitti; judices ſive monitionibus tribus utantur, ſive una pro omnibus, obſervent aliquorum dierum competentia intervalla; niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda „ „; ut quia partes ſunt ad rixam, vel arma paratæ, nec curant monitiones Epiſcopi. Interdum enim nec locus, nec tempus patitur plenius deliberare conſilium; & quandoque res celeritatem deſiderat, (inquiunt leges in Gloſſa citatæ.)

Monitionis præviæ neceſſitatem confirmat cap. *Cum medicinalis*, in ſexto. Cæterum ſi excommunicatio lata ſit a jure, aut etiam ab homine, *ipſo facto*, incurrenda, alia monitione non eſt opus, cum lex, vel ſententia monitionum vim habeant; & contumax cenſendus ſit, qui ſciens volens contra legem, vel ſententiam agit.

Communis hæc eſt Reſponſio; verumtamen difficultate non caret, quam ſenſit Gerſonius Tract. *de Vita ſpirituali*, Lectione 4. Coroll. 14. „ „ Cæterum, *inquit*, dum aliquis ex ignorantia, quamquam culpabiliter, aut ex infirmitate, & paſſione vitioſa, non tamen contumaci, facit aliquem actum, pro quo eſt ſtatuta ſententia excommunicationis latæ ſententiæ ab aliquo Prælatorum, videant juriſtæ, & judices, ſi talis poſſet dici excommunicatus ipſo facto, cum ſemper ſit, & fuerit promptus ſtare correctioni Eccleſiæ ſuper ſuo delicto, prout ſupponitur; quia non ex contemptu clavium, & juriſdictionis eccleſiaſticæ, ſed aliunde motus malum fecit. Non enim quælibet inobedientia contumacia reputatur. Quid ergo (*inquit venerabilis ille Doctor*) operantur excommunicationes latæ ſententiæ per canones? Reſpondeo, ſicut accepi a præceptore meo (*Petro de*

Gerſonii opinio de excommunicatione latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda.

Alliaco, poſtea Romanæ Eccleſiæ Cardinali) Eas tantumdem operari; ut abſque proceſſu alio judiciali, aut nova Conſtitutione poſſit judex ſtatim probato facto, vel confeſſo ferre juris ſententiam, & eamdem publicare; non ſic ubi Canones eſſent ſolum ferendæ ſententiæ, quoniam monitiones, & proceſſus ſecundum terminos juris prærequirerentur multiplices „ „. Cæterum incertus an Gerſonii, & Præceptoris ejus opinio hac in materia ſedi Apoſtolicæ probetur, cujus eſt interpretari Canones pro ſumma ſua auctoritate in Eccleſia univerſa, in communi, quam præmiſi, Reſponſione ſtare tutius exiſtimo. Trinam igitur monitionem jus non poſtulat, niſi in ſententia excommunicationis ab homine lata.

Monitiones autem ipſi delinquenti faciendas, cum aliquis nominatim excommunicandus eſt, nec ſufficere, ut fiant ad ejus domum, aut in loco publico, v. gr. in Eccleſia, & frequenti populi chriſtiani conventu, quemadmodum fieri ſolet, cum in perſonam incertam ferenda excommunicatio eſt; juris Ca-

non poteſt, judicium hoc ſpirituali gladio in delinquentes uti poſſe; ſi tamen delicti qualitas, *præcedente bina ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet.*

REGULA XXX.

Ut excommunicationis ſententia nominatim in aliquem ab eccleſiaſtico judice feratur, non ſolum monitio, ſed & citatio juridica præmitti debet; alioqui irrita erit ſententia.

Quæ enim inaudita parte fertur ſententia, irrita eſt; cumque judicium inter judicem, & partes exerceatur, neceſſe eſt, ut pars in jus vocetur, noveritque, qua de re ſit quæſtio, & comparere poſſit, ſeque defendere; ut colligitur ex cap. *Inter quatuor*, Extra. *de Majoritate, & Obedientia.*

REGULA XXXI.

Sententia excommunicationis ab eccleſiaſtico judice in ſcriptis ferri, cauſaque exprimi debet, ob quam fertur, & ejus tranſumptum reo tradi intra menſem poſtulanti; alioqui judex ipſo facto ſuſpenditur; ſententia vero a Superiore relaxanda eſt.

Ferri debet in ſcriptis.

Hanc Regulam tradit *Innocent. IV.* cap. *Cum medicinalis*, in 6. „„ Quiſquis (*inquit*) excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſſe conſcribat, propter quam excommunicatio proferatur; exemplum vero hujuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato tradere intra menſem, ſi fuerit requiſitus, ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel litteras teſtimoniales confici ſigillo authentico conſignatas. Si quis autem judicum hujuſmodi Conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem unum ab ingreſſu Eccleſiæ, & divinis officiis noverit ſe ſuſpenſum. Superior vero, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans, latorem excommunicationis ad expenſas, & omne intereſſe con-

demnet, & alias puniat animadverſione condigna, ut pœna docente diſcant judices, quam grave ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in Suſpenſionis, & Interdicti ſententiis volumus obſervari „ „.

REGULA XXXII.

Excommunicationem in aliquem nominatim latam judex eccleſiaſticus denuntiare tenetur.

Excommunicatio denuntianda.

Hæc Regula colligitur ex Can. *Curæ*, Cauſa 11. qu. 3. & cap. *Conqueſti*, Extra. *De Sententia excommunicationis*. Et certe cum feratur excommunicatio, ut ad pœnitentiam adducatur peccator contumax, ad id maxime conducibilis eſt denuntiatio. Majori enim pudore ſuffundetur, dum ſe a cæteris Fidelibus neceſſario vitandum intelliget; vitare autem non tenentur excommunicatos niſi nominatim denuntiati fuerint. Ad valorem tamen, & effectum excommunicationis neceſſaria non eſt denuntiatio, ſed ad ſolemnitatem duntaxat pertinet.

refertur Can. *Si habes*, cauſa 24. qu. 3. „ „ Si habes (*inquit*) de hac re ſententiam, certis rationibus, vel Scripturarum teſtimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro Domini ſervus, aut quiſquam in domo etiam nondum natus, ſi eodem tempore, quo univerſa domus eſt anathemate obligata, naſcatur, nec ei poſſit per lavacrum regenerationis in mortis periculo ſubveniri. Neque enim hæc corporalis eſt pœna, qua legimus quoſdam contemptores Dei cum ſuis omnibus, qui ejuſdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos. Tunc quidem ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, quandoque utique moritura. Spiritalis autem pœna, qua fit, quod ſcriptum eſt: *Quæ ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo*; animas obligat, de quibus dictum eſt: *Anima patris mea, & anima filii mea eſt. Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur.* Audiſti fortaſſe aliquos magni nominis Sacerdotes cum domo ſua quempiam anathematizaſſe peccantium? Sed forte ſi eſſent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem. Ego autem; quoniam ſi quis ex me quærat, utrum recte fiat, quid ei reſpondeam non invenio; nunquam hoc facere auſus ſum, cum de quorumdam facinoribus immaniter adverſus Eccleſiam perpetratis graviſſime permoverer. Sed ſi tibi forte, quoniam juſte fiat, Dominus revelavit, nequaquam juvenilem ætatem tuam, & honoris eccleſiaſtici rudimenta contemno; en adſum, ſenex a juvene, & Epiſcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratus ſum diſcere, quomodo, vel Deo, vel hominibus juſtam poſſumus reddere rationem, ſi animas innocentes pro ſcelere alieno, ex quo non trahunt ſicut ex Adam, in quo omnes peccaverunt, originale peccatum, ſpiritali ſupplicio puniamus. Etenim Claſſiciani filius, etſi traxit ex parte primi hominis culpam ſacro fonte Baptiſmatis expiandam; tamen quidquid, poſtea quam genuit eum, peccati pater ejus admiſit, ubi par-

Matth. 16.

Ezech. 18.

particeps ipſe non fuit, ad eum non pertinere quis ambigat? Quid dicam de conjuge? Quid de tot animabus in univerſa familia? Unde ſi una anima per iſtam ſeveritatem, qua tota domus iſta anathematizata eſt, ſine baptiſmate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, ſi de Eccleſia homines innocentes violenter abſtrahantur, & interficiantur, huic damno non poteſt comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam & nobis reſcribendo præſtes, ut poſſimus & nos; ſi autem non potes, quid tibi eſt inconſulta commotione animi facere, unde ſi fueris interrogatus, rectam reſponſionem non vales invenire „„ ?

Eamdem Regulam confirmat *S. Th.* in 3. *Sententiar.* diſt. 18. qu. 2. art. 3. quæſtiunc. 2. „„ Excommunicari (*inquit*) non debet aliquis niſi pro peccato mortali; peccatum autem in actu conſiſtit; actus autem non eſt communitatis, ſed ſingularium perſonarum, ut frequenter; & ideo ſinguli de communitate excommunicari poſſunt, non autem ipſa communitas; &, ſi etiam quandoque actus ſit totius

poteſt *Proſper Fagnanus* in cap. *Reſponſo*, tit. *de Sententia excommunicationis.*

REGULA XXXIV.

Ab excommunicatione ferenda eſt abſtinendum, cum timetur, ne pejor fiat peccator, in quem fertur, vel pax Eccleſiæ perturbetur.

Ab ea ferenda quando abſtinendum.

Hanc Regulam tradit *S. Auguſt.* Serm. 17. alias 28. ex Homiliis quinquaginta, cap. 3. „ „ Quis (*inquit*) non contemnat ebrioſitatis peccatum? Abundat tale peccatum, & contemnitur. Jam cor ebrioſum perdidit ſenſum, non habet dolorem, quia nec ſalutem. Quando aliquid pungitur, & dolet, aut ſanum eſt, aut in illo ſpes aliqua ſanitatis; quando autem tangitur, pungitur, vellicatur, nec dolet, pro mortuo habendum eſt, ac de corpore præcidendum. Sed aliquando nos parcimus, & non novimus niſi loqui; excommunicare, de Eccleſia projicere pigri ſumus. Aliquando enim timemus, ne ipſo flagello pejor fiat, qui cæditur „ „.

Et Serm. 4. alias *de Diverſis* 44. cap. 32. „ „ Nonne (*inquit*) fit modo in Eccleſia malis hominibus, qui volunt perturbare Eccleſiam, ut tolerentur ad neceſſitatem ipſius pacis, ut admittantur, ut habeant Sacramenta communia? Et aliquando ſcitur, quia mali ſunt, & convinci forte non poſſunt, ut emendentur, & degradentur, ut excludantur, ut excommunicentur, non poſſunt convinci. Si inſtiterit aliquis, aliquando itur in diſruptiones Eccleſiæ. Cogitur Gubernator Eccleſiæ tanquam dicere: Ecce ab ubertate terræ erit tibi, & a rore cœli; utere Sacramentis, tibi manducas judicium, tibi bibis judicium: *Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit.* 1. Cor. 11. Noſti, quia admitteris ex neceſſitate pacis Eccleſiæ, non habes in corde niſi perturbationes, & diviſiones, &c „ „.

Magna circumſpectione ferenda eſt.

Ex lib. *de Fide, & Operibus*, „ „ Nos vero ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur ex utriuſque teſti-

eit, ut in ipiis non in
aliorum diſplicet „ „.

Ex his colligitur, mag
de Principibus, aut eoru
dis deliberatur, nec facil
tiam, cum ſociam multit
toſque ſuorum criminum
perientia compertum ſit
Cenſuras eccleſiaſticas in
tim ob conflictum juriſdi
tionis, & turbationis par
iis abſtinere judices eccleſi
rum officium ſpectant, p
ges poſtulant, & ad Rege
eſt, Eccleſiam tueri, ejuſq
ctam præſtare.

REGUL

Cum neceſſitas cogit Præl
nem ferendam, eam ſev
dilectione exercere debe

Severitas exercenda

Hanc Regulam tradit

gligentia grave malum eſt; & ideo ſicut Apoſtolus monet, ſi auferat malum a ſe ipſo, non ſolum auferet audaciam committendi, aut peſtilentiam conſentiendi; ſed etiam pigritiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia, & obedientia in eo, quod præcipit Dominus, ne frumenta lædantur. Ea quippe intentione quiſquis inter triticum zizania toleraverit, auferendo a ſe ipſo malum, non eis communicat; & ea diſtinguit, ac judicat interim ad diem; non enim novit, quid cras futurum ſit; & ideo dilectione ſervata, non ſine ſpe correctionis vindicandum eſt, quidquid etiam cogit neceſſaria ſeveritas vindicari. Quod ut ſatis appareat, totum ipſum Epiſtolæ apoſtolicæ locum diligentius pertractemus. *Quid vultis?* inquit, *in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* 1. Cor. 4. Jam hic apparet, eum loqui de vindicta, ad cujus ſignificationem virgam nominavit. Nunquid tamen & virga ſine charitate eſt, quia ita contexuit: *In virga veniam ad vos, an in charitate?* Sed quod ſequitur: *Spiritu manſuetudinis*; admonet intelligi, quia & virga charitatem habet. Sed aliud eſt charitas ſeveritatis, aliud charitas manſuetudinis Una quidem charitas eſt, ſed diverſa in diverſis operatur... Cum ergo ad talem vindictam neceſſitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare miſericordiam, quam repellit ſuperbia ſævientium, nec illius ipſius, qui de medio fratrum tollitur, debet negligi ſalus, ſed ita agendum eſt, ut ei talis vindicta ſit utilis; & agendum voto, & precibus, ſi corrigi objurgationibus non poteſt „„.

REGULA XXXVI.

Excommunicatio prorſus injuſta, nullatenus timenda eſt in foro interiori, & coram divino Tribunali, in foro autem exteriori non ſemper tenenda eſt.

Injuſta penitus excommuni.

Hanc Regulam probant, quæ art. 1. iſtius Capitis. §. 6. dicta ſunt, ubi explicuimus: *Quibus de*

„ „ Illud plane (*inquit*) ſi quiſquam Fidelium ſi ei potius oberit, qui faci tur injuriam. Spiritus en ctis, per quem quiſque li ritam nulli pœnam ingeri ditur charitas in cordibı perperam „ „.

Idem confirmat *S. Aug* cap. 6. „ „ Sæpe etiam ſi nonnullas nimium turbul ſeditiones expelli de cong bonos viros. Quam conſun eum patientiſſime pro Ecc ullas novitates vel hæreſis rint, docebunt homines, q ta ſinceritate charitatis De ergo virorum propoſitum e binibus; aut ſi id non ſina te perſeverante, vel ne ſuo t tur, tenent voluntatem con rum motibus, perturbatio ulla conventiculorum ſegr

tia, deponat errorem, & vacua eſt; ſed ſi injuſta eſt, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Eccleſiam ejus neminem poteſt iniqua gravare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolvi deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

Eadem Regula confirmatur ex *Gerſonio*, in Tractatu *de Sententia excommunicationis*, aſſerente: „ Aliquas ſententias Paſtoris non eſſe tenendas, imo nec timendas, dum ſunt injuſtæ; & hoc in multis caſibus; primo ſi ſententia lata ſit poſt appellationem legitimam, ut notavit Innocentius III. in Epiſtola ad Archiepiſcopum Senonenſem. Secundo, ſi continent intolerabilem errorem, ut notavit idem. Et hoc multipliciter poteſt evenire, cum nullus Paſtor vivens in terris, imo nec Papa ſit impeccabilis, quando poſſit abuti ſua poteſtate; cum circumdatus ſit infirmitate, ut dicitur ad Hebræos. Unus caſus eſt, ſi ſententiet expreſſe, vel etiam implicite contra Fidem, & Scripturam ſacram. Alter, ſi ſententiet in præjudicium veritatis, vitæ, & juſtitiæ; ut ſi volens rapere ſponſam alterius, ferat in contra nitentes ſententiam excommunicationis. Aliter, ſi ſententiet in præjudicium juſtæ libertatis; ut ſi volens uſurpare civitatem unius principis, ferat ſententiam excommunicationis in nolentes eam ſibi tradere; & ita de multis ſimilibus, ut ſi excommunicare velit illos, qui ſuo regi, & ſuis edictis rationabilibus obediunt. Notavit hæc Innocentius ubi prius; & habetur fundamentaliter ex infallibili lege divina, & naturali „. Addit, *S. Gregorium* non dixiſſe quod ſententia Paſtoris ſit tenenda, ſive juſta, ſive injuſta ſit, ſed quod ſit timenda. At „ Longe aliud eſt dicere, quod ſententia aliqua ſit timenda, & quod ſit tenenda; quia tyrannica iniquitas etiam timeri poteſt, ſed teneri non debet, imo contemni „.

Cæterum cum ſententia excommunicationis non eſt notorie injuſta, & a Superiore legitimo lata eſt, abſit, ut ſubditus Superioris ſui judicium temere, ac ſuperbe reprehendat, palamque contemnat; ſed vere-

ſolvere indiſcrete timea
ſub manu Paſtoris eſt, li
Paſtoris ſui judicium t
injuſte ligatus eſt, ex
ſuperbia, culpa, quæ nc

REGUL

Injuſta excommunicatio
ab habente juriſdictio
errorem non ferendun
appellatio ad ſuperio
ante ſententiam latam.

Quando injuſta excommunicatio in foro exteriori liget.

Hanc Regulam tradit
„ „ Tribus (*inquit*
juſta, vel injuſta, ſcilicet
ex ordine. Ex animo, cu
odio, vel indignatione fe
in veritate certa, & efficie
Ex ordine, cum ſervatur
juris; & notantur iſti tres
Si Epiſcopus. Teneas ergo
municationis indubitanter

continet intollerabilem errorem; in quibus caſibus ad probationem eorum, etiamſi Abſolutionem non petant, debent admitti; ſed, donec de ipſis conſtiterit, in aliis evitari; quamquam tales Sedes apoſtolica conſueverit abſolvere ad cautelam; verum in aliis, niſi gratiam Abſolutionis implorent, non debent audiri, ne ſententiam eccleſiaſticam contemnere videantur, *Extra.* de Sententia excommunicationis, cap. *Per tuas* „„.

„„ Excommunicato autem injuſte eſt conſulendum, ut ſuſtineat excommunicationem patienter, humiliter, ac devote, & prætentet ſe excommunicatori, offerens canonicam ſatisfactionem, ſi in aliquo offendit, & ſic inſtanter poſtulet abſolvi. Si ita fecerit, erit ei ad meritum; alias ſi contemneret, peccaret mortaliter. *Extra, eodem cap. Per tuas, Item* poteſt proponere querimoniam contra excommunicatorem coram Superiore de injuſta excommunicatione „„.

Idem docet iiſdem pene verbis *S. Antoninus*, 3. P. Tit. 24. cap 74. additque ex *Petro de Palude*, quod „„ Quando ſapientibus notum eſt ſententiam eſſe nullam, quamvis apud vulgus neſciatur, poteſt homo non ſervare eam in occulto; ſed in publico debet eam ſervare, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedaverit; ut ſicut aliquis publice excommunicatur, & publice denuntiatur, ita ex adverſo ipſe publice proferat cauſam, quare ſententia non valet, puta appellationem, vel alias injuſtam cauſam; quo facto, non eſt amplius ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum; & ideo eſt contemnendum „„.

Denique ſacra Congregatio Concilii Trid. interpres rogata, an excommunicationes latæ ab Epiſcopo non ſervata forma in Concilio Trid Seſſ. 25. c. 3. *de Reformatione* præſcripta, ſint ipſo jure nullæ, reſpondit, eſſe validas, & excommunicatum indigere Abſolutione, ut refert *Proſper Fagnanus* in cap. *Sacro. De Sententia excommunicationis.* Et hæc Reſponſio conſona eſt Innocentii III. Decretali, cap. 28. *De*

vero, quæ lata eſt al
poteſt, qui tulit, v

De Abſolutione ab excommunicatione.

Vide, quæ Art. 1. ſunt; quibus add locus in 4. *Sentent.* diſt 1. ubi compendio expl mentum ſpectant, & A vatis, de qua ſuperiu (*inquit*) excommunicati qui poteſt abſolvere a p tem eſt major, aut eſt tulit, vel ejus Superior a jure, & tunc Epiſcop teſt abſolvere; exceptis conditor (ſcilicet Papa) aliquis injicit manus in ſecundus eſt de illo, qui denuntiatus; tertius de i & denuntiatus eſt; quar ſcienter communicat exc Papa; quintus de illo, q Sedis; ſextus de illo, qui communicat; non enim

municatione poteſt quis a quolibet Sacerdote abſolvi; ſecundus, ſi ſit oſtiarius alicujus potentis, & non ex odio, vel propoſito percuſſit; tertius, ſi percutiens ſit mulier; quartus, ſi ſit ſervus, & dominus læderetur de ejus abſentia, qui non eſt in culpa; quintus, ſi Regularis Regularem, niſi ſit enormis exceſſus; ſextus, ſi ſit pauper; ſeptimus, ſi ſit impubes, vel ſenex, vel valetudinarius; octavus, ſi habeat inimicitias capitales „ „.

„ „ Sunt autem alii caſus ſeptem, in quibus percutiens Clericum excommunicationem non incurrit; primus, ſi cauſa diſciplinæ, (ut Magiſter, vel Prælatus) percuſſerit; ſecundus, ſi jocoſa levitate; tertius, ſi invenerit eum turpiter agentem cum uxore, vel matre, ſorore, vel filia; quartus, ſi ſtatim vim vi repellat; quintus, ſi ignoret eum eſſe Clericum; ſextus, ſi inveniat eum in apoſtaſia poſt trinam admonitionem; ſeptimus, ſi transfert ſe Clericus ad actum penitus contrarium, ut ſi fiat miles, vel ad bigamiam tranſeat „ „.

REGULA XXXIX.

Qui dubitat, utrum in excommunicationem incurrerit, Abſolutionem ad cautelam poſtulet, Abſolutio autem poſtulanti non negetur, oppoſitione quacunque non obſtante, niſi actor ob manifeſtum crimen excommunicatum fuiſſe objiciat; tunc enim octo dierum intervallum ad probationem concedendum eſt, interimque Abſolutio differenda. Si crimen probatum fuerit, Abſolutio non tribuatur, niſi ſatisfecerit excommunicatus, vel ſe juri pariturum, præſtito vadimonio, promiſerit, ſi dubia fuerit offenſa.

Abſolutio ad cautelam.

Hanc Regulam tradit *Innocent. IV.* in Conc. Lugdunenſi; & habetur cap. *Solet*, tit. *de Sententia excommunicationis*, in Sexto. „ „ Statuimus (*inquit*) obſervandum, ut petenti Abſolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator, vel adverſarius

ſe opponat; niſi eum excommunicatum pro manifeſta dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum indulgebitur ſic dicenti, ut ſi probaverit, quod opponit, non relaxetur ſententia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda; vel competens cautio de parendo juri, ſi offenſa dubia proponatur „„.

Idem probatur ex cap. *Ex parte*, Extra. *de Verborum ſignificatione*, ubi *Innocent. III.* diſtinguendum ait: „„ Utrum in aliquem interdicti vel excommunicationis ſententia ſit prolata pro contumacia tantum; quia ſcilicet citatus ſtare noluit juri; vel etiam pro offenſa, quia videlicet juſſus noluit maleficium emendare „„. In primo caſu, poſſe relaxari ſententiam, reſpondet: *Si prius ſufficiens ſtandi juri cautio tribuatur.* In ſecundo vero *Si offenſa eſt manifeſta*, non eſſe relaxandam ſententiam, *niſi prius ſufficiens præſtetur emenda. Si vero dubia eſt offenſa*, ſufficere ad relaxandam eamdem, ſive ad Abſolutionem concedendam: *Si parendi mandato Eccleſiæ competens cautio præbeatur.* Quid vero nomine offenſæ manifeſtæ intelligi debeat, idem Pontifex explicat cap. ſequen-

excommunicatoribus) non relaxent; ſalva contraria ſuper hoc conſuetudine, ſi quam habent „„.

Idem conſtat ex cap. *Venerabilibus*, 7. ſub eod. tit. in Sexto: „„ Rothomagenſi Archiepiſcopo, vel ejus Officiali non licet excommunicatis ab Archidiaconis, vel aliis ſubditis Suffraganeorum ipſius Archiepiſcopi, (cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum ſint judices) Abſolutionis beneficium impertiri; excommunicatos autem ab ipſis Suffraganeis, vel eorum Officialibus poſſunt abſolvere, ſi ab ipſis litigantibus ad eos fuerit provocatum „„. Metropolitanus itaque non poteſt abſolvere ſubditos ſuorum Suffraganeorum a Cenſuris, quas iidem Epiſcopi, vel eorum Officiales tulere, niſi in caſu appellationis, aut viſitationis provinciæ.

REGULA XLI.

Judex ſuperior, ad quem excommunicationis cauſa delata eſt, ſi juſtam illam eſſe perſpexerit, excommunicatum ad inferiorem primumque judicem debet abſolvendum remittere, niſi is Abſolutionis beneficium injuria negaret, aut dolo differret. Si vero excommunicationem injuſtam eſſe Superior cognoverit, excommunicatum abſolvere ſine cunctatione debet. Si dubitetur, utrum juſta ſit, vel injuſta, Abſolutionem concedere poterit; quamvis honeſtius, & convenientius abſolvendum remittat ad eum, qui Cenſuram tulit.

Hæc Regula traditur ab *Innocentio IV.* cap. *Venerabilibus*, 7. tit. *de Sent. excommun.* in ſexto. „„ Sane (*inquit*) ſi certum eſt excommunicationis ſententiam eſſe juſtam, velut cum propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior judex (niſi periculum ſit in mora) excommunicatum ad excommunicatorem prorſus remittere debet, nec debet eum abſolvere, niſi excommunicator requiſitus malitioſe illi Abſolutionis beneficium deneget exhibere. Si vero conſtet, hujuſmodi ſententiam

cum cognitio cauſæ Superi
data, quamvis injuſte,

Ita declarat *Innoc. IV.* c
dato: „„ Ubi autem
tit de excommunicatione
relaxatio, quam ipſe fece
injuſta; quoniam etſi cor
men contra jus conſtitut

REGUL

Excommunicatus ob plur
a pluribus judicibus, t
pro utraque cauſa ſatisfa
alterutra cauſa tacita, a
& per ſubreptionem imp

Hanc Regulam tradit
cauſa, Extra. *de Sent*
verba: „„ Diſcretioni veſt
ſi vobis conſtiterit, dictun
plicem cauſam excommuni
ſiſſe tantum alteram in litte
tione ſua impetravit; ipſun
catum ſatisfa

rum de uno tantum ſatisfacere vult exceſſu, ab eo ſit abſolvendus, de quo ſatisfacere vult eidem, & cum de alio non ſatisfecerit, aliis abſolutus, valeat nuntiari. Super hoc articulo reſpondemus, quod ſupplementi veritatem Abſolutio ſubrepta non prodeſt; & veritatem intelligens Abſolutionem hujuſmodi exhibere non debet „„.

Eadem Regula confirmatur cap. *Ex parte tua*, Extra. *De Officio judicis ordinarii*, quod *Alex. III.* Reſcriptum eſt ad Cantuarienſem Archiep. „„ Quia (*inquit*) nos conſulere voluiſti, utrum illorum Abſolutio teneat, qui (occultatis exceſſibus, pro quibus excommunicati fuerant) Abſolutionis beneficium per Sedem apoſtolicam meruerunt, ſuæ excommunicationis cauſam aliam prætendentes; taliter reſpondemus. Quod ſi tibi ita conſtiterit, debes eos eccleſiaſtica Cenſura compellere cum litteris tuis rei veritatem continentibus ad Sedem apoſtolicam redire. Si vero id tibi non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quod confeſſi non fuerint veritatem; ipſos compellere debes exinde coram te, quod veritatem confeſſi fuerint, purgationem præſtare „„.

Idem confirmat *S. Th.* in 4. *Sent.* diſt. 18. qu. 2. art. 5. qu. 3. „„ Excommunicationes (*inquit*) non habent connexionem in aliquo, & ideo poſſibile eſt, quod aliquis ab una abſolvatur, & in altera remaneat. Sed circa hoc ſciendum eſt, quod aliquis quandoque eſt excommunicatus pluribus excommunicationibus ab uno judice, & tunc quando abſolvitur ab una, intelligitur ab omnibus abſolvi, niſi contrarium exprimatur; vel niſi in caſu, quo quis Abſolutionem impetrat ex una tantum cauſa excommunicationis, cum pro pluribus excommunicatus ſit; quandoque autem eſt excommunicatus a diverſis judicibus; & tunc abſolutus ab una excommunicatione, non propter hoc eſt abſolutus ab altera; niſi omnes alii ad petitionem ejus excommunicationem ipſius confirmaverint; vel niſi omnes uni demandent Abſolutionem „„.

ſententia, vel quamcunc
ſuſpenſionis, ſeu etiam i
tum extortam, præſent
omnino viribus vacuam
violentiæ creſcat audaci
ſeu revocationem hujuſ
rint, excommunicationis
jacere ».

REGU

Ab excommunicatione ju
tumacia perſeverantem
denter abſolvet.

Ita docet *S. Thomas* in
art. 5. Quæſtiunc. 2. ac
(*inquit*) contumacia, pot
municationem juſte latam
illius expedire, in cujus
catio lata eſt ».

CAPUT III.

De Suſpenſione.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid, & quotuplex ſit Suſpenſio.

Suſpenſio eſt Cenſura quædam Eccleſiaſtica, qua Miniſter Eccleſiæ impeditur, ne functiones Eccleſiaſticas exerceat, aut aliqua Poteſtate Eccleſiaſtica utatur. Eſt autem genus quoddam Suſpenſionis, quæ non per modum Cenſuræ, ſed tantum per modum pœnæ imponitur; cujus frequens eſt in jure mentio, ſcilicet cap. *Tam litteris*, Extra. *de Teſtibus*, & cap. *Cum in cunctis*, §. ultimo, tit. *de Electione*, in Sexto, & Clementina 1. §. penult. *de Hæreticis*, & Clementina 2. *de Pœnis.* Quotieſcunque enim Suſpenſio infligitur ſolum ad plectendum delictum præteritum, non ad frangendam, ac domandam contumaciam præſentem, rationem Cenſuræ non habet, ſed pœnæ. Illud autem inter utrumque genus Suſpenſionis diſcrimen intercedit, quod illa, quæ mere pœna eſt, ad certum tempus infligitur; quæ vero Cenſura eſt, non fertur ad certum tempus, ſed tamdiu durat, quamdiu perſeverat contumacia. Prima ceſſat elapſo temporis, quo definita eſt, intervallo, abſque alia Abſolutione; altera ſola abſolutione tollitur. Prima nullam monitionem præviam requirit, quam neceſſario poſtulat ſecunda, ſaltem illam, quæ includitur in illa conditione: *Si hoc feceris*; vel *Niſi ſatisfeceris.* Eſt autem Suſpenſio Cenſura quædam Clericorum propria; nam excommunicatio, & Interdictum non ſolum Clericos, ſed etiam laicos ligare poſſunt; at Suſpenſio ipſos tantum Clericos attingere poteſt; nec enim ulli ejus Ordinis, vel Officii, cujus eſt penitus expers, adminiſtratio vetari, & interdici poteſt. De Suſpenſione.

Suſpenſio alia eſt *A jure*, alia *Ab homine*; a jure, cum quis ob ſimoniam, vel ob aliud delictum, ipſo jure ab executione ſui Ordinis, vel Officii prohibetur; Quotuplex Suſpenſio.

ut Suſpenſionem perpetuam mereatur. At in dubio cenſenda eſt temporalis, & ad judicis prudentis arbitrium duratura, quia (ſecundum Regulam juris 49. in ſexto.) *In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.*

ARTICULUS II.

Regulæ circa Suſpenſionem.

REGULA I.

Suſpenſus ab officio, conſequenter ab Ordinum ſuſceptione prohibetur.

Suſpenſus enim ab inferiori Ordine, conſequenter ſuſpenſus eſt ab uſu ſuperiorum Ordinum, ſi ad illos promotus eſt, vel ab eorum ſuſceptione, ſi non eſt promotus. Cum itaque ſuſpenſus ab officio prohibeatur ab uſu ſuperiorum Ordinum, ita ab eorum ſuſceptione arceri cenſendus eſt.

REGULA II.

Suſpenſus ab ordine, conſequenter ſuſpenſus eſt ab uſu juriſdictionis, cum ordinis functione connexo.

Quamobrem Confeſſiones audire, & ſacramentaliter abſolvere non poteſt.

REGULA III.

Qui a juriſdictione ſuſpenſus, actum aliquem juriſdictionis nihilominus exercet, non fit irregularis.

Irregularitas enim non imponitur, niſi ob violationem ſuſpenſionis ab ordine; nullam vero pœnam jus decernit contra eos, qui ſuſpenſionem a juriſdictione violaverint, ſed eam relinquit arbitrio judicis.

REGULA IV.

Suſpenſus a beneficio, ſolis beneficii fructibus privatur; & tamen ad omnes officii partes implendas obligatur.

Diſtin-

ciens ratio non eſſet,
niſi jus ex beneficii tit
ſtributiones illæ velut
mobrem Suſpenſio a b
tionibus obtinendis im
oblationibus ſive extra
emoſynis, quæ per ſe
ſed ob Miſſæ celebratio
eccleſiaſticum beneficio
bus viritim conferunt fi

REGU

Qui a beneficio ſuſpenſu
percipit, lethaliter pec
netur, etiamſi Suſpen

Qui enim rem alienat
juſtitiam; & ad re
nemo poteſt juſte retiner
autem ſuſpenſus eſt a ber
facit; adeoque rem aliena
cipit; graviter itaque pec
tutionem obligatur. Nec

cto nullum beneficium vel privilegium per illam conceſſum eſt.

REGULA X.

Suſpenſo ab Ordine beneficium conferri valide, ac juſte poteſt.

Non eſt enim incapax obtinendi beneficii, cum aliud ſit Suſpenſio a beneficio, & Suſpenſio ab officio. Unde *Honorius III.* cap. *Vel non eſt compos*, Extra. *De tempore Ordinationum*, ſuſpendit puerum tredecim annorum uſque ad legitimam ætatem; & tamen præcipit, ut ei beneficium eccleſiaſticum competens conferatur.

REGULA XI.

Prælatus ob Ordine ſuſpenſus, nihilominus beneficia conferre poteſt, ad quorum collationem jus habet.

Beneficiorum enim collatio nullius Ordinis, ſed ſolius juriſdictionis actus eſt. Ob eamdem rationem ferre poteſt excommunicationen, aliaſque Cenſuras eccleſiaſticas, & ab illis abſolvere; & Canonicam illam Abſolutionem tribuens non fit irregularis, niſi id præſtet tanquam Sacerdos, & cum ſolemnitate, quam præſcribunt cap. *A nobis*, ſecundum, Extra. *de Sentent. excommunicat.* & Ritualia.

REGULA XII.

Epiſcopus ab ordinum collatione ſuſpenſus, ipſos conferendo fit irregularis.

Epiſcopatus enim Ordo ſacer eſt, cujus præcipuus actus eſt conſecratio Sacerdotum, & miniſtrorum Eccleſiæ; itaque ſuſpenſio ab Ordinum collatione eſt vere, & proprie Cenſura eccleſiaſtica, quippe quæ privat Epiſcopum præcipua ſui Ordinis functione. Quamobrem ſi Ordines conferat, ſive majores, ſive minores, ſicque tanquam miniſter functionem Ordinis Epiſcopalis exerceat, irregularis efficitur,

Hanc Regulam tra
dunenſi, & habet
de Sent. excom. in 6. „
eſt Epiſcopis, & eorui
cutionem pontificalis
cumbit, ut in aliquo ca
incurrant ſententiam ipſ
vida duximus ſtatuendu
periores Prælati, nulli
ſententiæ, ſive mandati
tentiam ullatenus ipſo ju
expreſſa mentio habeatu
dent etiam Epiſcopi ele
nondum conſecrati; ſiqui
ercere poſſunt Favores
privilegia præſertim a Pri
regulæ juris.

REGUI

Suſpenſio generatim lata in
quam ſæculares Cl

Nomen enim, & offic
ſæcularibus Clericis c

in eam incurrere pariter cenſendi ſunt regulares, & ſæculares Clerici, niſi materia legis, conſtitutionis, aut mandati ad Sæculares tantum pertineat; vel poteſtati ferentis conſtitutionem, aut mandatum, v. g. particularis Epiſcopi, Regulares non ſubjaceant ob exemptiones, & privilegia.

REGULA XV.

Suſpenſio in Communitatem, ſeu Capitulum, aut Conventum jure ferri poteſt.

Hæc Regula ex Eccleſiæ uſu perſpicua eſt, & confirmatur, cap. *Quia ſæpe*, tit. *de Electione*, in ſexto, quod contra Capitula, Conventus, & Collegia, & ſingulares eorumdem perſonas editum eſt, quæ cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis Eccleſiis vacantibus, bona a Prælatis dimiſſa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum Eccleſiarum expendi, vel futuris Succeſſoribus reſervari debuiſſent, occupabant, inter ſe dividebant, ſurripiebant, dilapidabant, diſſipabant. Decernit autem Pontifex: „„ Ut hi, qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, (nempe Capitula ipſa, Conventus, Collegia, & ſingulares eorumdem perſonæ) eo ipſo ſint, & tamdiu maneant ab officio, & beneficiis quibuſcunque ſuſpenſi, donec plene reſtituerint, quidquid de bonis perceperint ſupra dictis „„.

Idem rurſus confirmatur ex cap. *Si ad Epiſcopum*, tit. *Ne ſede vacante aliquid innovetur*, in ſexto. „„ Si (*inquit*) ad Epiſcopum, & Capitulum communiter pertineat collatio præbendarum; mortuo Epiſcopo, vel a beneficiorum collatione ſuſpenſo, poterit Capitulum vacantes conferre præbendas; etiamſi Epiſcopus intereſſe habeat in collatione hujuſmodi, ut Prælatus. Idem poterit Epiſcopus, ſi Capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi contingat, vel ſingulariter omnes de Capitulo majoris excommunicationis vinculo innodari „„.

pinquiorem.

REGU

Sine peccato proprio a
tamen

Ita docet *S. Th.* in 4. S
qu. 2. ad 2. „ „ Susp
pœna est, quanta excor
non fraudantur Ecclesiæ s
cati; unde etiam aliquis
spenditur „ „.

Idem confirmatur ex
Ordinatis ab Episcopo, qui
qui ab hujusmodi Episco
ab executione Officii susp
tifex cum eo dispensaverit
pos, Extra. *De Temporibu*
decim annorum in Diaco
tione officii Diaconi usque
spenditur *In injuriam Ordi*

Quod autem objici pote
fligi sine culpa propria, fal
ris, hanc exceptionem

REGULA XVII.

Suſpenſionem, quæ fertur ad frangendam contumaciam, præcedere canonica monitio debet.

Nemo enim contumax eſt, & habetur, niſi monitus fuerit.

REGULA XVIII.

Suſpenſio, quæ fertur, ut pœna duntaxat delicti præteriti, ſine prævia monitione infligi poteſt.

Id colligitur ex cap. *Tam litteris*, Extra. *De Teſtibus*, ubi ſummus Pontifex *Innoc. III.* Archipresbyterum lucanum, & Sacriſtam, qui litteras contra Lucanum Epiſcopum electum ſub nomine majoris partis Capituli ad ejus Sanctitatem falſo ſcripſerat, propter iſtud crimen ab officio, & beneficio ſuſpendit, etiamſi monitio nulla præmiſſa eſſet, neque ab homine, neque a jure per legem aliquam, quæ tale delictum ſub pœna Suſpenſionis prohiberet.

REGULA XIX.

Fideles non tenentur vitare ſuſpenſum Clericum in iis, in quibus ſuſpenſus eſt, niſi ſit denuntiatus.

Hæc Regula colligitur ex conſtitutione, *Ad vitanda*. Quamobrem Sacerdotem ab Officio ſuſpenſum & non denuntiatum, inducere poſſunt abſque mortali peccato ad celebrandum, ad Sacramentum pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ adminiſtrandum, ad ſententiam in foro exteriori ferendam, ob neceſſitatem ſuam, vel commodum, ſi ratione Officii ad hæc miniſteria in eorum utilitatem obeunda teneatur. Poſſunt etiam ſuſpenſum a beneficio participem facere fructuum ejuſdem, ſi non ſit nominatim denuntiatus. At denuntiatum in his vitare tenerentur; alioquin claves Eccleſiæ contemnerent, & contra obedientiam Eccleſiæ debitam peccarent; & cum Clerico contumace, & ſuſpenſo ad peccatum mortale cooperari cenſerentur.

cellet elapſo tempore , c
ac beneficii fructus perci
nici Conſulti obſervant.

REGU

Suſpenſio ad certum tem
tuum explicite lata, Su
Abſolutione tolli poteſt

Manet enim ſemper p
ſolvendi ſubditum a
cet elapſo tempore , quo
perpetuum lata ſit; cum a
ſatione, ſive degradatione

REGUL

Suſpenſio a jure lata in p
tua, ſive ad certum tem
Canonis ante tempus ela
blica ſit, & ad forum c

Hujus enim pœnæ con
lutionem tacite ſibi re
proinde nullus

ſpenſionem decernat, (ut cap. *Cum inhibitio*, Extra. *De Clandeſtina Diſpenſatione.*) non poterit Epiſcopus illam infligendo minuere, nec in illa inflicta diſpenſare; quia inferior judex in lege Superioris diſpenſare non poteſt, nec reum convictum a pœna legis abſolvere. Nam „ Facti quæſtio in arbitrio „ eſt judicantis; pœnæ vero proſecutio non ejus voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſervatur „; (inquit *Papinianus* lib. 1. Digeſt. *Ad Senatuſc. Turpil.*) Idque confirmat *S. Th.* 2. 2. q. 67. art. 4. „ „ Judex (*inquit*) inferior non habet poteſtatem abſolvendi reum a pœna contra leges a Superiore ſibi impoſitas „ „. At vero ſi jus canonicum, ſive conſtitutio pontificia decernit Suſpenſionem ferri in eum, qui tale delictum commiſit, nulloque tempore illam definiat, nec perpetuam fore ſignificet, integrum erit judici eam ferenti ad certum tempus reſtringere, vel latam ante tempus elapſum remittere, quia tunc non in lege Superioris diſpenſare, ſed ſententiam ſuam temperare cenſebitur.

REGULA XXIII.

Quamlibet Suſpenſionem ex delicto occulto provenientem, & ad forum contentioſum non delatam, Epiſcopi ſolvere poſſunt.

Ita declarat Concil. Trid. ſeſſ. 24. *de Reformatione*, cap. 6. „ „ Liceat (*inquit*) Epiſcopis in Irregularitatibus omnibus, & Suſpenſionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario; & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare; & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in Diœceſi ſua per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ, gratis abſolvere, impoſita pœnitentia ſalutari „ „.

ſpecialiter non retinuit
facultatem aliis relaxand
communicatione ſola dic
nici Conſultis ad Suſpen
hoc diſcrimine, quod ab
lata quilibet Sacerdos ad
probatus, a Suſpenſione
Vicarius ejus abſolvere p
quod Abſolutio ab excom
ſit ad ſalutem animæ nec
municatio participatione S
nione ſuffragiorum privat ;

REGUL

Suſpenſionem ab homine latam
auferre poteſt,

ARTICU

Quæ Suſpenſiones

Suſpenſiones a jure latæ.

I. Ab Ordinis ſuſcepti e
qui ſacrum Ordine
Epiſcopo, qui loco ſimul, &
autem

Prædeceſſore, & cap. *Fraternitati*, Extra. *De Schiſmaticis*. Idem eſto judicium de eo, qui ab Epiſcopo ſimoniaco per ſententiam declarato eſt ordinatus. Can. *Si qui a Simoniacis*, cauſa 1. qu. 1. & cap. *Per tuas*; Extra. *De Simonia*.

III. Qui eccleſiaſticos Ordines in excommunicatione poſiti ſcienter acceperunt. Quæ Suſpenſio ſummo Pontifici reſervata eſt. (Cap. *Cum illorum*, Extra, *de Sententia excommunicationis*.)

IV. Qui aliquem Ordinem ſimoniacę ſuſceperint. (Cap. *Per tuas*, 37. Extra. *De Simonia*, & Extrav. *Cum detecſtabile*, lib. 5. Extrav. comm. tit. *de Simonia*.)

V. Qui per ſaltum ordinantur, id eſt, ſuperiorem Ordinem inferiore prætermiſſo ſuſcipiunt, ab Ordine ſic ſuſcepto ſunt ſuſpenſi. Poteſt tamen Epiſcopus cum ſic promotis diſpenſare *ex legitima cauſa, ſi non miniſtraverint*; modo prætermiſſum Ordinem prius ſuſceperint. cap. *Tuæ*, Extra. *de Clerico per ſaltum promoto*, & Concilii Trident. ſeſſ. 23. *De Reformatione*, cap. 14.

VI. Qui duos Ordines ſacros una die, aut duobus diebus immediate conſecutis ſuſceperunt, ab Ordinis poſtremo ſuſcepti executione; qui vero eoſdem ita contulerunt Epiſcopi, ab utriuſque Ordinis collatione ſuſpenduntur. (Cap. *Litteras*, Extra. *De Temporibus Ordinationum*.)

VII. Qui majores Ordines ante legitimam ætatem, vel extra tempora ab Eccleſia conſtituta, vel ſine litteris dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo ſuſcipiunt, Suſpenſione mulctantur Conſtitutione *Pii II.* quæ incipit, *Cum ex Sacrorum*, & altera *Sixti V.* quæ incipit, *Sanctum*, & *ſalutare*. Quam Suſpenſionem etſi ſummo Pontifici reſervaverit *Sixtus V.* ab ea tamen, ſi ſit occulta, Epiſcopus abſolvere poteſt, quia *Clemens VIII.* Conſtitutione, quæ incipit, *Romanum Pontificem*, Decretalem *Sixti V.* moderatus eſt, ſecundum Trid. Concilii decreta.

VIII. Qui ſacros Ordines ſuſcipiunt conficto titulo

cap. *Cum ſecundum*, Extr.
Epiſcopalem obligat ac
dinato, non autem pœn
pum latam Can. *Nemine*
79. Eadem tamen ſac. Co
ſpondit, pœnam Suſpenſi
tam, a Trid. Conc, innc
qui conficto beneficii, a
torem decepit.

IX. Suſpenduntur Cl
nem, vel cum Epiſcopo c
ad Ordines præſentante p
aut proviſionem ab iis n
item a collatione, Præſe
Ordinum ſunt ſuſpenſi ;
diſpenſatione ſedi Apoſtolic
ordinaverit. Extra. *de Simc*

X. Qui furtive, id eſt, inl
bante, nec examinante, (
non vocati, aut non appro
repſerunt, aut alium in ſui
ſubmiſerunt examini. (Cap.
& cap. *Innotuit*, Extra. *D*
ſuſcepit.)

pitulum verò *contraveniens eccleſiaſtico ſubjacet interdicto.* Qui autem minores Ordines cum dimiſſoriis hujuſmodi ſuſceperunt, nulla Cenſura plectuntur, ſed excidunt privilegio clericali, præſertim in criminalibus. Ita ſanxit Conc. Trid. ſeſſ 7. *De Reformatione*, cap. 10. Quam pœnam eadem ſacra Synodus ſeſſ. 23 *De Reformatione*, cap. 10. ad illos extendit: „„ Qui eaſdem litteras non a Capitulo, ſed ab aliis quibuſvis in juriſdictione Epiſcopi, loco Capituli, Sede vacante, ſuccedentibus obtinerent. Concedentes autem dimiſſorias contra formam Decreti, ab officio, & beneficio per annum ipſo jure ſunt ſuſpenſi „„. Quinam porro cenſendi ſint arctati occaſione beneficii recepti, vel recipiendi, explicabitur in Tractatu *De Sacramento Ordinis.*

XII. Qui poſt matrimonium contractum etiam non conſummatum, exceptis caſibus a Canone conceſſis, Ordinem ſacrum ſuſceperit, ab Ordine ſic ſuſcepto ipſo jure ſuſpenſus eſt, nec ad ſuperiores Ordines provehi, nec ad aliquod beneficium, vel officium eccleſiaſticum valet promoveri, ut declaravit *Joannes XXII.* Extra. *Antiquæ*, tit. *De Voto.* Niſi forte ſolvatur matrimonium, religioſa profeſſione canonicè emiſſa, quo caſu Epiſcopus diſpenſare cum ipſo poterit.

XIII. In Suſpenſionis pœnam incurrit Presbyter, qui Miſſam celebrat, & Chriſti Corpus, ac Sanguinem in ea non ſumit. (Can. *Relatum*, diſt. 2. *de Conſecratione.*) Item qui Miſſam incompletam ſine gravi cauſa dimittit. (Can. *Nullus Epiſcopus*, diſt. 1. *de Conſecratione.*)

XIV. Ab ingreſſu Eccleſiæ ſunt ſuſpenſi, quicunque in loco interdicto celebrant, aut celebrari jubent, donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerint. Item quicunque Clerici, etiam Regulares, & exempti, admittunt ad Sacramenta, vel ad divina Officia, aut eccleſiaſticam ſepulturam publice excommunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos. (Cap. *Epiſcoporum*, tit. *de Privilegiis*, in 6.)

XV.

... Ecclesiæ. Inferiores
excommunicati sunt ipso
de rebus Ecclesiæ non alie
Ab officio pariter, & a
poralium commissæ sibi
scopi, & alii Prælati, qui
rum sibi Ecclesiarum laic
consensu, & speciali Sedi
ceptis casibus in jure per
rissimo, tit. *de rebus Eccle*

XXVI. Episcopus mor
necessitate ingressus, prima
currit ab ingressu Ecclesiæ
a Divinis; tertia, excomm
sanxit *Gregorius XIII.* Cor
De Sacri.

XXVII. Episcopus perm
res alienigenas conducere
exercendum fœnus, suspen
neficio, donec illos expul
de Usuris, in 6.)

XXVIII. Conventus, &
aut indirecte aliquid exigun
in monasterium, sive ante

nicationem incurrunt ipſo facto, neque his Cenſuris extra mortis articulum ſolvi poſſunt, ſine ſpeciali Sedis apoſtolicæ licentia. (Cap. *Sane*, tit. *de Simonia*, lib. 5. *Extrav. commun.*)

XXIX. Superiores Ordinum mendicantium, qui aliquem admittunt ad profeſſionem, nondum expleto probationis anno, ipſo jure ſunt ſuſpenſi. (Cap. *Non ſolum*, tit. *de Regularibus*, in ſexto.)

XXX. Ab Ordine religioſo apoſtata, qui Ordinem ſacrum in apoſtaſiæ ſtatu ſuſcepit, ab illius Ordinis functionibus, & ab aliorum ſuſceptione ſuſpenſus eſt, donec ſummus Pontifex cum ipſo diſpenſaverit; etiamſi ad alium Ordinem abſque neceſſaria licentia tranſierit, in eoque ſacrum Ordinem ſuſceperit (Cap. *Conſultationi*, Extra. *De Apoſtatis.*)

XXXI. Ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuſpenſi ſunt ipſo jure Regulares defraudantes Eccleſias decimis eis debitis, vel eas uſurpantes, niſi intra duos menſes ſatisfaciant. Qui autem, nec officia, nec beneficia, nec adminiſtrationes habent, excommunicationis vinculo conſtringuntur. (Clem. 1. *De Decimis.*)

XXXII. Prælati regulares, ad quos aliquid quovis modo pervenerit occaſione certorum damnorum ab eorum ſubditis illatorum Eccleſiis, aut Perſonis eccleſiaſticis, niſi ſatisfactionem plenariam illis exhibuerint intra menſem, poſtquam id ab ipſis fuerit poſtulatum, Suſpenſionis ſententiam uſque ad ſatisfactionem debitam eo ipſo incurrunt. Damna autem illata hæc ſunt: Prælatis Eccleſiarum in ſuis Concionibus detrahere, aut etiam retrahere laicos ab Eccleſiarum ſuarum frequentia, vel acceſſu; cum teſtamentorum confectionibus interſunt, a reſtitutionibus debitis, aut legatis matricibus Eccleſiis faciendis retrahere teſtatores; legata, vel debita, aut male ablata incerta, ſibi, aut aliis ſingularibus Ordinis ſui Fratribus, vel Conventibus, ut in aliorum damnum fiant, ſeu erogentur, procurare (a Caſibus ſedi Apoſtolicæ, aut locorum Ordinariis reſervatis

parochialium Eccleſiarı
concionandi, donec eo
quam primum opportu
ligari, nec tuta conſcie
nere, aut eorum ſoluti
poſſe. (Clem. *Cupientes*

XXXIV. Clerici cor
notorium eſt per ſenten
factam in jure, aut per
verſatione aliqua celari n
non ſo um quoad ſe (q
libet peccatum ſequitur
ita ut in divinis Officiis
cap. *Quæſitum*, Extra.
rum, & mulierum. Sed
lata eſt, ſecundum quod
rum crimen notum eſt, ſ
ſunt, niſi Suſpenſionis ſe
nitione Canonica, ab e
nominatimque fuerint d
Conſtitutione, *Ad vitand*
de Reform. c. 14. Primo
dus, ne Clerici concubi

penſionum, ipſo facto ſint privati. Tertio, ſi in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeverantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, a beneficiorum adminiſtratione, quoad Ordinarius arbitrabitur, ſuſpendantur. Quarto ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcunque eccleſiaſticis perpetuo priventur, atque inhabiles, & indigni quibuſcunque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem, ab eorum Superioribus, cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Quinto, ut ſi intermiſſum conſortium repetere, aut alias hujuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adjungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur. Sexto, ut Clerici beneficia eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, juxta delicti, & contumaciæ perſeverantiam, & qualitatem, & ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, Suſpenſione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliiſve modis, juxta ſacros Canones, puniantur. Poſtremo, ut Epiſcopi, ſi ab hujuſmodi crimine (quod abſit) non abſtinuerint; & a Synodo provinciali admoniti, ſe non emendaverint; ipſo facto ſint ſuſpenſi. Ex quo Tridentinæ Synodi Decreto colligitur, Clericos concubinarios, quorum publicum, & notum crimen eſt, non eſſe ipſo jure ſuſpenſos; tum quia poſt ſecundam monitionem amittunt ſolum fructus, & ab adminiſtratione beneficiorum arbitrio Ordinarii ſuſpenduntur; & ſi poſtea non paruerint, Concilium præcipit, ut beneficiis priventur, lata ſcilicet ab Epiſcopo, vel ejus Officiali ſententia; non ſunt itaque ipſo jure ſuſpenſi a beneficio; conſequenter, nec ab officio; quia ſuſpenſus ab officio, ſi ſit ſuſpenſus propter crimen grave, & ſit in mora petendi Abſolutionem, cenſetur etiam ſuſpenſus a beneficio, ut juris Canonici periti colligunt cum Auctore Gloſſæ in Clementinam *Cupientes*, tit. *de Poſ-*

hujus Operis, c. 1. a

CAP

De

ARTICUL

Quid, & quotuplex si
Censura

Quid sit interdictum.

Interdictum est Censura
sonis, locisve interdici
Officiorum celebratio publi
nistratio, quæ ad nascent
necessaria non sunt, & e

Ad hanc Censuram spe
Gregorio Turonensi rela
corum, cap. 31. scilicet,
gensis Episcopus in Eccles
rans ab impiis trucidatus
scopus Epistolas ad omne
cepto consilio „ Ecclesias
„ in his populus solemnia

geſimum quartum de Alduino Lemovicenſi Epiſcopo ſcribens: „„ Sæpe idem Alduinus pro nequitia populi novam obſervantiam conſtituit, ſcilicet Eccleſias, & Monaſteria ceſſare a divino cultu, & a S. ſacrificio, & populum quaſi paganum a divinis laudibus ceſſare; & hanc obſervantiam excommunicationem cenſebat „„. Ejuſdem Cenſuræ ſub excommunicationis nomine meminerunt *Fulbertus* Carnotenſis Epiſcopus Ep. 3. ad *Robertum* Regem Francorum, & Ep. 93. ad eumdem Regem, & Conc. Lemovicenſe anno 1031. Ejuſdem meminit ſub proprio nomine *Interdicti*, *& Suſpenſionis a divino ſervitio*, Yvo Carnotenſis Epiſc. Ep. 3. 50. 62 264. & 266. Ante Yvonem vero Interdicti Cenſuram ſæpius commemorat *Gregorius VII.* lib. 1. Ep. 81. lib. 2. Ep. 5. & 22. & lib. 7 Ep. 16. & 17. Perperam itaque, & imperite nonnulli ſcripſerunt, ante *Alex. III.* Pontificatum Interdicti memoriam nullam extare; unico argumento freti, quod interdicti apud *Gratianum* nulla mentio fiat; huic ſi quidem argumento certiſſimis teſtimoniis facile præſcribitur.

Quotuplex Interdictū. Cap. præſenti, Can. Si Sentent. Cap. Si civitas. Tit. De Sent. exc. in Sexto. Cap. Cum in partib. Extra de verb. ſign.

Interdictum aliud eſt *Locale*, aliud *Perſonale*. Locale directe fertur in loca, in quibus divinorum celebratio, Sacramentorumque confectio, & adminiſtratio & eccleſiaſtica ſepultura prohibentur. Perſonale immediate dirigitur ad perſonas, eiſque interdicit certo quodam uſu divinarum rerum; differtque ab altero quod certo loco non definiatur; perſonæ enim ſimplicer interdictæ prohibitus eſt certus rerum divinarum uſus, ubicunque ſit.

Utrumque dividitur in *generale*, *& ſpeciale*. Generale locorum Interdictum eſt, non ſolum cum regno, & provinciæ, ſed etiam cum caſtro, & villæ divinis interdicitur. Speciale eſt, cum inter plures Eccleſias paucæ, vel una interdicitur. Generale perſonarum interdictum reſpicit corpus aliquod politicum plurium perſonarum collectivum, & perſonas ſingulas quatenus partes ſunt talis communitatis, juxta cap. *Si ſententia*, tit. *de Sentent. excommunicat.* in 6.

do, Baptiſmi tamen,
& ſuſceptio tempore
ut conſtat ex Cap. *Re*
communicationis, & C
Sexto. Conceſſa quoq
matis confectio in die
rium eſt ad Baptiſmi,
tionem, & veteri ant
Cap. *Quoniam*, tit. *de*
to. Permiſſa eſt etiam
nitentiæ, Cap. *Alma*
municat. in Sexto. Iten
tici, juxta *Innocent. II.*
Extra. *de Pœnit. & Re*
cramentorum adminiſt
ſam interdicto directe
neceſſitas urgeat, nec

Excluduntur etiam
pore interdicti excom
tis articulo; necnon ill
dolum, vel fraudem la
qui ad perpetrandum
ipſum interdictum latur

dabunt conſilium, & auxilium, ac pro virili laborabunt. (Cap. *Alma mater*, ſup. laud.) Indulget *Bonif. VIII.* eadem Conſtitutione, ut ſingulis diebus in Eccleſiis, & Monaſteriis Miſſæ celebrentur, & alia dicantur divina Officia ſicut prius, ſubmiſſa tamen voce, januis clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis. In Feſtivitatibus vero Natalis Domini, Paſchæ, ac Pentecoſtes, & Aſſumptionis Deiparæ Virginis campanæ pulſentur, & januis apertis, alta voce divina Officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, vel interdictis admiſſis. Corporis Chriſti Solemnitatem addidit *Martinus V.*

Interdictum locale privat Fideles eccleſiaſtica ſepultura in tali duntaxat loco; perſonale vero in quolibet loco. Clericis tamen, qui interdictum ſervarunt, eccleſiaſticæ ſepulturæ honor conceditur, Cap. *Quod in te*, Extra. *De Pœnitentiis, & Remiſſionibus*, ea lege, ut campanæ non pulſentur, ſolemnitas omnis omittatur, & cum ſilentio eorum corpora terræ mandentur.

Interdictum perſonale ſpeciale nonniſi propter gravem culpam ejus, qui Divinis interdicitur, ferri poteſt; generale vero propter gravius, & commune delictum. Commune autem cenſetur quodammodo, cum Princeps, vel Rector populi cauſam dedit interdicto; culpa namque capitis quodammodo redunditur in corpus; ſicut & pœna corporis in caput redundat; vel cum delictum ipſum a communitate procedit; v. g. a capitulo, collegio, urbe, republica, aut ab iis, qui communitatem ipſam repræſentant, & nomine illius agunt; vel ſi majori ex parte talis delicti reæ ſint illius communitatis perſonæ, nec Princeps, reſpublica, Gubernator, Prælatus illud prohibeant, vel peccantes coerceant, ſed conniveant ipſis, vel faveant.

Localia etiam interdicta ob gravia duntaxat delicta ferri poſſunt, quale eſt corporalis injuria Cardinali, vel Epiſcopo illata, ut habetur cap. *Felicis*, Tit. *de Pœnis*, Localia Interdicta quibus de cauſis ferri poſſint.



dictum, vel co
dictum locale ponere
ſolis Epiſcopis vindic
tentiam ferre poſſunt,

Quid ceſſatio a Divinis & quomodo ab Interdicto differat.

Interdicto affinis eſt
gravioribus Laicorum
introduxit; iiſdemque
quibus Interdictum,
quod tempore ceſſatio
vel adminiſtrans Sacran
laritatem; ſicut ille,
illas functiones exercet.
genere ſtatuit Cap. *Si*
rali, in Sexto, ut abſqu
petitione eorum, quorum
ſationem non veniant Ca
dicant in aliquibus Ecc
alias, cauſamque ceſſa
cent inſtrumento public
ceſſaverint, vel cauſa, q
rit inventa canonica: on
proventibus illius Eccleſi
nis fuerit, ceſſationis tem
tenebuntur; illa vero

ARTICULUS II.

CONSECTARIA PRAXIM SPECTANTIA.

Circa Interdictum.

REGULA I.

Interdicto loco principali, cenſetur interdictus acceſſorius, vicinus, & contiguus.

Hanc Regulam tradit *Bonif. VIII.* Cap. *Si civitas* Tit. *de Sent. Excom.* in 6. „ „ Si civitas (*inquit*) caſtrum, aut Villa ſubjiciantur eccleſiaſtico Interdicto, illorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen caſu, ne vilipendi valeat ſententia Interdicti (quod fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbiis, vel continentibus ædificiis licite celebrari ut prius) expedit interpretationem fieri latiorem. Ratione quoque ſimili, ſi ſit Eccleſia Interdicto ſubjecta, nec in Capella ejus celebrari, nec in Cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis poterit ſepeliri; ſecus ſi ei contigua non exiſtant „ „.

REGULA II.

Si Sententia Interdicti lata ſit in Populum, Clerus interdictus non cenſetur; nec interdicto Clero, Populus.

Hæc Regula traditur cap. *Si Sententia*, Tit. *de Sent. Excom.* in Sexto. „ „ Si Sententia, (*inquit*) Interdicti proferatur in Clerum, non intelligitur, niſi aliud ſit expreſſum in ea, interdictus populus, nec etiam e converſo. Unde, uno interdicto ipſorum, alius licite admittitur ad Divina „ „.

REGULA III.

Interdicta civitate, vel alio loco propter delictum Domini, Rectoris, vel Prælati, cives non Interdicti extra ipſam divina Officia audire, Sacramenta percipere, & eccleſiaſtica ſepultura mortui donari poſſunt.

Hæc Regula traditur eodem cap. *Si Sententia*, mox laudato: „„ Cæterum (*inquit*) cum propter delictum Domini, vel Rectoris eſt civitas interdicta, cives ejuſdem, qui culpabiles non exiſtunt (dummodo & ipſi propter Dominum, vel Rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) poſſunt extra ipſum licite intereſſe Divinis „„.

REGULA IV.

Interdicta Communitate, & ſinguli de Communitate cenſentur interdicti; ita ut alicubi divinis Officiis intereſſe, vel eccleſiaſtica Sacramenta recipere non valeant.

Hanc Regulam eodem Capite expreſſam habemus. „„. Cum vero alicujus terræ populus Interdicto innodatur, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, (ne ſententia effectu careat, cum Divinorum auditio, & Sacramentorum perceptio populo ut univerſis non competant) non debent alicubi (caſibus expreſſis a jure dumtaxat exceptis) audire Divina, vel eccleſiaſtica recipere Sacramenta „„.

REGULA V.

Clerici perſonali Interdicto ligati, ſi illud violaverint, ſacra ſuorum Ordinum exercendo miniſteria ſicut prius, in Irregularitatem incurrunt, etiamſi ab Interdicti Sententia appellaverint.

Nititur hæc Regula cap *Is cui*, tit. *de Sent. Excom.* in Sexto, cujus hæc ſunt verba: „„ Is, cui eſt Eccleſiæ interdictus ingreſſus (cum ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa Divinorum celebratio interdicta) Irregularis efficitur, ſi contra Interdictum hujuſmodi Divinis in ea ſe ingerat, in ſuo agens Officio ſicut prius. Talis quoque ſi hoc Interdicto durante decedat, non debet in Eccleſia, vel cœmeterio eccleſiaſtico (niſi pœnituerit) ſepeliri. Sane ſicut Excommunicatio, ſic ab Officio, vel ab ingreſſu Ecclе-

cleſiæ lata Suſpenſio, aut ipſius effectus per appellationem ſequentem minime ſuſpenduntur „ „.

REGULA VI.

In excommunicationis ſummo Pontifici reſervatæ Cenſura ipſo facto incurrunt, qui eccleſiaſticum Interdictum ſervari prohibent, aut moniti ſervare pertinaciter renuunt.

Ita ſanxit *Clemens V.* ſacro approbante Conc. Vienenſi, ut habetur in Clementina, *Gravis*; tit. *De Sententia excommunicat.* qua excommunicationis ſententia innodatos declarat Dominos temporales, & alios quoslibet: „„ Qui locis interdicto ſuppoſitis quemquam divina celebrare officia quomodolibet cogere; aut qui ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præſertim, vel interdicti ligatos ſententia evocare; ſeu, qui excommunicati publice, aut interdicti de Eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum aguntur ſolemnia, a celebrantibus moniti, ut exeant, prohibere; necnon excommunicatos publice, & interdictos, qui in ipſis Eccleſiis nominatim a celebrantibus, ut exeant, moniti remanere præſumpſerint „ „.

REGULA VII.

Interdictum a Religioſis quibuſcunque, etiam exemptis, ſervandum eſt, necnon ceſſatione a Divinis, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ.

Ita ſanxit *Clemens V.* Clementina, *Ex Frequentibus*, tit. *de Sententia excommunicat.* Prohibuitque, ne interdictum *Eccleſiarum nervum diſciplinæ* infringant, ſed illud religioſe obſervent, *Cum Cathedralem, vel Matricem, ſive parochialem loci Eccleſiam, illud viderint, aut ſciverint obſervare*, non obſtantibus quibuſcunque appellationibus antea etiam ad Sedem apoſtolicam interjectis, cum moderatione tamen Decretalis,

talis, *Alma*. Idemque præcipit obſervari in ceſſationibus generalibus a Divinis civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine Capitula, Collegia, vel Conventus ſæcularium, aut Regularium Eccleſiarum ſibi vindicant ad repellendas injurias ſibi factas. Nulla porro privilegia, ſtatuta, conventiones nullas, vel conſuetudines Religioſis ipſis contra Conſtitutionem iſtam ſuffragari declarat.

REGULA VIII.

Interdictum ſervare nemo tenetur, niſi ſit expreſſe denuntiatus.

Ita quippe declaratum eſt a Conc. Baſileenſi, & Lateranenſi. Conſtitutione; *Ad vitanda ſcandala*, quæ pactis inter *Leonem X.* & *Franciſcum I.* Concordatis etiam inſerta eſt.

REGULA IX.

Interdictum niſi ſervent illi, in quorum gratiam poſitum eſt, alii ſervare non tenentur.

Si enim perſeveranter non ſervent, non merentur, ut Eccleſia alios in eorum gratiam a Divinis prohibeat, ut colligitur ex cap. *Petiſtis*, Extra. *De Privilegiis*, cujus hæc ſunt verba; „ „ Si præfati Hoſpitalarii, vel Templarii, privilegiorum ſuorum fines exceſſerint, violando temere interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum, ne videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præſumptionis eorum, quamdiu ipſi violaverint interdictum, de noſtra licentia celebretis „ „.

REGULA X.

Laicus tempore interdicti Divinis intereſſe poteſt, ſive ratione privilegii, ſeu ob aliam cauſam legitimam.

Tres namque caſus vulgo proferuntur, in quibus id laico licet. Primus eſt, cum privilegium a romano Pontifice ea de re obtinuit. Secundus, cum lai-

laicus eſt de familia ſingularis alterius perſonæ, quæ privilegium habet, eamque comitatur. Tertius, cum Clericus indiget miniſterio laici, ut ſacrum Officium modo ſibi licito peragat. De ſecundo caſu ſic loquitur *Bonifac. VIII.* Cap. *Licet*, Tit. *de Privilegiis*, in 6. „ „ Cum (*inquit*) conceditur ſingulari perſonæ, ut tempore interdicti celebrare valeat, vel audire Divina; ejus familiares domeſtici ad audiendum cum ea, & celebrandum ſibi divinum Officium licite admittuntur. Non ſic autem in familiaribus alicujus Conventus, ſeu collegii eſt cenſendum; illi enim niſi privilegiati fuerint, admitti non debent. Hujuſmodi quoque conceſſione gaudere non poteſt is, cujus cauſa, ſeu culpa, dolo, vel fraude, fuit ſententia interdicti prolata, ſeu qui ad perpetrandum delictum, cujus occaſione lata extitit, præbuit conſilium, auxilium, vel favorem „ „

REGULA XI.

Interdicto generali perſonarum, non loci, durante, infantes eccleſiaſtica ſepultura non privantur.

Interdictum ſcilicet perſonale perſonas tantum dolo capaces afficit; Cenſuris namque ligari non poſſunt infantes, qui nondum ad uſum rationis pervenerunt; in loco autem interdicto non poſſunt ſepeliri, ſicut nec adulti. Si autem durante interdicto generali perſonarum ad uſum rationis perveniant, interdicto ligantur, ſtatim atque ratione uti incipiunt. Idem eſto judicium de eo, qui durante interdicto fit membrum communitatis interdictæ.

REGULA XII.

Interdictum generale loci propter temporale debitum Epiſcopi, vel Principis poni non poteſt, niſi de licentia ſpeciali Sedis apoſtolicæ, & per litteras ejus patentes expreſſa.

Ita ſanxit *Bonifacius VIII.* cap. *Provide*, inter *Extrav. Comm.* tit. *de Sententia excomm.*

RE-

non est alia rece
tam eludendam,

R E

Interdictum gene

Destruitur enim
mo latum e
destruantur ea, quæ
tate. in quam gene
interdictum ipsum
lam pertinebant, &
ipso corpore politi

Atque hinc etiam
dicti vim ipso facto
munitatis persona,
etiamsi tota Societas
terdicta maneant. S
domicilium mutet,
civitatis, Capituli, C
separatur, privilegiis
ribus premi debet. E
causam interdicto de

REGULA XV.

Qui pœnitentiæ ſigna moriens exhibuit, eccleſiaſtica ſepultura non eſt donandus, niſi prius ab interdicto fuerit abſolutus.

Eadem enim eſt quoad hoc excommunicationis, & interdicti ratio. Unde ſicut eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi vetat Canon eum, qui excommunicatus eſt, quamvis pœnitens obierit, niſi fuerit excommunicationis vinculo ſolutus; ita & Sacris interdictus, niſi hac cenſura ſolutus fuerit. Nec alius ſenſus eſt cap *Is cui*, tit. *De Sentent. excommunicat.* in Sexto, cujus hæc ſunt verba: „ Talis quoque ſi hoc interdicto durante decedat, non debet in Eccleſia, vel „ cœmeterio eccleſiaſtico, niſi pœnituerit, ſepeliri „.

REGULA XVI.

Interdictum latum ab homine ab eo duntaxat auferri poteſt, qui ſententiam tulit, vel ab ejus Superiore poſt cognitionem cauſæ canonicam; vel ab eo, cui munus vinculum illud ſolvendi demandaverint.

REGULA XVII.

Interdictum locale a jure latum, ſolius Epiſcopi, vel ejus, qui Epiſcopalis auctoritatis particeps eſt, Abſolutione tolli poteſt.

Solus namque Epiſcopus, vel qui juriſdictionem Epiſcopalem participat, reſpectu loci ordinarius judex eſt, juriſdictionemque habet in foro contentioſo, quæ ad interdictum illud relaxandum eſt omnino neceſſaria.

REGULA XVIII.

Interdictum generale perſonarum ſolus Epiſcopus tollere poteſt.

Ille quippe ſolus reſpectu communiatis ordinarius in foro eccleſiaſtico externo judex eſt. Neque enim

Quia enim *Cond*
ſpecialiter non
videtur, (ut habetu
excommunicat.)

R E

Abſolutio ab interdi
ab excom

Id tamen obſervan
locali interdicto A
valeat, ut habetur c
communicat. in Sexto

INDEX
CAPITUM, ARTICULORUM, ET RERUM, QUÆ IN HOC TOMO QUARTO TRACTANTUR.
LIBER SECUNDUS.
TRACTATUS
DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

CAPUT I. De pœnitentiæ Nomine, Definitione, Diviſione. 2
ART. I. Quam varia ſit verbi Pœnitentiæ ſignificatio. ibid.
ART. II. De pœnitentiæ Diviſione, & Definitione. 7
Pœnitentiæ publicæ gradus, ſive ſtationes. ibid.
Pœnitentia publica, quando, & a quo impoſita. 9
Definitio pœnitentiæ virtutis. 10
Tres veræ pœnitentiæ actiones. 13
Definitio pœnitentiæ Sacramenti, variaque illius nomina. 15
ART. III. De pœnitentiæ virtute. 17
Propoſitio I. Intima animi pœnitentia eſt vera Virtus. ibid.
Propoſitio II. Pœnitentia non eſt virtus acquiſita, ſed infuſa. 23
Propoſitio III. Pœnitentiæ Virtus lapſis in mortale aliquod peccatum quovis tempore fuit neceſſaria. ibid.
ART. IV. Quibus gradibus ad divinam pœnitentiæ Virtutem aſcendatur. 25
ART. V. Utrum pœnitentia ſit Sacramentum 27
Propoſitio I. Exteriorem pœnitentiam eſſe Novæ Legis Sacramentum, Dogma Fidei eſt. ibid.
Propoſitio II. In Sacramento pœnitentiæ non minus, quam in aliis, diſtingui poſſunt, Sacramentum, res & Sacramentum, & res tantum Sacramenti. 37
Propoſitio III. Sacramentum pœnitentiæ a Chriſto poſt Reſurrectionem inſtitutum eſt. ibid.
Propoſitio IV. Pœnitentiæ Sacramentum non eſt abſolute neceſſarium ad ſalutem, ſed iis dumtaxat, qui poſt Baptiſmum in mortale peccatum lapſi ſunt. 38
Propoſitio V. Pœnitentiam in numerum Sacramentorum Chriſtus Dominus graviſſimis de cauſis referri voluit. 40
Propoſitio VI. Pœnitentia Sacramentum eſt a Baptiſmo diverſum. 41
Propoſitio VII. Pœnitentia, ſive interior, quæ Virtus eſt, ſive exterior, quæ Sacramentum eſt, ſæpius iterari poteſt. 44
Propoſitio VIII. Pœnitentiam interiorem ad finem uſque vitæ durare oportet, non exteriorem. 52
CAP. II. De pœnitentiæ Fructibus, & effectibus. 55
Propoſitio I. Primus effectus pœnitentiæ eſt omnium Remiſſio peccatorum. ibid.
Propoſitio II. Pœnitentia reatum pœnæ æternæ cum peccato mortali ſimul expungit; non vero debitum pœnæ temporalis ſemper tollit. 58

quæ Sacramenti partes.
CAP. IV. De Materia proxima, ſe
primo quidem de Contritione.
ART. I. Quid ſit Contritio; & in c
ART. II. De Neceſſitate, & Utilit
Propoſitio I. Contritio ad remiſſione
ficationem peccatoris ita neceſſar
ſio, & gratia juſtificans obtineri
Propoſitio II Fructus Contritionis
ART. III. Quotuplex ſit Contritio.
Propoſitio I. Contritio perfecta homi
menti pœnitentiæ; quamvis ante
rem juſtificet.
Propoſitio II. Contritio perfecta no
catoris in Sacramento pœnitentiæ,
cum Sacramento ſufficit.
Propoſitio III. Attritio naturalis nor
hominem Deo reconciliandum.
Propoſitio IV. Attritio, qua quis d
eſt, non tamen abſoluta, & efficaci
Sacramento, ad juſtificationem pe
Propoſitio V. Attritio ex turpitudinis
& pœnarum metu concepta, utilis
Propoſitio VI. Utrum Attritio ex ſolc
Dei amorem includens, cum Sacr
catoris, an Dei amorem ſuper om
ſtio eſt ſummam Fidei non ſpecta
Propoſitio VII. Attritionem ſine Dei
cationem peccatoris in Sacrament
ART. IV. De Contritionis objecto.
Contritionis actus in omnia, & ſing

INDEX

Propoſitio IV. Contritio quatenus animi dolor eſt, non poteſt eſſe nimia. 156
Propoſitio V. Gravioribus peccatis major Contritio reſpondere debet. 157
ART. VI. De Contritionis diuturnitate. 158
Propoſitio I. Contritionis dolor perpetuus eſſe debet. ibid.
Propoſitio II. Momentanea Contritio, modo vera ſit, & ſincera, ſufficit ad veniam peccatorum quovis tempore obtinendam. 159
ART. VII. Regulæ Morum Contritionem ſpectantes. 161
Regula I. Qui ſolo pœnæ timore confeſſus de peccatis dolet, ab iiſque abſtinere proponit, ita ut Deum tanquam omnis juſtitiæ fontem diligere non incipiat, ſacramentali Abſolutione donari non debet. ibid.
Regula II. Qui nihil timet magis quam a Deo ſeparari ,, ejuſque Viſione beatifica privari, ſufficienter contritus cenſendus eſt, ut ſacramentali Abſolutione donetur. 162
Regula III. Qui dolet, quod Deum, ut par eſt, non diligat, ipſumque magis diligere deſiderat, Deum ut omnis juſtitiæ fontem diligere incipit: ac proinde ſufficienter contritus cenſendus eſt ad Abſolutionem Sacramentalem recipiendam. 165
Regula IV. Sacrilegii reus eſt, qui Sacramentalem Abſolutionem recipit, Deum ſuper omnia non diligens, id eſt, finem ſuum ultimum adhuc in creatura, non in Deo conſtituens. 167
Regula V. Quamvis Confeſſarius explorare debeat animum pœnitentis, an ſit vere contritus; ipſum tamen interrogare non debet, an hæc, & illa ſupplicia pati mallet, quam vel unum peccatum mortale perpetrare. 169
Regula VI. Vera contritio renovatio pacti cum Deo in Baptiſmate initi eſſe debet. ibid.
Regula VII. Quamvis formulæ quædam precum, quæ inſcribuntur, Actus Contritionis, piæ ſint, & pœnitentibus utiles, non tamen cenſendi ſunt Contritionis actum edidiſſe, quicunque preces hujuſmodi recitarunt. 170
Veræ Contritionis, & ſinceræ converſionis indicia. ib. & ſeq.
Regula VIII. Ad Contritionis actum eliciendum tenetur homo in periculo mortis, & quotieſcunque Sacramentum aliquod ſuſcipiendum, vel adminiſtrandum eſt: quoties tandem ſe a Deo averſum eſſe per peccatum mortale cognoſcit, de quo alias contritus non fuit. 173
CAP. V. De Confeſſione Sacramentali. 175
ART. I. Quid ſit Confeſſio. ibid.
ART. II. De Confeſſionis utilitate. 177
ART. III. De neceſſitate Confeſſionis. 186
Propoſitio Unica, Confeſſio ſacramentalis ex inſtitutione Chriſti Domini Sacerdotibus neceſſario facienda eſt ab iis, qui poſt Baptiſmum in peccatum aliquod mortale lapſi ſunt. ibid.
ART. IV. De clavibus Eccleſiæ a Chriſto traditis. 207
ART. V. Regulæ Morum circa neceſſitatem, & præceptum Confeſſionis. 213
Regula I. Unusquiſque Chriſtianus, cum ad annos diſcretionis pervenerit, Confeſſionis lege tenetur. ibid.
Regula II. Quiſquis ſibi mortalis peccati conſcius eſt, & ad Sacramentum Euchariſtiæ vult accedere, aut aliud Sacramentum ſuſcipere, vel adminiſtrare, Confeſſionis ſacramentalis lege eſt adſtrictus. 214
Regula III. Confeſſionis lege tenemur, quoties mortis periculum imminet 215
Regula IV. Pium conſilium eſt peccata ſacramentaliter confiteri, quoties rem arduam, & difficilem aggredimur. 217
Regula V. Præceptum confeſſionis obligat, cum veremur, ne nos culpæ ali-

& Conciliatores debent admorta
Regula X. Qui ſola venialia admiſ
ominus tenetur.
Regula XI. Annuæ Confeſſionis
impletur.
Regula XII. Confeſſionis præcept
nutu, non ore proprio confiteret
tate deſtitutus eſſet.
ART. VI. De conditionibus Confe
§. I. Confeſſio integra eſſe debet.
Ad Confeſſionis integritatem pertin
rum mortalium enumeratio.
Item circumſtantiarum, quæ ſpecie
Imo & circumſtantiarum, quæ m
augent
Numerus denique peccatorum, quo
§. II. Confeſſio ſimplex, & nuda e
§. III. Confeſſio humilis ſit neceſſe
§. IV. Prudens eſſe debet Confeſſi
§. V. Confeſſio debet eſſe ſecreta.
§. VI. Lacrymabilis Confeſſio.
§. VII. Parere parata.
§. VIII. Confeſſio frequens, & accel
ART. VII. Regulæ Morum, quæ c
Regula I. Qui peccatum aliquod m
cies peccati mutetur, vel plurimu
Confeſſionem ſacrilegam edidit,
netur.
Regula II. Qui Confeſſionem diviſit
alteram alteri dedita opera dec
adeoque omnia, & ſingula pecc

INDEX

Regula V. Qui conſcientiam adeo negligenter diſcutiat, ut videri poſſit parvifacere alicujus peccati mortalis, aut circumſtantiæ neceſſario explicandæ omiſſionem, Confeſſionem iterare debet. 266
Regula VI. Accuratum, & diligens examen conſcientiæ cenſeri debet, in quo ea diligentia adhibetur, quæ in gravioris momenti negotiis adhiberi ſolet. 267
Regula VII. Explicans quibus caſibus Confeſſio dividi poſſit abſque ſacrilegio. 270
Regula VIII. Qui caſuum reſervatorum reus eſt, tenetur omnia peccata confiteri tam reſervata, quam non reſervata, & de his quidem quamvis ab inferiore poſſet abſolvi, & ad Superiorem remitti, ut a reſervatis abſolveretur, convenientior tamen videtur diſciplinæ ratio, ut ab omnibus ſimul abſolvatur ab eo, qui poteſtatem habuerit, integra peccatorum Confeſſione apud ipſum edita. 271
Regula IX Etſi venialium peccatorum Confeſſio non ſit neceſſaria, illa tamen confiteri oportet, de quibus dubitatur, an mortalia ſint, an venialia. 273
Regula X. In Confeſſione mentiri circa lethalia peccata, eſt lethale peccatum. ibid.
Regula XI. Fidelem Confeſſionem non facit, lethaliſque peccati reus eſt, qui circumſtantias opus a peccato prorſus excuſantes, aut ita minuentes, ut veniale faciant, quod alias eſſet mortale, ſilentio premit 275
Regula XII. Pœnitens confiteri tenetur circumſtantiam relapſus in eadem peccata. 276
Regulæ XIII. & XIV. An multorum Confeſſiones aliquando ſimul audiri poſſint. 278
Regula XV. Sacerdos vocatus ad infirmum, qui obmutuit, aut rationis uſu deſtitutus eſt, ipſum abſolvere poteſt, & debet ex aliorum teſtimonio, aſſerentium pœnitentis animi ſigna ipſum exhibuiſſe, & Confeſſarium poſtulaſſe. ibid.
Regula XVI. Homines moribundos, quos vox, & ſenſus defecit, ante quam ullum pœnitentis animi ſignum darent, abſolvere non licet, ſi conſtet vitiis deditos fuiſſe, aut peccandi proximis occaſionibus implicatos. 284
Regula XVII. Moribundum hominem, qui vocis uſu, ſenſuque ſubito deſtitutus, pœnitentiam, ac reconciliationem, nec verbis, nec nutibus petiit, nullave ſigna pœnitentis animi dare poteſt, abſolvere non licet, quamvis bene vixerit, & Confeſſionem, Communionemque frequentaverit. ibid.
Regula XVIII. Confeſſio abſque Contritione, vel Attritione antecedente, concomitante, vel ſubſequente facta, prorſus invalida, atque iteranda eſt. 284
Regula XIX. Qui peccatum aliquod mortale in Confeſſione prætermiſit ex divini juris ignorantia, Confeſſionem iterare tenetur; ſi vero ex ignorantia facti, ſufficit, ut illud confiteatur, nec cæterorum Confeſſionem repetere neceſſe eſt. 291
Regula XX. Quamvis peccata venialia ſine virtuali ſaltem Contritione non deleantur, qui tamen illa ſine Contritione confitetur, non ſemper contrahit mortale peccatum, neque Confeſſionem iterare tenetur. 292
Regula XXI. Cautio devotis fœminis neceſſaria. 295
Regula XXII. Confeſſiones, præſertim mulierum, in Eccleſia, in loco patenti,



pitis cognovit, quod ille
fiteri, hujuſmodi complici
que velut imparatum rem
nis ſigillo.

ART. VIII. De miniſtro Co

Propoſitio I. Solus Sacerdos r

Propoſitio II Ad Confeſſione
nitentiæ non ſufficit Poteſt
teſtas juriſdictionis ordina
data.

Propoſitio III. Quilibet Fide
fiteri proprio Sacerdoti, v

Propoſitio IV. Proprii Sacer
nenſe Concilium.

Propoſitio V. Quamvis propri
que ſexus, Parochus deſig
& ab iis Delegati pro ipſ
poris, aut loci reſtrictione

Propoſitio VI. Summus Ponti
rumdam criminum Abſolut

ART. IX. De Confeſſariorun

ART. X. Regulæ miniſtros

Regula I. Nulla eſt Confeſſio
non habenti; aut qui legiti
Sacramenti pœnitentiæ adn
tus ignoraverit.

Regula II. Nullus Sacerdos,
etiam Sacerdotum, audire
aut ab Epiſcopo fuerit ap

Regula III. Caput Concilii Tr
de Epiſcopo loci, quam d

INDEX

Diœceſi ad audiendas Confeſſiones approbati, ad Monialium Confeſſiones audiendas propterea non cenſentur approbati, &c. 352
Regula VII. Regulares Sacerdotes Confeſſiones Monialium ipſis etiam Regularibus ſubjectarum excipere non poſſunt abſque approbatione Epiſcopi. 353
Regula VIII. Sacerdos tum ſæcularis, tum regularis, in una Diœceſi generatim approbatus, Confeſſiones in altera Diœceſi audire non poteſt ſine approbatione Epiſcopi diœceſani. 354
Regula IX. Parochi ſubditorum ſuorum Confeſſiones in alienæ Parochiæ territorio, & in aliena etiam Diœceſi audire poſſunt. 355
Regula X. Sacerdotum, ſive ſæcularium, ſive regularium approbationes certis limitibus circumſcribere poſſunt Epiſcopi, & ad certas perſonas, loca, vel tempora reſtringere. ibid.
Regula XI. Epiſcopus ſingulos, ſive ſæculares, ſive regulares Sacerdotes, ſimpliciter, & abſolute a ſe approbatos, ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendere poteſt ex nova cauſa ad Confeſſiones pertinente. 356
Regula XII Confeſſarios omnes, & ſingulos, ſive Sæculares, ſive Regulares, a Vicario ſuo generali, aut a Deceſſore ſuo approbatos, Epiſcopus ad examen revocare poteſt. ibid.
Regula XIII Parochi non poſſunt eligere ſibi in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem, ſive ſæcularem, ſive regularem, ab Epiſcopo non approbatum 358
Regula XIV. Parochi poſſunt eligere ſibi quem voluerint, Confeſſarium ab Epiſcopo approbatum. 359
Regula XV. Sacerdos regularis, ab Epiſcopo approbatus peccat quidem, ſi Confeſſiones audiat Superiore ſuo prohibente, valide tamen abſolvit. 360
Regula XVI Parochus, qui Beneficium parochiale dimiſit, Confeſſiones excipere non poteſt abſque nova Epiſcopi approbatione. ibid.
Regula XVII. Invalida Confeſſio eſt, quæ fit Sacerdotibus hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, ſuſpenſis, irregularibus, degradatis. 361
Regula XVIII. Parochi licentiam dare non poſſunt audiendi Confeſſiones in Parochia ſua aliis Sacerdotibus ab Epiſcopo non approbatis. 362
Regula XIX. Parochi extra ſuarum Parochiarum fines Confeſſiones audire non poſſunt eorum, qui parochiali ſuæ curæ non ſunt ſubditi; niſi Epiſcopus hanc ipſis poteſtatem per totam Diœceſim conceſſerit, aut ita ſe habeat conſuetudo ab Epiſcopo approbata. 363
Regula XX Quamvis ſatisfaciant Canoni *Omnis utriuſque ſexus*, qui peccata ſua tempore Paſchali pœnitentiario Epiſcopi, aut alteri Sacerdoti ab Epiſcopo generatim approbato, confitentur; nihilominus convenit, ut pœnitentes hortetur tunc temporis Confeſſarius, ut ad Parochi pedes ſe ſiſtant, eique Confeſſionem faciant 364
Regula XXI. Quicunque Sacerdoti ſæculari, vel regulari ab Epiſcopo approbato peccata ſua confitentur, ac deinde Parocho Confeſſionem faciunt, magis tenentur obedire Parocho ſuo, quam aliis Confeſſariis, ſi forte contraria jubeant. 365
Regula XXII. Quamvis Parochus minus peritus, minus probus, minus prudens eſſet, non poſſet tamen parochianus alteri confiteri, niſi cum Epiſcopi licentia. 366
Regula XXIII. Parochi faciles eſſe debent ad præbendam licentiam alteri confitendi tempore Paſchali. ib id.

hoc ſuffraganeur.

Regula XXVIII. Habentes fac
licæ reſervatis, non ideo
ſolvere.

Regula XXIX. Confeſſarius p
te abſolvere poteſt a caſibu
Diœceſi ipſius Confeſſarii, r
tis ad alienæ Diœceſeos

Regula XXX. Confeſſarius, q
Epiſcopo reſervatis, non i

Regula XXXI Qui facultatem
tifici reſervatis, poſſunt eti

Regula XXXII. Si periculum
probatus, quilibet Sacerdos
ris abſolvere

Regula XXXIII. Qui ob mort
periori reſervatis, ſiſtere ſe
mum convaluerint, ut mand
ſuras incurrunt.

Regula XXXIV. Qui facultate
illi reſervatis, mortuo Epiſ
novam poteſtatem obtimueri
cante.

Regula XXXV. In caſuum
opus eſt

Regula XXXVI. Caſus ſummo
Confeſſarii noſſe debent.

Caſus Romano Pontifici reſerva

Caſus Epiſcopis reſervati.

Regula XXXVII Epiſcopi abſ
Sedi apoſtolicæ

INDEX

Regula XLI. Explicans quid agendum ſit Confeſſario, qui legitima poteſtate deſtitutus, pœnitentem a caſibus reſervatis abſolvit. ibid.
Regula XLII. Monialibus, quæ Regularibus ſunt ſubditæ, & nulla ratione poſſunt adduci, ut peccata ſua Confeſſariis regularibus confiteantur, & quibus Superiores regulares Confeſſarium extraordinarium ter in anno non concedunt, Epiſcopus Confeſſarium deputare poteſt. 399
Regula XLIII. Confeſſarius ordinarius ſine cauſa mutari non debet. 400
Regula XLIV. Neminem juramento, vel voto devincere poteſt Sacerdos, ut alium Confeſſarium non eligat, & hujuſmodi promiſſio, etiam juramento, aut voto firmata, irrita eſt. 401
Regula XLV. Sacerdos ad Confeſſionem admittere non debet imparatos. ibid.
Regula XLVI. Violatio ſigilli Confeſſionis mortale ſemper peccatum eſt, ſeu mortalia, ſeu venialia duntaxat peccata pœnitentis revelet Confeſſarius. 402
Aliæ Regulæ ſigilli ejuſdem religionem ſpectantes traduntur, ſcilicet.
Regula XLVII. 403
Regula XLVIII. 404
Regula XLIX. 405
Regula L. 406
Regula LI. 407
Regula LII. ibid.
Regula LIII. Prælatus punire ſubditum non poteſt ob peccatum, quod ex ſola Confeſſione novit. 409
Regula LIV. Prælatus ab Adminiſtratione, vel Officio removere non poteſt ſubditum propter crimen, quod ex ſola Confeſſione novit, ſi ſit probabile periculum pravæ ſuſpicionis de pœnitente ingenerandæ. 410
Regula LV. Eccleſiaſtica Lege id prohibetur, etſi revelandæ Confeſſionis periculum abſit. 411
Regula LVI. Sacerdos, qui ex ſola Confeſſione novit aliquem indignum eſſe eccleſiaſtica Dignitate, vel Præfectura, ſuffragium illi negare poteſt, & illius electioni contradicere 412
Regula LVII. Qui publici peccatoris Confeſſionem excepit, negare illi Euchariſtiam publice etiam petenti poteſt ac debet, ſi ad ſacram Menſam accedat, antequam ſcandalum palam removerit, & manifeſta converſionis dederit argumenta. ibid.
Regula LVIII. Confeſſio quælibet Sacramentalis, quamvis ſit invalida, ſacri ſigilli neceſſitatem inducit. 413
Regula LIX. 415
Regula LX LXI. 416
Regula LXII. Ille cujus fidei creditur aliquod arcanum, illudque excipit, quaſi ſub ſigillo Confeſſionis, illud jure naturæ celare tenetur, illudque revelando peccat contra fidelitatem, ſed ſigillum Confeſſionis non frangit. 417
Regula LXIII. 418
Regula LXIV. 420
Regula LXV. Qui ex Confeſſione ſacramentali ita aliquid novit, ut alio etiam modo noverit, illud revelare poteſt, ſi neceſſitas urgeat, nulla Confeſſionis mentione facta. ibid.
Regula LXVI. Conveniens eſſet, ut Sacerdotibus omnibus, & ſingulis cujuſcunque criminis conſciis interdiceretur, ne ſociorum, & participum ejuſdem

INDEX

dem criminis Confeſſiones audirent ; omnique quoad hoc juriſdictione privarentur. 421
CAP. VI. De Satisfactione. 422
ART. I. Quid ſit Satisfactio, & quotuplex Satisfactionis gradus. ibid.
ART. II. De Satisfactionis neceſſitate. 426
Propoſitio I. Neceſſaria eſt Satisfactio pœnitentibus ad Deum placandum, & pœnam temporariam redimendam, cujus debitum poſt remiſſionem culpæ ſæpe manet ibid.
Propoſitio II. Satisfactionis neceſſitas Dei præcepto peccatoribus impoſita eſt. 433
Propoſitio III. Ut in Sacramento pœnitentiæ Satisfactio a Sacerdotibus imponatur, non humana poteſtate uſurpatum, ſed divina auctoritate inſtitutum eſt. 436
ART. III. De Satisfactionis utilitate. 443
ART. IV. De his, quæ ad veram Satisfactionem requiruntur. 449
Propoſitio I. Neceſſe eſt, ut is, qui ſatisfacit, juſtus ſit, ac Dei amicus. ibid.
Propoſitio II. Ad Satisfactionem requiritur, ut ejuſmodi opera ſuſcipiantur, quæ natura ſua dolorem, & moleſtiam homini afferant. 452
Propoſitio III. Præcipua Satisfactionis opera ſunt oratio, jejunium, & eleemoſyna. 456
Propoſitio IV. Temporalibus etiam flagellis a Deo inflictis, & a nobis patienter toleratis, Deo pro peccatis noſtris ſatisfacere poſſumus. 458
ART. V. Utrum unus pro altero ſatisfacere poſſit. 462
Propoſitio Unica. Unus pro alio ſatisfacere poteſt. ibid.
ART. VI. Quo Regulæ morum, ac diſciplinæ circa Satisfactionem exponuntur. 465
Regula I. Sacerdos Satisfactionem pœnitentibus injungere tenetur. ibid.

INDEX

Regula XI. Ægrotis ſignificanda eſt pœnitentia, quam implere teneantur, ſi convaluerint, atque interim impoſita, quam in eo ſtatu facile poſſint implere, ſunt abſolvendi. ibid.

Regula XII. In peccatorum remedia Satisfactiones quaſdam imponere convenit ſubito poſt peccatum peragendas. 492

Regula XIII. Satisfactiones intricatas, & ex variis operum generibus, aut diverſarum orationum magno numero compoſitas, Confeſſarium pœnitentium vulgo imponere non expedit. 493

Regula XIV. Sacerdos, qui eleemoſynas, vel Miſſas in Satisfactionem imponit, nec ſibi, nec Eccleſiæ ſuæ, aut monaſterio eas applicare poteſt, aut applicandas committere. Idemque in rerum incertarum reſtitutione, votorum commutatione, & alias hujuſmodi obſervandum eſt. ibid.

Regula XV. Publicis peccatoribus publica pœnitentia eſt imponenda, quam Confeſſarius cum privata commutare inconſulto Epiſcopo non debet. 496

Regula XVI. Pœnitentia ab uno Confeſſario impoſita, ab altero mutari non poteſt, niſi cauſa cognita, & graves ob cauſas. 501

Regula XVII. Pœnitens opera ſatisfactoria ſibi a Confeſſario impoſita ſuſcipere, & implere tenetur. Unde peccati lethalis reus eſt, qui pœnitentiam pro lethalibus peccatis ſibi præſcriptam implere negligit. 502

Regula XVIII. Peccator, cui leviores pœnæ pro gravibus peccatis ſunt impoſitæ, alia ſatisfactionis opera ſponte exercere, & implere debet ibid.

Regula XIX. Satisfactio a Sacerdote injuncta majoris virtutis eſt quam ſponte ſuſcepta. 504

Regula XX Sacerdos pœnitentiæ partem arbitrio pœnitentis relinquere poteſt. ibid.

Regula XXI. Pœnitens graviorem pœnitentiam pro levioribus peccatis a Sacerdote ſibi impoſitam adimplere tenetur. 505

Regula XXII. Pœnitens impoſitæ ſibi ſatisfactionis onus propria auctoritate alteri imponere non poteſt; & ſi alter ſatisfactionem pro ipſo ſponte ſuſceperit, non ideo ſolutus eſt ſatisfactionis obligatione, ſi per ſeipſum ſatisfacere poſſit. ibid.

Regula XXIII. Satisfactoria opera in peccato mortali facta, quæ nullum in ſatisfacientibus effectum relinquunt, iterari debent a pœnitentibus; non autem illa, quæ permanentem in homine relinquunt effectum. 506

Regula XXIV. Quamvis nemo certo ſciat, ſe in ſtatu gratiæ Deo ſatisfeciſſe, iterare tamen ſatisfactionem non tenetur, niſi conſcientiam habeat peccati mortalis. 507

ART. VII. De Canonibus pœnitentialibus. 508

CAP. VII. De Abſolutione ſacramentali. 523

ART. I. Quibus verbis Abſolutio conſtet. ibid.

Propoſitio I. Abſolutio ſacramentalis his verbis neceſſario conſtat: ABSOLVO TE, aut certe verbis æquivalentibus. ibid.

Propoſitio II. Abſolutio deprecatoria, vel nulla, vel certe dubia Sacramenti pœnitentiæ forma eſt. 525

ART. II Quis ſit horum verborum ſenſus: EGO TE ABSOLVO. 531

Propoſitio Unica. Senſus horum verborum: EGO TE ABSOLVO, non eſt: Declaro tibi remiſſa eſſe peccata, ſed, Tibi peccata remitto. ibid.

ART. III. Regulæ praxim ſpectantes circa Abſolutionem. 534

Regula I. Obviis quibuſque concedenda non eſt Abſolutio; ſed iis omnibus neganda, quorum nulla, vel ficta converſio; iis differenda, quorum dubia, & incerta pœnitentia eſt. ibid.

Re-

agendorum ad ſalutem n
Regula VII. Neganda eſt A
contrahunt, quibus ſolve
& immodeſtia pudicitiam
Regula VIII. Neganda illis
proximo inimicitias exerc
inimicis reconciliari.
Regula IX. Qui reſtitutioni,
vel in fama, vel in rebus
reſtitutio, aut ſatisfactio
Regula X. Neganda illis eſt
cati verſantur.
Regula XI. Abſolutio illis ne
accuſant, & nunquam em

T R

D E

CAP. I. De Cenſuris in g
ART. I. Quid ſit Cenſu
ART. II. Quotuplex ſit Cenſ
ART. III. De Poteſtate feren
ART. IV. Quam ob cauſam
ART. V. Qui Cenſura ligari
ART. VI. Quibus de cauſis n
ART. VII. Quæ excuſent a
ART. VIII. Quis abſolvere pc
CAP. II. De Excommunicatio
ART. I. Quid, & quotuplex

INDEX

Regula II. Lethalis peccati reus eſſet, qui pro excommunicatis publice, ac nominatim oraret inter preces, quæ Eccleſiæ nomine, & pro ejus duntaxat membris ſunt. ibid.

Regula III. Pro excommunicatis privatim orandum eſt, ut ad pœnitentiam redeant, & a formidando vinculo ſolvantur. ibid.

Regula IV. Lethale peccatum committit excommunicatus, quodlibet ſuſcipiens Sacramentum. 618

Regula V. Sacerdos Sacramenta excommunicato denuntiato, & vitando adminiſtrans non ſolum lethaliter peccat, ſed in minorem excommunicationem, aliaſque pœnas incurrit. 619

Regula VI. Clericus excommunicatus Miſſam celebrans, aut coram ſe jubens celebrari, vel quodvis aliud Ordinis ſui ſacrum miniſterium ſolemniter exercens, in irregularitatem incurrit. 620

Regula VII. Clerici excommunicati, vel interdicti, ſi ante Abſolutionem divina celebraverint officia, niſi monitl abſque mora ad pœnitentiam redierint, perpetuæ depoſitionis pœna plectuntur. 621

Regula VIII. Si notorius, aut nominatim denuntiatus excommunicatus inchoata Miſſa adveniat, nec monitus exire velit, aut non ejici poſſit, a Sacri proſecutione abſtinendum eſt, niſi forte Canon ſit incœptus. ibid.

Regula IX. Clericus, qui dubitat de excommunicatione in ſe lata, fit irregularis, ſi Divina celebret, aut ſacros Ordinum ſuorum actus exerceat. 622

Regula X. In Irregularitatem non incurrit Sacris operando qui ſe ſuſpenſum eſſe, vel excommunicatum probabiliter ignorat; ſecus ſi ignorantia craſſa ſit, & ſupina. ibid.

Regula XI. Sacræ Concioni in templo intereſſe poteſt quilibet excommunicatus. ibid.

Regula XII. Majori excommunicatione irretitus, vel ſuſpenſus ab homine, voce activa, & paſſiva in electionibus canonicis privatur, ſi nominatim ſit denuntiatus, vel palam notum ſit illum in has Cenſuras incurriſſe. 623

Regula XIII. Sacerdos excommunicatione minori ligatus, graviter quidem peccat Sacrum celebrando, ſed in irregularitatem non incurrit. ibid.

Regula XIV. Minori excommunicatione irretitus, ea, quæ ratione juriſdictionis ſibi conveniunt, poteſt exercere; & voce activa gaudet in electionibus canonicis, non paſſiva 624

Regula XV. Excommunicatione minori ligatus peccat quidem eccleſiaſtica Sacramenta conferendo, ſed ab eo collata virtutis effectu non carent. ibid.

Regula XVI. Qui cum excommunicato communicat in crimine, in majorem excommunicationem incurrit; ſi vero cum illo communicet in divinis, vel civilibus actionibus, & ab ejus crimine alienus ſit, minorem duntaxat excommunicationem contrahit. 625

Regula XVII. Cum excommunicato majori excommunicatione communicans, in minorem excommunicationem non incurrit, ſi ex ignorantia, charitate, officio, vel neceſſitate communicet. 626

Regula XVIII Qui cum nominatim excommunicatis deliberata voluntate communicant (præter perſonas beneficio Canonis exceptas) niſi moniti ab eorum communione, atque converſatione diſceſſerint, excommunicatione majori ſunt plectendi. 630

Regula XIX. In majorem excommunicationem incurrunt ipſo facto ſine alia monitione, quicunque ſcientes cum illo communicant, qui cum participibus ſuis eſt excommunicatus. 631

Re-



Regula XXV. Excommun
poſſunt Epiſcopi; in ea
Canonibus, & præſertim
bent.
Regula XXVI. Non incurr
qui certi delicti reum no
cognatione, vel affinitat
Regula XXVII. Excommun
tenetur, niſi ſit nominati
minis ipſo facto excomm
Regula XXVIII. In caſu ex
tentiæ judicum, quam a
Regula XXIX. Ferri non p
niſi monitione prævia; al
Triplex autem præmittenda
competenti dierum interv
Regula XXX. Ut excommu
eccleſiaſtico judice feratur
præmitti debet.
Regula XXXI. Sententia e
ſcriptis ferri, cauſaque exp
ſumptum reo tradi intra n
ſuſpenditur; ſententia vero
Regula XXXII. Excommuni
eccleſiaſticus denuntiare ter
Regula XXXIII. Excommur
civitatem, provinciam, a
ſimul ferri non poteſt.
Regula XXXIV. Ab excom
timetur, ne pejor fiat pec

INDEX

Regula XXXVIII. Ab excommunicatione majori lata a jure, nec reſervata, quilibet Sacerdos ad audiendas Confeſſiones approbatus abſolvere poteſt; ab ea vero, quæ lata eſt ab homine, ille ſolus abſolvere poteſt, qui tulit, vel ejus Superior. 662

Regula XXXIX. Abſolutio ad cautelam, quando petenda, cuive concedenda. 663

Regula XL. Abſolutio ab excommunicatione peti non debet, neque concedi poteſt omiſſo medio, niſi conſuetudo contrarium induxerit. 664

Regula XLI. Explicans, qua ratione judex ſuperior, ad quem excommunicationis cauſa delata eſt, excommunicatum ad inferiorem primumque judicem remittere debeat, vel abſolvere. 665

Regula XLII. Cum cognitio cauſæ Superiori competit, Abſolutio ab eo data, quamvis injuſte, in foro Eccleſiæ rata eſt. 666

Regula XLIII. Excommunicatus ob plures cauſas, ſive ab uno, ſive a pluribus judicibus, non eſt abſolvendus, niſi pro utraque cauſa ſatisfaciat; abſolutio vero, quæ alterutra cauſa tacita, aut alia ſuppreſſa veritate, & per ſubreptionem impetratur, nulla, & irrita eſt. ibid.

Regula XLIV. Qui vi, aut metu Abſolutionem ab excommunicatione extorſerit, duplicis excommunicationis vinculo conſtringietur. 668

Regula XLV. Ab excommunicatione juſte lata peccatorem in contumacia perſeverantem interdum Prælatus prudenter abſolvet. ibid.

CAP. III. De Suſpenſione. 669

ART. I. Quid, & quotuplex ſit Suſpenſio. ibid.

ART. II Regulæ circa Suſpenſionem. 671

Regula I. Suſpenſus ab officio, conſequenter ab Ordinum ſuſceptione prohibetur ibid.

Regula II. Suſpenſus ab ordine, conſequenter ſuſpenſus eſt ab uſu juriſdictionis, cum ordinis functione connexo. ibid.

Regula III. Qui a juriſdictione ſuſpenſus, actum aliquem juriſdictionis nihilominus exercet, non fit irregularis. ibid.

Regula IV. Suſpenſus a beneficio, ſolis beneficii fructibus privatur; & tamen ad omnes officii partes implendas obligatur. ibidem.

Regula V. A beneficio ſimpliciter, & abſolute ſuſpenſus, cenſendus eſt ſuſpenſus ab omnibus Beneficiis. 672

Regula VI Epiſcopus Clericum ſibi ſubditum ſuſpendere poteſt a beneficiis, quæ in alia Diœceſi obtinet. ibid.

Regula VII. Suſpenſio a Beneficio ſimplex, & abſoluta novi beneficii impetrationem & collationem prohibet. 673

Regula VIII. Suſpenſus a beneficio, fructibus omnibus beneficii, cujuſcunque ſint rationis ſeu redditus annui, ſeu decimæ, primitiæ, oblationes; quin etiam quotidianis diſtributionibus privatur. 674

Regula IX. Qui a beneficio ſuſpenſus, fructus nihilominus percipit, lethaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, etiamſi ſuſpenſio ſit occulta. ibid.

Regula X Suſpenſo ab Ordine beneficium conferri valide, ac juſte poteſt. 675

Regula XI. Prælatus ab Ordine ſuſpenſus, nihilominus beneficia conferre poteſt, ad quorum collationem jus habet. ibid.

Regula XII. Epiſcopus ab ordinum collatione ſuſpenſus, ipſos conferendo fit irregularis. ibid.

Regula XIII. Epiſcopi, iiſque ſuperiores, nunquam incurrunt in ſuſpenſionem, vel interdictum ipſo jure, niſi de illis expreſſa mentio fiat. 676

INDEX

Regula XIV. Suſpenſio generatim lata in Clericos, non minus regulares quam ſæculares Clericos complectitur. ibid.
Regula XV. Suſpenſio in Communitatem, ſeu Capitulum, aut Conventum jure ferri poteſt. 677
Regula XVI. Sine peccato proprio aliquis ſuſpendi poteſt; non tamen ſine cauſa. 678
Regula XVII. Suſpenſionem, quæ fertur ad frangendam contumaciam, præcedere canonica monitio debet. 679
Regula XVIII. Suſpenſio, quæ fertur, ut pœna duntaxat delicti præteriti, ſine prævia monitione infligi poteſt. ibid.
Regula XIX. Fideles non tenentur vitare ſuſpenſum Clericum in iis, in quibus ſuſpenſus eſt, niſi ſit denuntiatus. ibid.
Regula XX. Suſpenſio in pœnam delicti præteriti ad certum tempus lata, elapſo tempore ipſo jure tollitur abſque Abſolutione. 680
Regula XXI. Suſpenſio ad certum tempus, vel etiam in perpetuum explicite lata, Superioris diſpenſatione, vel Abſolutione tolli poteſt. ibid.
Regula XXII. Suſpenſio a jure lata in pœnam delicti, ab Auctore tantum Canonis ante tempus elapſum ſolvi poteſt, ſi publica ſit, & ad forum contentioſum delata ibid.
Regula XXIII. Quamlibet ſuſpenſionem ex delicto occulto provenientem, & ad forum contentioſum non delatam, Epiſcopi ſolvere poſſunt. 681
Regula XXIV. Suſpenſio quælibet a jure lata ob contumaciam, niſi ſummo Pontifici reſervata ſit, ab Epiſcopo, aut Prælato auctoritatem quaſi Epiſcopalem habente ſolvi poteſt. 682
Regula XXV. Suſpenſionem ab homine latam ſolus ille per Abſolutionem auferre poteſt, qui eam tulit. ibid.
ART. III. Quæ Suſpenſiones ipſo jure latæ. ibid.
CAP. IV. De Interdicto. 695
ART. I. Quid, & quotuplex ſit interdictum. Et a quo hæc Cenſura ferri poſſit. ibid.
ART. II. Regulæ praxim ſpectantes circa Interdictum. 697
Regula I. Interdicto loco principali, cenſetur interdictus acceſſorius, vicinus, & contiguus. ibid.
Regula II. Si Sententia Interdicti lata ſit in populum, Clerus interdictus non cenſetur, nec interdicto Clero, Populus. ibid.
Regula III. Interdicta civitate, vel alio loco propter delictum Domini Rectoris, vel Prælati, cives non interdicti extra ipſam divina Officia audire, Sacramenta percipere, & eccleſiaſtica ſepultura mortui donari poſſunt. ibid.
Regula IV. Interdicta Communitate, & ſinguli de Communitate cenſentur interdicti; ita ut alicubi divinis Officiis intereſſe, vel eccleſiaſtica Sacramenta recipere non valeant. 698
Regula V. Clerici perſonali Interdicto ligati, ſi illud violaverint, in Irregularitatem incurrunt, non obſtante appellatione. ibid.
Regula VI. In excommunicationis ſummo Pontifici reſervatæ Cenſuram incurrunt, qui eccleſiaſticum Interdictum ſervari prohibent, aut non ſervare pertinaciter renuunt. 699
Regula VII. Interdictum a Religioſis quibuſcunque, etiam exemptis, ſervandum eſt, necnon ceſſationes a Divinis, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. ibid.

Re-

INDEX

Regula VIII. Interdictum ſervare nemo tenetur, niſi ſit] expreſſe denuntiatus. 700
Regula IX. Interdictum, niſi ſervent illi, in quorum gratiam poſitum eſt, alii ſervare non tenentur. ibid.
Regula X. Laicus tempore interdicti Divinis intereſſe poteſt, ſive ratione privilegii, ſive ob aliam cauſam legitimam. ibid.
Regula XI. Interdicto generali perſonarum, non loci, durante, infantes eccleſiaſtica ſepultura non privantur. 701
Regula XII. Interdictum generale loci propter temporale debitum Epiſcopi, vel Principis poni non poteſt, niſi de licentia Sedis apoſtolicæ. ibid.
Regula XIII. Quamvis terra interdicta alienetur, adhuc remanet interdictum. 702
Regula XIV. Interdictum generale perſonarum tollitur, deſtructa Communitate. ibid.
Regula XV. Qui pœnitentiæ ſigna moriens exhibuit, eccleſiaſtica ſepultura non eſt donandus, niſi prius ab interdicto fuerit abſolutus. 703
Regulæ XVI. XVII. XVIII. ibid.
Regulæ XIX. XX. 704
Quinque iſtæ poſteriores Regulæ ſpectant Abſolutionem ab interdicto.

Finis Tomi Quarti.

17743 BOOK SLIP,
THE CATHEDRAL LIBRARY,
123 EAST 50TH ST., NEW YORK
PLEASE DO NOT SOIL



DEC 1 0 1971